
FERDINAND HOFMAN FREYHERR AVF GREVENSTEIN











Usq̄ antea impressum collectorium totius fere medicine Bertrucij Bononiensis in quo infrascripta continentur.

¶ Primo de commendatione medicine.
¶ Secundo de informatione medici.
¶ Tertio de regimine sanitatis.
¶ Quarto de egritudinibus particularibus que sunt a capite vsq; ad pedes.
¶ Quinto de egritudinibus vniuersalibus hoc est de febribus.
¶ Sexto de crisi et de diebus creticis.
¶ Septimo de venenis.
¶ Octauo de decoratione.

¶ Nuperrime addita.

¶ Addita est practica perutilis de nouo in lucem prodita de noticia et curatione vniuersarum febrium et earum accidentibus donum dei vocata: quinq; tractatus cõtinens vna cũ tabula siue emporio omnium capitulorum.



Cum gratia et priuilegio.

¶ Nicolaus de Landa agri Rotbomagensis medicus studiosissimo probatissimoq; magistro Michaeli capelle artium ⁊ medicine doctori. S. P. D.



Continuū gorgiam eminentissimū illū virum eum (qui primus Athenis dicendi genus inuasit) dicere solitū scripsit Plato vir studiosissime. Nihil hoībus a dijs immortalibus relatū salubrius: nihil vtilius nihil deniq; humane necessitudini accōmodatius ꝙ artium adinuentiones traditionesq; quas suos illustratores cultoresq; superis assignasse celoq; dicasse plerūq; autumāt. Eam ob rem medendi artem qua nullus (auctore Plinio) fructicosior nō mediocriū virorū cōplusculi illustrauerunt excolueruntq;. Et horum imprimis hypocrates chous vir arte ⁊ facundia insignis qui dogmaticorum medicorū heresiarcha factus p̄mus apud grecos medendi precepta clarissime condidit: quē dyocles caristius hypocratice hereseos sectator primus: secundus fama atq; etate existens maiori ex parte imitatus est: post quos paraxagoras chius ⁊ chrisippus demūq; erasistratus chius viri nō inglorìosi hanc dogmaticam heresim exercuerunt. Fuit ⁊ alia medices factio quā Empericam ab experimentis appellant ⁊ eam in sicilia a creonte agringentino empedoclis phisici authoritate cōmendato traditam inuentāq; Serapion alexandriensis: deinde apolonij duo pater ⁊ filius. alijq; cōplures inartificiose empericeq; coluerunt. Sed et Herophilus calcedonius subtilioris quidem secte (vt aiunt) conditor ante oēs celebratam rationē eamq; paulatim efficacissimo vsu rerum omniū magistro repertam peculiariter vtiq; ad verba garrulitatēq; descendens in methodoicā sectam cōmutauit. Quā asclepiades bithineus (qui ⁊ maior vocatus est) themisonq; laudiciensis eius discipulus argumētis (vt dicunt) acerrimis fortissimisq; rōnibus vallauerunt. Cōpleuit illā thessillus italus qui (authot est Uarro) cuncta maiorū placida deleuit ⁊ rabie quadam in oēs eui medicos perorauit. Et ij sunt quos prima secula nouerunt. Hos autem longo temporū interuallo subsecuti sunt Galenus pergamensis quē medicorū principē cōmuniter ferunt. Albubetri arazi zacharie filius princeps aboali abinscent alijq; nō pauci quorū nomina celebratiora clarioraq; sint ꝙ vt aliene cōmemorationis indigeant. Paucis vero ante nos seculis inter ceteros medicos excelluit vir clarissimus ⁊ medendi scientia celebratissimus Bertrucius Bononiensis qui ea tempestate tanꝙ Asclepius colebatur: cōsulebaturq; in medelarum disciplina. Cuius antidota decretaq; veriora atq; certiora existimabantur: de cuius laudibus cū dixerimus plura: plura ꝑfecto dicenda supererunt. Hic enim cum non paucos iātam deploratos ad vitā reuocasset: cūq; multa ex medicine cultoribus secretiora deprompsisset terapenticā artis medices partem luculenter dogmatice methodoiceq; atq; emperice pertractauit. Nō minus vero ⁊ ea que ad passiologiā causilogiāq; atq; signatiuam pertinent disseminans hoc quasi quoddā medellarū omniū prōptuarium in parua coniectum formula singulari ingenio cōpilauit: vt qui viuus viuentibus ꝓfuisset: ita defunctus posteris mederetur. Quantū in hoc doctrine: quantū eruditionis: quantū vtilitatis contineatur statim diligens lector agnoscet. Quocirca singulos quotquot medicamentorum studiosi sunt hortor itemq; moneo vt istud clarissimū Bertrucij cōpendium subinde consulant in manibusq; iugiter habeant. Ipsos eī̄ scio Bertrucij dogmatibus euadere doctiores. Quantū vero tibi mi Michael dilectissime res medicorū debeat qui istud in lucem reuocari procuras quiq; calcographis imprimendum cōmisisti maiori narratione ampliusculaq; eloquentia indigeret. Uale.

¶ Sequitur tabula collectorij bertrucij.

Finis tabule Collectorij Bertrucij.

Tabula practice q̄ donũ dei dr.

Rubrice hui⁹ opusculi de vniuersis febribus sunt: quia hoc opusculuz diuiditur in quinq; tractatus.
Primus est de febribus humoralibus.i.quarum subiectuz sunt humores.iiij.s. sanguis colera: flegma et melancholia.
Scd̄s est de fe.spũalibus.i.de efimeris.
Tertius est de fe. quarũ subiectũ sunt humiditates secunde.i.de ethicis.
Quartus de fe.compositis.
Quintus de accidentibus fe.
Primus tractat⁹ diuidit̃ in duas doctrinas.
Doctrina.i.de feb.venenosis et de veneno sapientibus.et cõtinet capitula.xiiij.
Secũda doctrina de fe.humoralibus nõ venenosis et cõtinet capitula.xxx.

Finis.

Collectoriū medicine vtilissimū ac pernecessarium Bertrucij bononiensis sue etatis medicorum principis.



Uoniaȝ vt ait galenus medicorum princeps in de sanitatis ingenio libro.vij.ca. primo. librorum cōpilatio tribus de causis fieri dignoscitur. Primo ad exercitium proprij intellect⁹. Secūdo ad remediādū obliuioni que in senio fit. Tertio ad satisfaciendum petitionibus amicoꝝ. Idcirco ego bertruci⁹ generatione lombardus in scientia medicine bononie cōuocatus dispendia atq̄ varietates in pte practica medicine considerās intellectum sic ꝙ plurimorū in ipsa operari volētium cōturbare: quia nup introducti scriptis obscuris intricantur: tum quia intelligentes ꝛ prouecti scribentiū multitudine disturbantur: tum quia per regiones pficiscentes mole cartarum obruuntur: etiaȝ quia moderni tpis philosophi breuitate scripturarum oblectantur: remedia omniū passionum corpori humano accidere possibilium stilo quo potero breuiori: ordine quoq̄ cōuenientiori auctorum imitans vestigia: ꝛ proprie Ipo. gal. ras. ꝛ auic. ꝛ nouissimo Joh. hebem. nihilq̄ proprij ponēs: sed quod expertum est et ab expertis traditum pro posse lucidius exarabo. In collectiōe aūt presentis opusculi quod collectorium nūcupare desidero ordinem auic. in suo libro canon. obseruabo. faciam nāq̄ ex ipso duos libros generales. In quorum primo loquar de egritudinibus particularibus: que sunt a vertice capitis vsq̄ ad plantaȝ pedis: ipm in tractatus.xxij. diuidens more tertij canon. eiusdem: ita vt primus tractatus istius prime fen illius ꝛ secundus secūde. ꝛ sic deīceps plurimū corrīdeāt vt hic dicta promptius ꝛ facilius dictis auic. comprobentur. In secundo libro loquar de egritudinibus vniuersalibus stilo ꝛ ordine quarti canon. obseruatis. Antidotariū autē non subdā propriū: sed in singlis curis antidota ppria conficiā: vel ad antidotarium nicolai salernitani transmittā: qui de antidotorum descriptione iuuamento ꝛ administratione breuiter ꝛ clare scribens apud cōmuniter operantes oim nationū redditus est acceptus. Anteꝙ tamē hunc laborē operosuȝ aggrediar tria non sine iuuamento premittam capitula. Primū de medicina. scōm de medico. ꝛ tertium de corpore medicando. et erunt sicut preludium ꝛ pregustatio dicendorum. Uerum qm̄ in totius vniuersi compagine a summo philosophoꝝ magistro cōpertuȝ est vnum esse principiū quod soluȝ sibiipsi sufficit ex se: quia est id qd̄ est cui cuncta subsunt et ad quod cūcta respirant quodq̄ suā bonitatem oibus tribuit affluēter: idcirco bene se habet exordium psentis operis ad eius fontalem originē decurrere atq̄ ab ipso scribendi gratiā impetrare quaten⁹ dignet̄ assumpti laboris eē propiti⁹ initiator: largissimus adiutor ꝛ perfectissimus cōsummator: qd̄ vt fiat humiliter sibi verbū deuoti Johis hebe mesue scriptū in suo de medicinarum cōsolatione phemiali ca. parafo. dicētis. hoc opus aggredior auxilio ꝛ bonitate dei cōfisus qui sit benedict⁹. fac igitur potentissime de⁹ sermonum meorū felicem congerīē de thesauro largitatis tue qui es omnia felicitans.

¶ De commendatione medicine. Cap. primum.



Edicina artiuȝ pclarissima. hec verba prim⁹ medicinalis sciētie repertor Ipocrates q̇ nunꝙ aliquid eoꝝ que dicit false vel fabulose protulit: vt de ipo Gal. ij. de crisi. iij. ca. asserit euidēter. Ad cōmendationē sue artis in libro de lege ptulit excellēter intendēs in ipsis talē rōnē. Illa ars siue sciētia merito est oim pclarissima cūctisq̄ pferēda de q̄ in oi genere suarū causarū reddit̄ rō sȝ medicina est hmōi: ergo medicina est artiuȝ preclarissima. Maior pȝ ex terminis: quia subiectū ꝛ predicatū vel sunt oīno idē vel se se necessario cōsequūtur. Assumptū pbatur per oim causarū genera discurrēdo. Incipiamus igitur a nobiliori causarum: quia ab eo quod bonum est opȝ vt inchoemus: vt dicit Gal. in libello de malicia complexionis diuerse. Redditur ergo medicinalis scientia ex parte sue cause formalis cunctis alijs ꝙ sublime preferenda ppter tria. Primū est sue


Antidotarium Nicolai Salernitani

cognitionis certitudo siue efficacia demonstrandi. Secundũ est sue imitationis celsitudo siue grad⁹ subalternãdi. Tertiũ est sue cõsiderationis altitudo siue profunditas speculandi. Primum reddit ipsam fixam ꝛ immobilem. Secõm celsam ꝛ humilem. Tertiũ honorabilem ꝛ difficilem. De primo dicit gal. in quinto primi amphο. ꝛ auic. secundo canõ.c.ij. de cognitione medicinarũ per rõcinationem ꝙ inter omnes artes ꝛ sciẽtias sola medicina duobus vtitur tanꝙ instrumentis: experimento scꝫ ꝛ ratione: cum alie scientie sola vtantur rõne neqꝫ omnes eis: sed quedam formali tantũ: vt mathematica. quedaꝫ formali efficiente ꝛ finali: vt naturalis philosophia prout in ꝓlogo libri phisicorum edocet auerroys in commento. De secundo scribit cõmentator alexãdrinus in libro sectarũ dicens. philosophat quippe medicus circa humanum corpus: sicut nãqꝫ philosophia est medicina aĩe: ita medicina est philosophia corporis. Et gal. 3. de crisi ait. Uide quõ non est possibile vt inueniã aliquã operationum huius artis: nisi per visum principiorꝫ certorꝫ quapropter vocauit me necessitas ꝛ ad addiscendum scientiã naturalẽ ꝛ inuestigandũ speculationem in ea. Et auerroys pmo colliget dicebat: medicina est ars operatiua exiens ex principijs veris. i. verificatis in philosophia naturali: de qua philosophia loquitur Sene. xxxiij. epl'a ad lucillum. Dei munus est ꝓ quod viuim⁹: philosophie vero qõ bene viuimus. In quibus verbis ipsam primo omniũ rerum principio cõparat euidenter. Nam per philosophiam deum atqꝫ omnẽ veritatẽ speculamur. Iuxta illud Arist. ij. metha. vocari philosophiam veritatis sciẽtiam recte se habet: sed per dei ꝛ totius veritatis speculationem felicitamur. Iuxta illud Aristo. xiiij. ethicorum. Dei itaqꝫ operatur beatitudine differens speculatiua quedam est. humanorum autem que huic cognatissima felicissima est: sed per felicitateꝫ deo assimilamur. Iuxta illud ibidem. Dijs etenim vita omino beata est: hominibus aũt intantum inquantum similitudo quedam operationis huic inexistit. Aliorum autẽ animaliũ vllum felix nequaꝙ: sed per assimilationem deum amamus ꝛ ab ipso amamur. iuxta illud ibidem circa finem. Sapiens amantissimus deo est: quia sibi simillimus. De tertio scribit Io. damas. in suis amphο. Certe in medicina immensa est profunditas: operari autẽ ẽm libros sine solerti ingenio ꝛ perfecta ratione molestuꝫ est. Et subdit. Uita hominum breuis est ad cognoscendũ vires omnium terrenascentium: tu autẽ que in patulo sunt: ꝛ in quibus oẽs consentiunt ꝛ maxime que tu probasti: tene: que vero contrariuꝫ relinque. Eius autẽ difficultas ex alio percipitur: quia cunctas presupponit scientias eis vtens tanꝙ suis ministris. vtitur grãmatica propter eruditioneꝫ: logica ꝑpter rõcinationem: philosophia propter cognitionẽ: mathematica propter dierũ creticorum computationem redditur. Secũdo medicinalis sciẽtia est cũctis ꝙ sublime preferẽda ex parte sue cause materialis etiam propter tria. Primum est sui subiecti intensa nobilitas siue celsitudo. Secũdo sui subiecti extensa capacitas siue latitudo. Tertium est huius artis immensa necessitas siue valitudo. necessitas nãqꝫ ex materia dependet absoluta sicut a fine conditionata: vt probatur. ij. phisicorũ vltimo. ca. De primo scribit gal. in commento primi amphο. dicens. subiectum quippe medicine non est lapis. corium: aut lignum: sed corpus nobile atqꝫ gloriosum: corpus scilicet humanum de quo loquens Auicen. primo canõ. fen prima. ca. primo dico ꝙ deus ait. donauit autẽ deus homini meliorem cõplexionem ꝙ in mundo esse est possibile cum suarum virtutum conuenientia quibus agit atqꝫ patitur. De secundo loquitur Aristo. ij. phisicorum. dicens. Est nãqꝫ homo quodãmodo omnia: ꝛ ideo microcosmus. i. minor mundus ab antiquis enunciatus est. Continet enim homo in se primo entia diuina propter intellectiuam partẽ sui: vt dicitur. iij. de anima. Intellectus auteꝫ de numero abstractorum est. Continet entia celestia propter spiritus quos in se habet. Spiritus nanqꝫ est substantia corporea ex commixtione quatuor elementorum causata vergens in similitudinem supercelestium corporum: vt scribit Auicen. in libello de viribus cordis. capitu. ij. Continet tertio naturam elementorũ quatuor. nam vt ait Auic. primo canõ. fen prima. capi. de membris. Membra sunt que ex prima humorum commixtione generantur:

quemadmodum humores ex prima ciborum
et cibi ex prima elementorum commixtione
procreantur. Continet quarto naturam mi
neralium cum operationum suarum miran
da proprietate atque stupenda raritate. Nam
si magnes ferrum attrahit: non tamen inter
ferrum hoc vel illud distinguit. Et si magnes
ferrum attrahit: non tamen aliud a ferro a se
repellit. Membra autem nostri corporis sic
ad se attrahunt iuuatiuum quod ab ipso di
scernunt nociuo: et ita agunt in nutritiuum
quod expellunt a se superfluum. Continet quin
to naturam plantarum: quia habet in se vir
tutem naturalem et ministrantem et cui mini
stratur: qua vegetat: nutrit: generat: et augmē
tat. Continet sexto naturam animalium: quia
habet intra se principia quibus animal a nō
animali distinguitur scilicet sensum et motū
De tertio loquitur Cassiodorus libro sexto
epistolarum variarum. inter vtilissimas res
quas ad substentandum humane fragilita
tis indigentiam diuina tribuerunt natura
prestare videtur aliquod simile quod potest
auxiliatrix medicina conferre. Ipsa enim mor
bo periclitantibus materna gratia semper assi
stit: ipsa contra dolores pro nostra imbecilli
tate cōfligit et ibi nos nititur defendere vbi
nulle diuitie: nulla dignitas potest subueni/
re. Huic alludit dictum sapientis Ecclesia/
sti. xxxviij. capitu. dicentis. Honora medicum
propter necessitatem. etenim creauit eum al
tissimus. Additur tertio medicinalis sciētia
omnibus alijs precellenda ratione sue cause
efficientis etiam propter tria. Primum est
actorum suorum reuerenda vetustas. Secun
dum est actorum suorum solers atque studio/
sa sagacitas. Tertium est actorum suorum
amica atque placabilis tractabilitas. De pri
mo loquitur Aristo. ij. metha. non solum gra
tias debemus ijs qui bene dixerunt: sed et
qui male. aliquid enim nobis boni contu/
lerunt: nāque habitum nostrum preexercitati
sunt: et ideo si verosius non fuisset thimo/
theus non esset: et ita multa melodia carere/
mus. Actores autem medicinalis scientie pri
mi omnium fuerunt. Nam primus medici/
ne repertor fuit apollo et filius eius escu/
lapius antequam principia aliarum scientia
rum forent aliquatenus reperta: ipsorum ta
men scripta ad nos non peruenerunt propter
interruptionem studij ex diluuio mundi.
hunc igitur apollinem homines sui tempo
ris intantum admirati sunt: vt potius diui
num quam hominem nuncuparent: propter
quod et gentiles vsque ad hodierna tempora
deum sapientie predicant ac adorant. Pri
mus medicine artis repertor cuius scripta
ad nos peruenerunt fuit Ipocrates chous:
vt dicit Gal. in commento illius ampho. ter
tie particule. Egritudines in pluuialibus:
et si nanque ipsum precesserint medici de assi
dis: vt patet primo regiminis acutorum: il
li tamen potius emperici fuerant quam ra
tionales. Iste igitur Ipocra. non solum me
dicis: sed et philosophis Platoni et Aristo.
principia tradidit sue artis: teste Galeno
septimo de ingenio sanitatis capitulo primo
dicente. Ipocrates quidem bonus fuit agri
cola qui primum hanc artem seminauit. in
diget autem et aliquo qui semina eius au
geat et irriget. Secundum probat suorum
actorum copiosa varietas. non enim reperi
tur alia scientia tot scribentium calamis exa
rata: ipsam nanque perfecte tradiderunt Ipo
crates. Galenus. diasco. rasis et nunc tempo
re nouissimo Auicen. et auerroys et plures
qui sequūtur: propter quod dicit auerroys
quarto collig et capitu. de signis totius com
plexionis. Neque ob hoc despicias que in
hoc libro nostro reperies si ipsa reperisti in
alijs pluries: neque cribrans idem homo vnum
modium sabuli vt vnicam margaritam repe
riat: huic arridet dictum cassiodori secundo
epistolarum variarum. Omne scientificum
quanto profundius queritur tanto glorio
sius reperitur. et. Iohannes damascenus li
bros peritorum veterum relegere: eosque dili
genter discutere omnem sapientem iuuat.
De tertio loquitur Galenus tertio de virtu
tibus naturalibus capitulo tertio. Deprecor
omnes audientes libros meos discere illam
inuestigationem discutere: quam quidem so
phisticam intentionem requirunt. hec enim
intentio non generat nisi bellum atque litem
rabiosam: sed conuertant studium suum ad
indagationem virtuti pertinentem studium
et veritatem sectantes. redditur quarto et vlti
mo medicinalis scientia super oēs alias glo/
riosius extollenda ex parte sue cause finalis
etiā propter tria. Primum est lucri copiosa

acquisitio. Secundum honoris atq amicorum iocunda adeptio. Tertiũ anime vltima ra atq perfecta felicitas. De primo loquitur auicen. primo canoñ. fen prima in prohemio Non est autẽ bonum vt non sit plurimuz huius scientie apud vnũquẽq; et in eius memoria consistat: qui nomine huius scientie vocari seu per eã lucrari desiderat. De secundo loquitur Ypo. primo pronosticorum in capi. pmo: Omnis qui medicine artis studio seu gloriam seu delectabilem amicorum desiderat copiã. De tertio loquitur Gal. primo de sanitatis ingenio dicens. qui vult curare animam primo curet corpus cum difficultate organo nullus dubitet architetonicuz defectum. ad quam felicitatẽ vt perducamur orationem Auerroys quinto capitulo finali positam deuotis mentibus offeramus vt deus nobis consentiat peruenire ad vltimã felicitatẽ que beatitudo sempiterna appellatur.

¶ De informatione medici. Capitulum. ij.



Uoniam ppter malicias vulgarium et incuriositatem medicorum licet peritoꝝ et perfectorum scientia medicine simul cũ medico sepe ludificatur et inter vanas glorias apud idiotas abusus potius q veritates reputãtur. quod respiciẽs cassiodorus sexto libro variarũ eplarum dicebat. hoc malum quod naturaliter est in peccatoribus humanis radicatum vt qui nesciunt artes non honorent artifices. Propositũ est igitur pñtis capli cautelas innuere: quibus peritorũ medicorum infamia tollatur et eoꝝ vita immaculabiliter conseruetur. Ignaros nãq pñtes erudire non cupio cum de ipsis scribat medicorum princeps secundo de febribus ad glãconem. Medice quomodo curas si causam egritudinis ignoras. Si enim nescis an morbus sit periculosus necne quomodo non tu scis temere facis quicq̃d facis: et si quis curatus a te euaserit non tui muneris sed fortune est. Et primo de crisi. xiij. ca. dicebat. et si tu non cognoscis horam pñtem egritudinis et q̃ta sit ppinquitas vel elõgatio a statu nõ euacuaberis q̃n ledas egrum nocumento magno regimen diete plus vel minus dando q oportet cum ad hoc tẽpus vniuersalis limitetur dietatio et nõ erit differentia inter te et illum qui nihil nouit de medicina. Et Johan. hebemesue in suo de appropriatis primo capitulo. medice qui corporum curã geris auxiliari ne differas semel nãq pereunti nullum amplius subest remedium. Dicamus igitur cautelas. x. numero: quarum prima est de aggressu noui medici ad practicam. Cum igitur tyro predictus nuper studium exierit et inexpertus sit varietatis consuetudinum regionum et complexionũ et intricationum membrorum cum eorũ causis non sit preceps ad opus: nec egrum quẽcunq in suam custodiam recipiat: neq omnibus salutem promittat. Sed primo pusillanimus salubres egritudines ad se trahat: neq de salario instet importune: sicq degat potius expensas moderando q lucrum aceruando donec in experiẽtia radicetur: et eius gloriam fama predicet popularis: quia cautius est gradatim ascendere q cito scandentem ad precipitium festinare: et hanc experientie necessitatem signans Joh. damasce. in libro suo variorum sermonum dicit nulli medico etiam studioso credendum est nisi etate approbato. Secunda est de conditionibus circa egruz obseruandũ. Cuz igitur medicus primo accesserit ad egrotum salutem ei nunciet et vultu hylari. deinde sibi consiliãs principium egritudinis sm diem et horam perquirat et qualis antecesserit dieta sm obseruationem sex rerum non naturalium: et si quid fecerit propter quod põt talis morbus euenisse. Et si non consueuerit tali morbo actis temporibus egrotari et qua horarum consueuerit exacerbari et qua mitigari et per quales modos assuetus sit egritudines terminare an per fluxum ventris. sudorem. vomitum. fluxum sanguinis narium. menstrua emorroides. scabiem aut flebothomiam vel farmaciam solicitus perquirat. Deinde dispositiones singulorum membrorum corporis articulatim perquirat. Primo de membris animalibus: vt puta an assint vigilie: subeth: somnia terribilia: dolor capitis: tinnitus: vertigo et silia. Scdo de mẽbris spũalibus: vt pote si insit tussis et an sit sicca: difficilis: cũ punctura lateris et anhelitu anxio caumate circa pectus et an sentiat vel quãdo senserit catarros descendẽtes per guttur raucedinẽ et sputi grossi multitudinẽ post somnũ

indicentes: ꝛ an sit eius spūs ordinatus vel suspirijs intercisus ꝛ similia. Tertio de membris naturalibus an assit ꝓstratus appeti⁹ amaritudo oris: sitis: fluxus vētris: vel stipticitas: ypocūdriorum dolor: lenitas miracb: mollicies corporuz ꝛ extremorum: equalis caliditas vel inequalis: laterum flexibilitas vomitus: nausea: vrine retentio: vel exuberātia: ardor vrine: dolor articulorum: labor spontaneus musculorum qui sunt in ambitu corporis totius: ꝛ similia. Ex ijs nanq; oībus dirigitur vt differentias pulsus conditiones vrine ꝛ egestionis ꝛ sputi plenius dijudicet ꝛ cognoscat. Tūc igitur vultu maturo ꝛ deliberatione solicita pulsum vtriusq; brachij quattuor suis digitis decenter extensis sufficienti tempore distinguat et eius notas drias ꝰm longum ꝛ curtum: magnum ꝛ paruum: fortē et debilem: durum ꝛ mollem: rarū ꝛ spissuz: velocem et tardum: ordinatum ꝛ inordinatū tunc non fans neq; respiciens sed oculos in terram vel egri faciem prudenter defigens ex ijs veritatem percipiēs et fidem egri ad te trahens: deīn solerter ad vrinaz procedas in loco luminoso quem radij solares nō tangāt querens qua hora noctis fuit protecta. et an fuerit corrupta: ꝛ postea rectificata: ꝛ considerans eius drias ꝰm substantiā: vt puta an subtilis: an grossa: an sc; perspicua: an turbulenta: ꝛ ꝰm q̄titatem an exuberans: an diminuta respectu potus. ꝛ ꝰm qualitatem: an citrina: an rubea ꝛc. Et ꝰm contēta: an ypostasis sit alba: lenis: equalis: piramidalis: an nebula pendens aut spuma vel granum natās vel scabies in fundo residens: seu arena vel pillus vel filum spermaticum. Neq; illa hora negligas de renum et vesice dispositione perquirere: vt puta si circa alchatin vel sumē dolores sentiat ne renum vel vesice vitio decipiaris attribuēs epati vel venis: quod ipsorum est egritudo. De inde gradatim ad egestiones tendas earū substantiā colorē et q̄titatem ꝛ horam exeundi discutiēs. Similiter et de sputo si forte reperias in parapside cōseruatum: quib⁹ oībus ordinatim ptractatis citius es in arte medicine potens infirmo passionem ꝛ cām passionis aliqualiter declarare: ita vt se p te magis q̄ per seipm̄ cognoscat: quare te admirās sapientē ꝛ excellentez predicabit ꝛ firmabitur in te fides sua ꝛ confortabitur virtus ꝛ surget cōtra morbū subito cum crisi vel gradatim cū melioratione de die in diem ꝛ sanabitur perfecte. Iuxta illud Gal. in cōmento primi pnosticorum. Medicus inquit optimus est qui plures sanat: plures ille sanat in quo plures cōfidunt: ꝛ illud auic. in canticis suis. plus valet confidentia egri de medico q̄ medicus cuz oībus suis instrumentis. Tertia est de pcessu ad actuz curatiuum: q̄diu igit medicus cām morbi perfecte nō cognouerit medicinas nō ministret: sed cum ipata dieta ꝛ blādicijs egrum suspēdat. Iuxta illud auic. primo cañ. fen. iiij. cap. j. circa finem. Cuz aūt ignoras que sit egritudo relinque eā nature ꝛ nō properes: qm̄ aut natura supabit egritudinē aut ipam manifestabit. Postq̄ aūt causam noueris ad actum curatiuū procedas cū ordinatione diete ꝛ administratione medicine cōuenientis. Dieta aūt si aliquo mō possibile fuerit: fiat i cibis ꝛ potibus ꝛ hora sumendi ꝰm appetitū et cōsuetudinē infirmi: iuxta illud ypo. Paruz deterior cib⁹ et potus detestabilior melioribus quidā magis appetēdus pferendus est: ꝛ ibidem ex multo tempore cōsueta ꝛc. Morbum tamē ꝛ eius causam ꝛ horam exacerbatiōis vel status nullatenus pretermittat. Medicine vero si possibile fuerit sint potius cibi medicinales q̄ medicine pure: quia minus per eos natura terrebitur: et si non sufficit procedat ad puras a leuiorib⁹ gradatim incipiēs et ad fortiores paulatim necessitate vrgente transcendens: quia hic est ordo sapientie: vt dicit mesue et magis per exterius q̄ interius administret. Solutiuas autem medicinas plusq̄ potest euitet ꝛ ipsarum vsum differat et si necessitas ipsarum ingruerit ipsas cōsolatas ꝛ rectificatas in virtute ꝛ sapore propinet dosim eius pensando in se et respectum propositi corporis quod fieri potest per relationem infirmi vt puta quia forte frequenter ipsas assumpsit ꝛ se forte solubilem facile vel difficile cognouit: quod si non ita res se habeat: oportet q̄ corpora que vt plurimum faciliter soluuntur sint rara macilenta: que vero difficulter sunt solida et grossa per naturam. Humores etiam educentes consideret quia colera est facile educibilis. melancholia difficile: sed flegma medio modo se habet. Similiter colera sepe educitur per vo

mitum et proprie in estate et corpore consue/to vel facile vomenti. Melancholia vero nequaquam grocissime prohibente flegma per vtramque potest educi regionem. Consideret igitur regionem per quam natura educit spontanee et illuc etiam educat per artem. iuxta illud. vndecunque repit natura medicis optatis et stupefactiuis nequaquam vtatur nisi extrema necessitate cogente: vt puta si dolor vel insomnietas egrum ad defectionem perduxerint: vt docet Gal. xij. de ingenio sanitatis. Tunc vtatur eis potius per exterius quam interius: et si per interius potius per inferius quam superius: et si per superius potius versus diem atque vigilias quam noctem et somnum ne frigiditas per ipsum vltimetur neque ipsis aliquo moueatur nisi cum suis consolatiuis. Quarta est de processu ad actum pronosticum. Consideret medicus tenorem virtutis et bonitatem vel maliciam signorum cum ipsorum numero: et diligenter enumeret que preualeant in fortitudine et multitudine: et si post hec certa videat signa salutis vel mortis certum quid et determinatum pronunciet: quia non minus laudabile neque artificiosum est perito mortem predicere quam soluendo vitam spondere: tunc ab ipso fugiat neque auxilia vlterius inutilia proferat ne ars medicine ludificetur: vt probatur. ix. de ingenio sanitatis. cap. iiij. quia morituri solis signis pronosticis sunt relinquendi: vt dicitur in commento illius amphorismi prime particule. quando in statu est egritudo. Si autem dubius fuerit in sermone suspendat amicos et astantes cum amphibologico sermone dicens: oportet me expectare plura signa vel diem septimum vel alium diem tertium. Non si adhuc dubius fuerit verba magis applaudentia dicat: videtur mihi quod stantibus signis presentialiter visis neque mutata virtute egri ad deterius sanabitur hic vel morietur alter: quod si magis importune affines egri medico institerint sit eger pronus ad mortem quam infirmi salutem pronunciandam: quia si eger saluus euaserit gloria fiet medico: sin autem non incusabitur de morte et qualitercunque res se habuit non debet medicus infirmo dicere nisi de vita et salute ne forte timorem incutiens virtutem egri prosternat. Quinta est de astantibus informandis: debet ergo medicus ante omnia ordinare de industrioso humili solicito: quia astante qui dietam et medicinas conuenienter et decenter sicut sibi precipitur hora prefixa administret quicquid referre sciat qua hora eger dormire ceperit expergefactus sit et qualiter in somno se habuerit secundum os et oculos et modum decubitus et an cum tremore vel terrore euigilauerit: an post somnum se leuius senserit: et an eger sit obediens iussis medicorum. quia vt dicit Ypo. Oportet non solum seipsum prebere que oportet facientem: sed et egrotantem et astantes et ea que extrinsecus sunt scilicet expensis et cautelas ab incendio causatis percussione neque sit talibus vltra debitum familiaris siue sint consanguinei patientis siue non: immo potius erga ipsos teneat se vt percipiatur magis magister quam socius vel amicus: aliter ars ludificaretur et lucrum sanantium abijceretur. Sexta de medico in cura suo socio. Si igitur habeas consocium litteratum amicabiliter apud eum te habeas de morbo et cum ipso conferas in camera seorsum infirmi vel amicorum presentia ne si forte ab ipso discreperis sonum vel rixam concitans te vel tuam scientiam illudas. Si vero persona sit placabilis magis eligens veritatem quam gloriam ipsum apud egrum et eius amicos commenda: sicque mutuum capientis ambos simul vos in cura esse solicitos ac largo munere mulcendum necnon prudentis editionum abhorrentes plenarie demonstrantis. Si vero effrenus et elatus fuerit tibique detrahens erga ipsum similiter te habeas: quia sic ars deluditur et conare vt post eius recessum ab egro introeas et de ordinatione cibi et potus interroges: et si potes rationabiliter eius consilia refutes. Si vero idiota vel ignarus fuerit erga ipsum non tanquam socium sed subditum vel vt ad discipulum te geras ne hoc sibi in gloriam redundet litteralem: nisi forte humilem exhibeat et te apud omnes publice precommendet: tunc namque merito aliqua superficialia consimilia erunt referenda sub subtilitatibus et arduis in corde tuo conclusis. Septima est de apothecario eligendo. Procuret sibi quisque medicus apothecarium in arte sua peritum humilem et fidelem: ne forte appropriatum medicine retardans vel eius substantiam permutans vel eius pondus diminuens: vel eius recentiam et bonitatem falsificans te et tuam artem illudat: et proprie in medicinis la

tatiuis.vnde cõsulo vt medicinas laxatiuas quilibet medicus per se potius habeat q̃ ab alio recipiat cum in eis sit maior timor ꝛ ingloriatio medicorum. Octaua de cõsilijs porrigendis fortuitu occurrentibus. Cum quis igitur venerit ad te in domo vel consiliũ petens vel vrinam deferẽs:non sis prompt⁹ ad consilium adhibendũ. Sz primo conditionẽ considera persone ꝛ consiliũ quod petitur. Deinde vrinam formidanter respice preuidens ne sit acetum vel liquor alius vel vrina subiugalium quibus illuduntur frequenter medici:ꝛ si nihil horum affuerit consiliũ tribue. Si vero vnum ex eis videris eos proteruo vultu repellas. Consueuerunt nãq̧ vetule de veneficio vel impregnatione vel aborsu vel menstruorum prouocatione versute cõsilium petere:ipsis tamẽ sunt oĩa talia protinus deneganda: ꝛ cum vrinam inspexeris oculos ꝛ linguam cohibe ꝛ intentum atq̧ solicitum te protende. neq̧ de vrine iudicio responde donec a nuncio sexum etatem querimoniam patientis ꝛ consimilia sigillatim inuestiges. Aliter in vrine signo decipieris: qꝛ sepissime certificatum est eãdem vrinã ſm colorem ꝛ substantiã super diuersas passiones:immo q̃nq̧ contrarias iudicare. Signa ergo predistinguenda a vera rõne ducentis sunt preoccupanda. quod respiciens solers Io. damasc. ait in suo lib. ſmonum diuersorũ gloriosorum superbiã ꝛ ad vrinale multiloquium si sapias: contẽnas:neq̧ te egrũ per singula interrogare pudeat. Urina enim nisi morbus intra venas extiterit fallax nuncius est. Nona de salario petendo: cum igitur medicus ad perfectã experientiã ꝛ vulgarẽ peruenerit famam non veniat ad egrũ aliquem oĩno nisi rogatus ꝛ de salario certificatus:nisi forte egrotans sit intimus ꝛ spãlis notus vel amicus. Nam si veneris non vocatus deperit egri fides in te. estimat nãq̧ te ignarũ vel suspectum al's ad sui curam te primitus vocasset. Neq̧ sis contẽtus salario pusillo: magnam quippe scientiã grauem solicitudinem turpem stercoris sputi ꝛ vrine visitationem:ꝛ demum delectabilem sanitatis recuperationem ac vite redẽptionem de qua penitus desperauerat magna ꝛ cõdigna decẽt emolumenta:nisi forsan laborans sit persona pauper ꝛ miserabilis cum qua misericorditer est agendum viã sanctorũ luce euãgeliste pauli cosme ꝛ damiani medicorũ sublimiũ fideliter insequendo. Si vero de premio gentem egri cõspexeris post eius mortẽ non nisi vituperia recipies:quẽ si saluari cõtingat tibi vultum diabolicũ perfugum ꝛ diuersicula protendet:quẽadmodum in tui primitiua vocatione ꝛ auxilia deuota imploratione vultũ angelicum:deinde in sui resumptione vultũ humanũ demonstrabit. Decima de cõuersatione medici cum extraneis quibuscunq̧ viris literatis:ꝛ proprie facultatis tue reuerentiam exhibeas familiarẽ tam religiosis q̃ secularibus gaudiosis ꝛ rationatis actibus cõuiuendo:vt eorum veridica simul ꝛ proficua cõmendatione florescas:vulgaribus ẜo neq̧ familiarem neq̧ elatum te offeras:ne te nimia familiaritate contẽnãt vel superflua seueritate deuitent:vestibus ꝛ gestibus honestatem diligas non põpã: litium ꝛ dissensionum partes fugias:ꝛ ad concordandũ ꝛ vniẽdum te proposse interponas: vulgi laudes ne cupias. laudat nãq̧ vituperosus ꝛ opprobrijs refert:non dignos vitians ꝛ deturpãs propter quod ait Arist. 4. ethi. volo honorari non nisi a sapiẽtibus notis et honestis quõ quis practicare põt quo penit⁹ est nudatus Reuerentias tamẽ sibi exhibitas cuiꝰ pedes vel eq̃s per ciuitatem gressus suos direxerit non spernat vnicuiq̧ iuxta gradum honoris diuitiarum generis prudentie vel etatis responsum beniuolum porrigendo.

¶ De corpore medicãdo. Cap. iij.

Actus medici circa corp⁹ humanum septuplex est. Primus conseruatiuus omnium precipuus: qꝛ est respectu obiecti nobilissimi sanitatis. s. perfecte que est temperies ad iusticiam vel ꝓprie id a doctorib⁹ nũcupatur. Scd's reductiuus postea sublimior qui est respectu sanitatis perfecte: quia vnũquodq̧ corpus distemperatum degit sibi ꝓpria sanitate. Tertius preseruatiuus postea nobilior qui est respectu egritudinis superfuture. Quartus curatiuus omnium maxime necessarius qui est respectu egritudinis presentis. Quintus pronosticus circa futuram salutem vel perniciem predicandã per artes in oĩ passione qui est oim glãosissim⁹ ꝛ famosus. Sextus resumptiuus. postremus qui est

respectu sanitatis post fortem desolationez: desperationē:ex quib⁹ cōspicere possum⁹ medicinalē sciam in oībus corporibus ꝛ oībus locis ꝛ tpibus necessario fore cōsulendā. Et ideo dicebat medicoꝝ pīceps in tegni trac. de causis.circa pnci. Si eīn esset impassibile et imutabile nr̄m corpus ꝛ semper maneret optima cōpositio nulla indigeret arte ipsuz cōseruante:qm̄ vero mutatur ꝛ corrumpit̄ et ꝯuertitur nō seruās quā habebat ex pncipio cōsistentiā ſm hoc curatione indiget. Et primo de regi.sani.ait. Nequaq̄ quidē reperibile est corpus tēperatum: vel si est:ad ictum oculi est. Sunt aūt medicine cōsilia non quē admodū textorū vel edificatoꝝ necessaria ſz quēadmodū agricolarum ꝛ nautarū possibilia:ppter qd̄ ait auer.ſ.ꝛ.vij.colliget. Finis huius artis nō est ad saluandū:sed ad faciendum iuxta illud quod pōt fieri ꝛ q̄titate conuenienti ꝛ tempore conuenienti. Et postea debet expectari finis sicut est in arte nautaꝝ et regimīe exercituū. Et gal'.i.xj. de inge.sa. ars medicine ꝛ medicus nō sunt principales cause sanitatis:q: sanitatem nō absq̄ mediocri facere pn̄t:sed cum quadā conuenientia. Quod exponēs in teg.ait.qm̄ quidez borum operatrix natura:medicus vero minister. et ipo.ſ.prono.q̄uis oīs minime curare possit: quod si posset non iam futuri preuisor:sed diuinis prophetis melior reputaret̄. Et philosophus.ſ.rheto.dicit.nō est optimus coriari⁹ qui facit optimos calceos: ſz vt cōiter qui de contingentibus nihil obmittit. Scripturi itaq̄ de arte curatiua ꝛ pnostica premittere diximus capitulūz de arte conseruatiua preseruatiua reductiua ac preuisiua quod ad sanitatis regimen dignoscitur pertinere. Conseruatur itaq̄ sanitas.iiij.modis precipuis.quorum primus est per dietaz regularem:ꝛ hanc in methodo ponemus. Secundus vero p consuetudinis bone obseruantiā et peccantis correctionem quam in emperi cis dicemus. Tertius per regularum generalium noticiam quam in canone scribemus. Quartus per egritudinis fiende cautelam quam in pronosticis subiungemus.

Methodus

ꝯsistit ī regimine diete. Dieta aūt ī debito vsu sex rerū nō naturaliū que sunt cib⁹:potus:inanitio:repletio: somnus:ꝛ vigilie:mot⁹:ꝛ quies:aer nos continēs et animi passiōes:de qbus per ordinē distinguem⁹. Regimē cibi sex pficit̄ modis: q̄ sunt substātia:q̄titas: q̄litas:cōsuetudo:tpᷤ:ꝛ ordo. Substantia q̄ppe ciboꝝ debet eē q̄ generet bonū chilium tpatum:vel circa id vt sunt caro pulloꝝ.perdicū. fasianoꝝ oīz auiū siluestrium nō aquaticarū:caro hedoꝝ saltantiuz agnorū vituloꝝ lactantiū boū nōdum arātiū porcelloꝝ vnius vel duoꝝ an.capriolorūz ceruorūz pinguiū porcoꝝ siluestriū. Et de leguminib⁹ cicera fracta vel pisa ꝛ aqua eoꝝ proprie et de granis frumenti risum far farina auene panis triticeus bn̄ coctus fermētatus bene salsus collect⁹ de tersano bn̄ conseruat⁹ nō corruptus. De herbis borrago spiarchia bleta petro atriplex endiuia lactuca. De fructibus ficus vue mature ante prādium pira et coctana assa post cibū. De piscib⁹ luceus et oēs pisces marini durarū carniuz nō viscosarum.vel aliȷ̄ pisces q̄ in aqua munda arenosa petrosa capti sunt hn̄tes carnes solidas ꝛ frāgibiles sapidas sq̄mosas ꝛ pprie assi super prunas vel elixi cōditi cum sinapi pipe et croco zinzi.ꝛ aliȷ̄s specieb⁹ corrigētib⁹ flacitatem. De lactib⁹ lac caprevel asine vel vacce bene paste de bonis herbis feno:ꝛ proprie ante cibum sumptū in stomacho mundo per se vel cuz zuccara aut melle aut mica panis. Caseus recēs vel q̄si recens ex bono lacte artificiose factus:oua recentia puula oblonga sorbilia. Quantitas cibi dz esse q̄ satisfaciat nature nō appetitui. Nā stomachus calidus appetit min⁹ q̄ oportet: frigid⁹ plusq̄ opz. tpatus aūt tantū appetit q̄tum bene pōt digerere:vt dicit gal'.i teg.c.de signis stomachi. de qua mensura ciborum loquēs Auic.ſ.can. fen.iij.c.de regie cibi ꝛ pot⁹ ait. Ex cibo nullus est ita replēdus vt nō sit locus vacuus in stomacho ꝛ supfluus:sed ab eo est cohibēdus reliquus a desiderijs in aīa remanētibus.hēntiz famis reliquie post vnā horam destruūtur.ſ.qn̄ os stomachi corrugatuz post cibum fuerit.q̄titas aūt discreta debet eē vt numerus ferculorum binariuz non excedat:quia in multitudine ciborum ꝛ proprie etherogeneorum neq̄ per artificium coctorum bene contpatorum necessario fit inequalis digō in stomacho:quare vel coctus exiens traheret cru

dum post se vel expectans eius digestionem adureretur: cuz digestio non sit alteratio quecunq facta a calido naturali: sed determinata certo termino. propter quod ait Auicēna. Et nihil quidem est deterius q diuersa nutrimenta simul adiungere. post hoc in comedendo tempus prolongare non licet. Cum enim postremum nutriens aduenit primum iam incipit digeri. Nutrimenti ergo partes in digerendo non simulantur. Qualitas ciborum debet esse in complexione quidem frigida hyeme actu ⁊ virtute calida: in complexione calida estate actu ⁊ virtute frigida: in mediis autem temperata: quia omnis complexio siue sit temperata siue intemperata conseruatur per similia in forma ⁊ gradu: sed furiosa rectificatur per contraria in forma. Similia in gradu si fiant vsu moderato: consuetudo proposse seruanda in cibo. quia dicit Hypo. ij. amphor. Parum deterior ⁊c. ⁊ ibidez. Ex multo tempore consueta ⁊c. et Auicenna c. allegato. Oportet preterea te scire q nutrimentum melius est qd melius sapit: propterea q stomachus et virtus retentiua vehemēter ipsum amplectantur cum bone fuerit substantie. Hoc autez addit insinuans q consuetudo ad malum cibum est gradatim abiicienda non subito: qz repentinas mutationes nō sustinet natura: vt dicit Galen⁹ in teg. Insuper ista abiectio consuetudinis non debet fieri nisi in tempore sanitatis: quia in cura cuiusq egritudinis omnis consuetudo est toleranda cum tunc sit basis ⁊ fundamentum nature: vt dicit galenus septimo de inge. sa. assignans causam ibidem q si tempore egritudinis consuetudinem mutaueris quocunq ledes naturam tripliciter. primo per egritudinem. secundo per medicinarum exhibitionē. tertio per delectabilium ablationem: quare natura non sufferens finaliter succumbit. et Aristot. j. rheto. Consuetudo est altera natura: quia consuetudo est eorum que vt sepe: natura vero eorum que vt semper. Sepe autez ⁊ semper sunt sibiinuicem propinqua. Tempus anni est in cibo diligenter obseruanduz: quia in hyeme est multus cibus simul sumendus: quia ventres hyeme et vere calidissimi sunt natura propter antiparistasim: et tunc natura pōt sufferre errores: et cibi grossi tunc sunt sumendi: sed raro ſm numeruz: quia tūc pauce fiunt a corpore resolutiones: in vere autez parū ⁊ raro est comedendū: quia precessit per totā hyemē multarū superfluitatuz collectio. Et hoc tp̄s bonitate sue cōplexionis omnē materiā expellit ⁊ oēm egritudinem manifestat: in estate est comedēdū sepe bis vel ter in die: pro vice tn̄ parū ⁊ de cibis subtilibus de facili digestibilibus: qz tunc calor naturalis est debilis et resolutio plurima. In autūno vero aliquātuluz plus pro vice de cibo est sumendū: sed rarius ſm numeruz. Et est maxime insistenduz in illo tp̄e in vsu bonorum ⁊ laudabiliū ciboꝝ: qz naturalis calor est debilitatus plurimū per estatem precedentez ⁊ p maliciā cōplexionis aeris presentē. Et cauenduz est a fructibus: quia generant chilluz valde putrefactibilez illo tēpore: lz quandoq in estate comedi possint pruna: cerasa ad reprimenduz cholerā ⁊ proprie ante omnē cibuz. Tempus etiā estatis est obseruanduz: qz pueri qui crescunt sunt dietandi dieta hyemis in continuo sed nō in discreto: quia multuz ⁊ sepe debent sumere cibuz: sed iuuenes et etate perfecti dieta hyemis oīno: quia calor naturalis est in vltimo fortitudinis et corpus non indiget apponere ampliori. senes vero dieta vernali. seniores dieta estiuali in continuo ⁊ discreto: sed autūnali in ciborū substantia sumendorū. Tēpus preterea diei considerandū est. qz vt ait Auicenna ca. de descensu cibi a stomacho. Corpus temperatuz debet tribus vicibus sumere cibum infra duos dies naturales: vt vnicuiq triuz refectionum cedat numerus sexdecim horarum naturaliū quod est cōmune tempus digestionis ⁊ euacuationis superfluitatum primaruz: licet hoīes nostri temporis cōmuniter in die bis cibuz sumāt: in prandio scilicet ⁊ cena: quod propter cōsuetudinez antiquam non valde vituperabilem est tenenduz. Quoniā apud homines irregulariter viuentes tp̄s prime digestionis nō est vnū: quia apud quosdaz est duaruz horarum apud alios quatuor. vel sex ſm diuersitatez cōplexionis stomachi vel ciboꝝ in q̄to ⁊ quali. Sed in tp̄e conandū est vt cibum estate sumant horis diei magis frigidis ⁊ locis frigidis arte vel natura. In hyeme ptrario modo. In vere ⁊ autūno medio modo. Ordo etiam in cibo est attēdendus. Nā si stomachus fuerit tpatus ⁊ tēpus tēperatuz: tunc non dz in

ſtomacho cibi cōmiſceri diuerſarū ſubſtantia
rū ſed homogenei in ſubſtantia ⁊ equali in cō/
plexione qui ſupradicti ſunt: ne fiat inequa/
lis digeſtio. Si vero ſtomachus fuerit calid⁹
colericus natura debet cibus groſſius p̄mitti
ſubtili cum melior digeſtio ⁊ maior caliditas
fit in fundo ſtomachi ſicut melior appetitus
⁊ ſenſatio fit in ore eius adureref; forte ſubti
le anteq̄ digereref groſſum quare ſi ſubtile
fuerit premiſſum egreditur: et groſſus inter/
dum digeritur. Propter qd̄ ait Gal. j. alimē.
de ſtomacho colerico q̄ melius digerit car/
nes bouinas q̄ piſces petrinos: quia adurit
ſubtilia ſed tēperate excoquit groſſa. Si vo
ſtomachus ſit frigidus natura procedaf ecō
uerſo. Si autem ſit ſtipticus ⁊ ſiccus natura
liter premittantur lubrica ſtipticis. Si vero
humidus ⁊ fluens fiet econuerſo. Si vero fa
melicus ⁊ exercitatus premittat groſſa ſubti
libus ne forte corrugatus velociter ſup ſubti/
le reſpuat groſſum. Si autem ſit faſtidioſus
⁊ ocio gaudens fiat econuerſo: vl'r tamen ca/
uendum in omni ſtomacho aſſumptione ci/
bor valde diuerſor in ſubſtantia quoniaz di
uerſis digeruntur tēporibus et difformibus
elaborantur gradibus caloris. Fuit igitur in
eorū mixtiōe plus nocitiui q̄ iuuatiui. Utrū
autem maior cibus ſumendus ſit in prandio
vel cena ſcribemus copioſe capitulo de dimi
nutione ⁊ corruptione digeſtionis in ſtoma/
cho. C. de cañ. potus etiam reguleſ in ſubſtā
tia q̄titate qualitate ⁊ ordine de quo dicem⁹
ca. de ſiti. C. de cañ. vnum tamē hic ponem⁹
preter illic dicenda qd̄ conueniens eſt ſtoma
cho ⁊ omni corpori ſeruare volenti propriam
ſanitatez vt potū permixtiuuz. i. quiddam hora
comeſtionis aſſumit partiatur in vices pluri
mas a principio comeſtionis vſq̄ in finē: ne
forte potus plurimus ſimul ſumptus cibum
fluctuare faciat ⁊ permixtionē bonā ꝓhibeat
⁊ retentiuaz ſtomachi deijciat. Et hic potus
cōueniens eſt vt in principio comeſtionis ſit
vinum purum claruz potens in confortatio/
ne digeſtionis. Sed in medio ſit limphatum
paruz per gratiam melioris cōmixtionis: q²
talis potus erit calidus ratione vini ⁊ ſubti
lis ſubſtantie ratione aque que duo maxime
conferunt penetratiui: in fine vero ſit vinum
limphatuz vſq̄ ad mediuz vel per ſe natura
liter ponticum: vel aqua pura ne fumus ſur/
ſum caput percutiat: ⁊ ideo expertū eſt q̄ ma
gnus hauſtus aque frigide poſt crapulam
ſumptus aut tollit aut diminuit ebrietatem.
Et hec de prima re non naturali. C Dica/
mus de ſecunda que eſt inanitio et repletio.
vbi ſciendū eſt q̄ par eſt peccatuz ſtomacho
famelico cibuz denegare ⁊ faſtidioſe repleto
cibum offerre: vt dicit Auicenna primo cañ.
fen. iij. ca. de regimine cibi ⁊ potus. Primum
nāq̄ ſtomachuz replet malis humoribus: ſe/
cunduz vero plectoriā opillationem putrefa
ctionem apoſtemata lepraz ⁊ fe. inducit. Qui
cunq̄ igitur cupit cuſtodire ſanitatem ſurgat
omni mane hora determinata aſſueta ⁊ vni/
formi poſtq̄ ſomnū ⁊ digeſtionez compleuit
perfecte. Deinde conetur diligēter ad expul
ſionem ſuperfluitatuz prime ⁊ ſecunde dige
ſtionis ſtans erectus et fixus in eodem loco
donec propria grauitate deorſum tendant.
Poſtea caput diligenter fricet cū pectine vel
digitis: vt pori capitis aperiantur ⁊ vapores
exhalent. Poſtea conetur ad ſcreatū ⁊ ſternu
tationez per ſe vel per artem ſi reuma ſenſe/
rit. poſtea exercitetur gradatim a motu debili
ad fortez redeundo ad debilem ⁊ tandiu hu/
iuſmodi motuz continuet donec aliqualē ſen
tire ceperit laſſitudinem vel ſudorez ⁊ balnee
tur ⁊ vociferet ⁊ in ſole ambulet et in ieiuno.
Poſt hoc quieſcat in loco temperato vel ver/
gente ad frigiduz: donec calor naturalis vnia
tur ⁊ famem ſentiat et ſaliua ſubtiliari cepe
rit: tunc ilico cibum predictuz capiat ſine mo
ra. Poſt comeſtiones vero nō exercitetur niſi
prout dicetur neq̄ ſub ſole vel eſtu habitet
ne cerebrum vaporibus repleat. Et idem or
do ſeruandus eſt ante cenam. De tertia re
non naturali que eſt ſomnus ⁊ vigilia. Scien
duz q̄ tempore Ypo. vt patet. iij. pronoſti. om
nis ſomnus diurnus ⁊ vigilia nocturna fue/
rant vitioſa: minus tamen ſi a mane vſq̄ ad
horam diei tertiam ſe tenuerint poteſt tunc
fuiſſe regimē ſanitatis optimū. Tempore au
tem gal. vt dicitur ibi in cōmento. Conſuetu
do principuz ⁊ magnatum cepit comaz viola
re. Tempore aūt moderno vt ait Auicē. ca. de
regimine cibi ⁊ potus. Nō oīs ſomn⁹ diurn⁹
eſt vitupandus. Et proprie ſi in eo q̄nq̄ cōdi
tiones obſeruenſ. Prima vt ſit cōſuetus. Se/
cunda vt nō ſit ilico ſuper cibuz. Tertia vt nō
ſit capite depreſſo. Quarta vt nō ſit longus.

Quinta vt nō fiat stupenda ⁊ repentina expergefactio: sed morosa. In omni autē somno conuenit vt fiat in loco non calido vaporoso: sed tēperato vel parū frigido. Corpus tamen perfecte pannis calidis cooperiatur plurimis: vt calor naturalis redire ad interiora non formidet: neq; membra exteriora mortificentur: quia in his duobus magis cōsistit bonitas tertie digestionis. s. stomachi epatis et membrorum. Quarta res non naturalis que est motus ⁊ quies taliter est regēda: vt ante omnem cibum ⁊ post euacuationem superfluitatū fiant exercitia fortia predicta. Post cibū vero illico conuenit vel quiescere sedendo vel erigi stando: vel moueri paulatim breui tempore deambulando: vt motus nō sufficiat ad cibi conquassationem sed eius in fundo stomachi locationem. Primum nāq; sitim angustiam ⁊ indigestionem inducit. Secundum vero labia oris exiccat: os stomachi corrugat ⁊ digestionem confortat. Et si contingat talem proficisci pedes vel eques totam dietam vel circa id in ieiuno pficiat. neq; sospitatus vel hospitatus illico cibum vel potum perficiat aut capiat: nisi postq; quieuerit ⁊ calor ad interiora redierit tunc cibum paruum recipiat. Et si necessarium est vltra progredi somnū breuem super cibum dormiat anteq; iter arripiat: ne cibus concussus in stomacho corrumpatur. Optima nanq; digestio fit somno ⁊ quiete: vt dicit Galenus. vij. de inge. cap. de cura stomachi sicci. Et licet post exercitium vel vigilias promptius fames superueniat: hoc non est nisi propter cibi descensum ad intestina vel membrorum resolutionem vel sensus oris stomachi acuitatem que in somno non contingunt. De quinta re que est qualitas aeris continentis taliter videtur dicendum. Et omni tempore cauendum est ab aere pestilentiali ne fortem epidimiam vel lepram inducat. Rectificetur ergo cum suffumigio storacis sicce vel thuris ⁊ pillis de aloe que dicentur libro. ij. capitu. de feb. pestilentiali et obstructione domus ⁊ camere a ventis meridionalibus vel occiduis ⁊ eorum euentatione et apertione ad plagam orientalem vel septentrionalem. Et cautela a communicatione leprosorum scabiosorum obtalmicorum epilenticorum et omnium patientium morbos contagiosos. ⁊ custodiatur ab aere in quo sunt cadauera vel paludes. Et si aer sit frigidus rectificetur cum igne: si calidus cum rorатione aque ros. ⁊ stramento ros. nenuphar. violarum ⁊ similium. Si siccus cum gladiolis maluis vineis folijs salicis vel populi vel vitis. Si humidus cum suffumigio xiloaloes vel alipte muscate: ⁊ vtatur per interius electuarijs calidis vel frigidis put oportet. Et vestiatur vestibus calidis laneis mollibus vel lineis vel sericeis subtilib⁹ put necessitas postulauerit. De aere dicit haly supra tegni q; est inter res non naturales precipua ex eo q; ambit ⁊ ingreditur corpus nostrum ⁊ membrum nobilissimum quod est cor. Nec ab eius qualitate possumus vnica hora separari propter necessitatem anhelandi. Quare in eius custodia ⁊ rectitudine plurimum est solicitandum. De sexta re ⁊ vltima non naturali que est animi passiones. Sciendum q; conuenit in regimine sanitatis gaudio ⁊ leticia vti: quia animum fortificant spiritus subtiles ⁊ animum laudabilem generando. Idcirco conuenit vti vestibus ornatis eximijs aromaticis: anulis nobilibus sonis musicis: et omnibus gaudiosis: quia timor tristicia ⁊ solicitudo assidua mentem deijciunt: sanguinem grossum frigidum multiplicant: spiritus terrestres et caliginosos generant: calores mortificant: humores incuneant: ⁊ melancoliam confirmant. Sed reperiuntur aliqua emperica que propter hominum consuetudinem plurimuȝ videntur conferre ad regimeȝ sanitatis de quibus nunc dicamus. Si igitur nunc sanitatis cōseruator quandoq; propter errores regiminis purgatione indiguerit: tunc ab anno etatis sue. xiiij. vsq; ad. lxiiij. vel circa id poterit istis medicinis vti secure omni tempore anni. Nam ante tempus etatis predicte ⁊ post non est flebotomanduȝ nec farmacandum: nisi necessitas magna precipiat ⁊ robur virtutis ⁊ carnositas corporis ad ipsum concedāt: prout dicit Auer. vij. colliget. de auenzoar medico peritissimo qui flebothomauit filiū suū sinocham patientē cū esset vni⁹ anni ⁊ ipsum liberauit a morte. Si igitur sanguis indiget euacuatione fiat flebothomia. Si cholera

fiat cū.ʒ.i.reubarbari optimi puluerisati ⁊ incorporati cum.℥.iiij.vel.v. aque decoct.prunorum damascenorum dando actu cal'. in aurora vel ante diem. Si flegma fiat cum medicina de turbith quod est pharmacum bene nobile quo sepius in opere presenti vti intendimus. ⁊ sic fit. ℞.turbith al'.elect.et mundi.ʒ.i. vel.ʒ.i.⁊.ß.zinz.ʒ.i.zucca.ʒ.ij.fiat puluis ex ipsis qui detur totus ante diem cum aqua calida:⁊ differatur cibus post ipsum: quia est tarde solutionis. Et si vis acuere adde bermod. ʒ.i.vel ß. Si melia fiat medicamen istud. ℞. sene.ʒ.v.zinz.ʒ.ij.cartami.℥.ß.cinamomi.ʒ.ij. fiat puluis ex omnibus de quo detur.ʒ.i. vel ij.ante prandium per duas horas cum iure carnium actu calido. Si humores adusti: sic fiat. ℞. medulle cassiefi. manne thamarindi añ.℥.ß.dissoluatur in.℥.v.vel.vi.aque decoc. prunorum colletur ⁊ collatura ⁊ totum detur ante diem actu calidum. Et si nolueris recipere omnia sume de vno eorum.℥.i.vel.ij. Si autem leuiter mūdificare massam sanguinis intendis: sicut ↄsueuerunt homines facere in principio veris ⁊ autūni. ℞.ebi. epithi.sene. añ.ʒ.ij.quinqꝫ mirabolanorum añ.ʒ. ß.cinamomi electi.ʒ.i.gariofi.ʒ.ß.reupontici boni ⁊ loco eius reubarbari optimi non putrefacti turbith albi ⁊ electi.zinz.albi.añ. ʒ.ß. zuccari.ʒ.ij.fiat puluis ex omnibus bis et detur totum ante diem cum.iiij.℥. aque decoct. anisi vel feniculi actu ca. et differetur cibus super ipsum. Et scias ꝙ medicine laxatiue non debent dari nisi premollito ventre vna die vel ij.cū sirupo aliquo vel cibo lubricatiuo: sicut iura carnium pinguium ⁊ olera mollificatiua Scias etiam ꝙ non debent dari cum liquore plurimo: quia disgregat et corrumpit virtutē medicine: sed cum tali ⁊ tāto que sufficiat ad deferendum virtutem ⁊ vaporem medicine p membra: neqꝫ debet dari sine omni liquore: quia pigritaretur eius operatio: neqꝫ in hora magne famis ne forte super ipsas se cōuertat natura ⁊ in chimum pessimum scilicet sui generis transmutetur. verbi gratia. Turbith in flegma: scamonea in choleram: sene in melancoliā. vt dicit gal'.v. de simplicibus medicinis. Postꝗ autem medicina satis operata fuerit: tribue in potu vnum haustum magnū ptisane collate: vel iuris pullorum ⁊ proprie galli veteris vt reliquie medicine abstergantur: ⁊ stomachus ⁊ intestina abluantur. Si autem medicina exhibita non soluerit vel tarda fuerit: omnino tunc licet regulariter non competat illa die dare medicinam aliam: vt dicit Auicenna.i.cañ. capitulo quarto iam in precedenti sermone. Tamē communiter operantes propter vitandum vituperium et infirmi terrorem tribuunt.℥.ß.vel.ʒ.ij. de succo rosato laxatiuo cum aqua calida: quia tunc prior medicina incipiet operari cum adiutorio secundo. Si venter alicuius sit stipticus naturaliter vel propter errorem lubricetur ante cibum cum suppositorio vel clisteri vel cibo lubricatiuo: sicut dicemus capitulo de stipticitate ventris. C. de empericis. Quia nihil deterius est in regimine sanitatis ꝙ retētio fecum in corpore: que vaporantes sursum inficiunt cibum ⁊ caput replent: et torporem inducunt: ⁊ tandem egritudines perniciosas scilicet apostemata febres putridas: cholericam: ydropisim: tympanistem. Expertum est etiam ꝙ licet mixtio diuersorum ciborum in eadem mensa in regimine sanitatis sit prohibita. Sunt tamen quidam peiores alijs: sicut est mixtio piscium et lactis: vel vini et lactis. Et vniuersaliter omnia contraria in cōplexione vel modo substantie. sicut autem cōuenit ante cibum sumere de electuarijs calidis digestionem confortantibus. Ita nocet eis vti post cibum: quia ipsum sursum fumare faciunt et corrumpunt digestionem ⁊ sitim cum dolore capitis inducunt. Attendum ergo calidis aromaticis ante cibum et frigidis stipticis post cibum. Sunt preterea corporis varie consuetudines et inenarrabiles. Consueuerunt namqꝫ plurimi melius digerere cibos diuersos simul ꝙ homogeneos. Et sunt qui delectantur in carnibus vulpium et luporum. Similiter plurimi somno se reficiunt ilico super cibum. Alij comedunt quater vel pluries omni die et mittunt crudum super semicoctum: ⁊ sic de multis alijs: tamen dicunt se per hoc melius et sanius se habere. iuxta illud Galeni tertio de simplici medicina. Quod quedam puella fuit nutrita napello: nec ex hoc moriebatur: sed sibi concūbentes solo anhelitu interficiebat. Alia iusquiamo: alia fungis siue rebus alijs complexione vel substantia venenosis. Quapropter ait Auicenna.i.cañ.fen.iij.caplo duodecimo de

regi.cibi ⁊ po. Regiones quippe naturas habent proprias: ⁊ vsus et consuetudines sunt extra rationem. Et hoc quidem obseruandũ est ⁊ oportet vt in hoc experimentum vincat rationẽ. Est namq; cibus qui solet comedi in quo aliqd est nocumentũ ⁊ est cõuenientior bono non vsitato. Vnaqueq; em̃ figura ⁊ cõplexio cibum habet cõuenientẽ ⁊ consimilem ad quem mutandũ si voluntas affuerit nocumẽtum ei faciet ⁊ impedimentum. Sed contra istas malas consuetudines subdit ibidẽ. Ille vero in quo male digeruntur cibaria ob hoc non decipiatur: quoniã post dies aliquos generabuntur in ipso mali humores egritudinem faciẽtes ⁊ pernecãtes. Et constantinus in viatico: non gaudeant malo cibo vtentes: quoniã si in presenti non leduntur: in posterũ percussionem non euadent. Sumus igitur perplexi ex dictis circa cõsuetudines an ipsas obseruemus an mutemus. Ad qđ videt̃ dicendum q̃ cõsuetudo vel est cõueniens nature: ⁊ tunc oĩs est seruãda: vel est dissimilis ⁊ incõueniẽs: ⁊ hoc dupliciter. Quia vel parum discrepat: ⁊ tunc adhuc est seruãda. vel plurimũ recedit a natura: ⁊ hoc est dupliciter: quia vel est innata vel non. Si scđo modo non est tenenda. Si primum hoc est dupliciter: vel est corpus egrotans actu: ⁊ tunc iterũ est seruãda: q2 tempore egritudinis oĩs consuetudo ⁊ oĩs naturalis complexio quantũcunq; distẽperata penitus toleranda est vsq; ad perfectam sanitatẽ: vel est infra latitudinem sanitatis: ⁊ tunc est permutanda: nõ tñ subito sed gradatim parum post parũ. Quod si nõ fiat in posterum penam nõ euadũt: sicut patet in delectantibus in esu carniũ aquaticarum salitarum aut piscium magnorum aut vulpiũ aut hircorum: qui tandem lepram aut morpheam incurrunt. Intelligendum postea qđ quidem sublimior medicinarũ in regimine sanitatis est abstinẽtia. i. moderata cibi ⁊ potus sumptio cũ nature pauca sufficiant: appetitui xo omnia diminuta sint: propter qđ accidit in nostro tempore plures occidi crapula q̃ gladio. Cibus namq; superfluus sui qualitate ⁊ resistentia calorem naturalem opprimit ⁊ extinguit: ⁊ per consequens facit corpus infrigidari ⁊ velocitari mortem naturalem sui quãtitate replet vasa ⁊ appoplexiã et rupturam subitam inducit sui substantia grossa vel viscosa oppilat: ⁊ transpirationẽ phibet: ⁊ per consequens putridas febres ⁊ apostemata generat perniciosa. Si quis igitur superfluum cibum vel potũ assumpserit vna die maneat famelic⁹ sequenti die in qua die senserit crapulã vtatur somno plurimo proposse in loco temperato donec cibum digesserit. Quod si somnus non aduenerit vtatur plurimo incessu suaui ⁊ cõtinuo sine quiete ⁊ interceptione vt cibus digeratur: vel ad intestina descendat. Et parum boni vini puri bibat ⁊ permaneat donec totam crapulã per se vel cum clisteri vel suppositorio euacuet: nec postea sumat cibum nisi redierit appetitus. Dicit tamẽ Aui. ca. de regimine vini ⁊ aque: q̃ conueniens est omni mense semel inebriari potu vini plurimi: quia cerebrum purgat: spiritus multiplicat: ⁊ animum letificat. Intelligendum tamen in corpore nõ vtẽte vino: sicut hispani ⁊ omnes saraceni: sed in terris vino vtentibus omni hora ⁊ proprie in septẽtrionibus illud non cõpetit: q2 repletio adderetur repletioni.

Canones.

Conetur sanitatis conseruator et custos vt pposse omni tempore vtatur cibis puris nõ medicinalibus: nisi cũ opus fuerit preseruatiõe. voco aũt cibos puros qui sic alterantur a corpore q̃ perfecte mutantur ⁊ cõuertuntur preterq̃ corpus nostrũ omnino alterent ⁊ immutẽt: vel circa id sicut sunt cibi superius nominati. Voco autem cibos medicinales: qui licet alterentur ⁊ elaborentur: alterant tamẽ corpus ⁊ permutant paulatine: sicut sunt omnes cibi in qualitate aliqua excedentes. Nam si sint calidi adurunt sanguinẽ sicut saluia: menta: piper: apium: allia: ⁊ similia. Si frigidi mortificant ⁊ cõgelant: sicut lactuca: portulaca ⁊c. Vel si magis sint frigidi interficiunt paulatine: sicut fungi ⁊ iusquiamus ⁊c. Si humid⁹ putrefaciunt ⁊ caniciem inducunt. Si sicci virtutem deijciunt ⁊ caluiciem inducunt: si viscosi opilant: si diuretici renes macerant et corpus: si vnctuosi supernatant et nauseam inducunt: si amari non nutriunt: quia solum dulce nutrit per se vel cõmixtũ: vt dicit gal. iij. de simplici medicina. Si salsi adurunt et stomachum corrodunt. Si pontici constringunt ⁊ opilant. Si aceto

si: cito senescere faciunt. Solis igitur vtatur cibis dulcibus ⁊ nulla qualitate sensibili excedentibus vel circa id. Si autem propter excessum alicuius qualitatis accidit nocumentum: rectificetur per suum contrarium. verbi gratia. Si propter stiptica: dentur vnctuosa. Si propter vnctuosa: dentur stiptica: vt caseus. pira citonia. Si propter salsa: dentur aqua ⁊ acetum. Si propter acetosa: mel ⁊ zuccara. Si propter viscosa; incisiua vt sinapis. Si ppter acuta: portulaca. lactuca ⁊ similia Item dicit Gal. viij. de ingenio sanitatis. ꝙ omnis distemperata complexio similiter et mala consuetudo reducende sunt ad temperamentum suo contrario saluis quattuor cōditionibus. primo vt hoc fiat tempore sanitatis. secundo ꝙ fiat gradatiz. tertio vt corpus sit sibiipsi sufficiens. Pauperes enim necessario comedunt id quod habere possunt. quarto vt sit ociosum. melius est enim fabro vt sit flegmaticus ꝙ temperatus: et piscatori vel fulloni ꝙ sit cholericus: et aratori densus et compactus. Item licet in puero ⁊ iuuene sit calor naturalis equalis in radice: ⁊ per consequens digestio eque fortis in vtroque: quia in iuuene est maior siccitas propter caliditatez que depauit humidū suum radicale aliquantulum. Idcirco conuenit vt pueri melius digerant ⁊ melius nutriātur a cibis calidis et humidis: iuuenes vero a calidis ⁊ siccis solidis. Detur ergo pueris lac ⁊ caseus recens caro agnorum annalium castratorum: ⁊ cibi elixi: iuuenibus vero vitulorum porcorum boum non arantium: panis siccus. ⁊ cibi assi vel frixi. Ex hoc intelligere potes dictum cōmune actorum medicine. Quia in digestione sunt duo scilicet alteratio ⁊ conuersio siue assimilatio. Alteratio enim est decoctio cibi in stomacho. Et hoc magis fit a calidō natu rali. Sed assimilatio fit magis ab humido radicali quod est ipsa mollia ⁊ spongiosa faciens: ⁊ cibos in poros minimos vehens: passibile faciens: et ipsum apponens vniens perfecte conformans. Ex quo scire potes quare corpora quedam debilia melius nutriuntur aliquo cibo determinato ꝙ aliqua corpora robusta propter similitudinem forme specifice que est potissima causa conuersionis ⁊ nutritionis. Item dicit Auicenna primo can. fen. iij. cap. de regimine cibi ⁊ potus. ꝙ nihil est deterius ꝙ saturitas post diuturnā famem ⁊ econuerso. Sed tamen primuz est deterius quia stomachus longa inanitione afflictus virtutem digestiuam amittit: ⁊ eius corpulētia constringitur: vt neque digerere cibuz: neque recipere valeat: nisi valde paulatine: sicut patet in incarceratis post liberationem: ⁊ annis fertilibus post sterilitatem. Quot namque homines se superflue repleuerunt et suffocati interierunt. Idem in eodem. oportet vt ad lectum vadens primo supra latus dextrum iaceat pauco tempore: donec cibus ad fundū stomachi descenderit; et os stomachi clauserit: postea supra sinistrum reuoluatur vt epar bene stomachum comprehendat: quia stomachus de sui complexione paucam caliditatem participat cum sit membrum spermaticum: neruosum: sed caliditatem recipit a membris circuniacentibus scilicet a corde superius: felle inferius: epate a dextris: splene a sinistris: ziroo adipino anterius quod rbete dicitur: ⁊ a vena kili posterius. deinde reuoluat super dextrum et tota nocte suum perficiat somnum ⁊ digestionem. Item in eodez. vinum quoque post cibum est ex rebus magis impedientibus digestionez: quoniam facit penetrare cibuz indigestum ex eo quod velociter digeritur ⁊ facit hereditare opilationes ⁊ putrefactionem: ideo si post cibum superueniat sitis magna: aquam frigidam sumat: sed paucam quam sorbendo magis ꝙ gurgitando deglutiat: et sic sitim extinguet sine nocumento. Idem in eodem. res maxime opilantes sunt res dulces vel viscose: vel grosse substantie. dulces namque attrahuntur anteꝙ digerantur propter familiaritatem quam habent ad naturam: et sunt causa putredinis ⁊ ydropisis. vbi igitur hec tria simul reperiuntur penitus sunt fugienda: sicut mel. pasta tortelli. vinum rubeum nouum: vinum turbidum. ceruisia et omnia vnctuosa et pisces non debite preparati. Idem in eodem. corporibus raris ⁊ porosis: sicut sunt corpora mollia et laxe carnis plus opus est a rebus non naturalibus excedentibus precauere: sicut sunt aer estuosus resoluens: et frigidꝰ congelans vel exercitium debilitans vel coitus excedens. Corporibus vero depressis et solidis: sicut sunt corpora dure ⁊ cōpacte carnis plus necesse est ab interioribus pmunire;

sicut cibus ⁊ potus grossus et viscosus opil/
lans plectoria replens: ocium superfluens
marcefaciens .et similia. Primi igitur a cau/
sis primitiuis primitus occupantur ⁊ febri/
bus acutis. Secundi vero a causis antecedē
tibus febribus cronicis apostemati ⁊ ydropi
si pernecantur. Item Auicenna primo cano/
num.fen.tertia capitulo de regimine vini et
aque.dicit ꝙ bibere aquam frigidam post ex
ercitium superfluum vel balneum vel in siti
aduētitia cōtingente/in ieiuno:vel in siti mē
dosa contingente post somnum vel crapulaȝ
est de numero maxime infrigidantium epar
⁊ stomachum et digestionem maxime corrū/
pentium:et calorem naturalem mortifican/
tium:quare perducit ad ydropem vel ethi/
cam senectutis:quia si quis predictoruȝ plu
rima necessitate potus angustietur: abluat
os suum aqua frigida et anhelet aerem fri/
gidum:quod si non suffecerit: bibat modicuȝ
aque frigide in vase stricti orificij: quod si nō
dum sufficiat:bibat prius vinum mixtum cū
aqua calida ne multitudo nocumentorum ta
lium contingat. Idem ibidem. vinum grossuȝ
est melius illi qui pinguis esse desiderat et
fortis:tamen ab opillationibus sibi caueat:
vetus tamen clarum et purum melius est ha
benti complexionem flegmaticam ⁊ pingue
dinem fugienti. Item ibidem.super cibuȝ ma
li chimi bibere vinum dum comeditur vel an
te vel post est malum:quoniam facit ipsum
in extrema corporis penetrare. Melius est
igitur a potu omnino abstinere donec cibus
digestus sit vel sitim extinguere cum pauco
aque frigide:vel cibum deorsum expellere et
ventrem lubricare cum haustu magno .pluri/
me aque pure sicut fit post pruna vel cerasa
comesta. Idem ibidem.vinuȝ dare pueris est
sicut ignem igni addere in lignis debilibus:
sed senibus quantum potest tolerare natura
da et iuuenibus temperate. Item est peior
repletio ex cibo ꝙ ex potu. Pessima vero que
ex vtroqȝ simul. Qui ergo cupit multum bibe
re vna vice paucum sumat cibum et econuer/
so. Nequaꝙ vero plurimum sumat cibum et
bibat:quia vinum cibum indigestum ad sin/
gulas venas perducit. Item dicit Auicēna.
primo canoñ.fen.tertio capitulo. de regimi/
ne somni et vigilie. ꝙ sanitatem cupiens ser
uare debet de regimine somni diligenter co/
gitare vt temperate exhibeatur et debite: qr
virtutem fortificat que fuit debilitata ex plu
rima exercitij resolutione vel coitu vel labo/
re. Similiter corpus roborat: impinguat et
colorat. Ipse namqȝ omnem digestionem ad
iuuat: humores bonos multiplicat: spiritus
generat et augmentat:et membra laxa re/
creat. Et est res maxime proficiens senibus:
quoniam in eis humiditatem radicalem con
seruat ne pereat:et perditam recuperat per
generationem humidi fluentis. Est autē som
nus temperatus ⁊ debitus si septem condi/
tiones obseruentur. Prima vt sit hora debi/
ta scilicet non illico super cibum: sed postꝙ ci
bus descenderit ad fundum stomachi: quia
dum cibus est adhuc circa os stomachi flue/
ret ad caput ipsum replens et grauās et som
nia plurima ⁊ terribilia et angustias cum re
uolutione assidua de latere in latus et stoma
chi clausionem prohibens:propterea si eius
descensus tardauerit et somnus necessarius
fuerit:debet parumper incedere ⁊ postea dor
mire. Secunda conditio nō sit in die nisi ob
seruatis quinqȝ conditionibus supradictis.
C.de tertia re nō naturali. vel nisi quis som
num nocturnum perdiderit propter solicita
tionem ⁊ laborem:tunc enim potest dormire
a mane vsqȝ ad horam tertiam quod est tem
pus inconueniens minus:vt dicit Ipo. secun
do pronosticorum. Tertia vt sit super alterū
laterum modo et ordine predictis: vel super
ventre si consuetudo eius decubitus inde fue
rit:quia satis magnum confert in digerendo
auxilium:propterea ꝙ ventreȝ ⁊ calorem na
turalem apprehendit et auget. Nequaꝙ au
teȝ fiat supine super dorso:quia vel materias
facit deorsum fluere:⁊ tunc est causa catharri
empimatis. pipleumonie. ptisis litererie ⁊ in
digestionis.vel materias facit sursum māda
re:⁊ tunc est causa apoplexie. epilepsie.para
lisis.frenesis.incubi.litargie. Et quocūqȝ mo
do res se habeat:membra debilitat ⁊ muscu/
los.qď si talis consuetudo fuerit:est protinus
immutanda. Quarta vt non sit super vacui/
tatem ⁊ famem:quoniam est malum ⁊ virtu/
tem deijciens ⁊ corpus macerans:⁊ colorem
citrinans:stomachum replens malis humo/
ribus: os amaricans:et appetitum proster/
nens. Quinta vt non sit profundus vt nō ap
pareant somnia vel proterua vel delectabi/

lia quod significat cibi a stomacho perfectã comprehensionem cum digestione optima ꝛ reuocatione spirituũ ꝛ caloris naturalis ad interiora completa et perfecta. Sexta vt sit capite eleuato super molli culcitra ꝛ cooperto pannis calidis plurimis super toto corpore: quia magnum prebet auxilium in digerendo cibum ꝛ maccerando superfluitates expellendo in vigilijs si corpus in somno bene coopertatur ꝛ taliter situet: vt a vertice vsqꝫ ad plantam pedis sit processus gradatiuus ab alto ad decliue. Septima vt sit quantitate sui neqꝫ excedens neqꝫ deficiens: sed moderatus et correspondens ciborum digestioni et virtutis confortationi. Unde Ypocra. secundo Amphorismorum. Somnus et vigilia ꝛc. quoniam si superfluat in quanto et quali corpus infirmat: caput humectat: superfluitates multiplicat: stuporẽ et subeth causat. Si vero diminutus fuerit digestionem non perficit: tarditatem inducit: corpus macerat ꝛ faciem citrinat. Sunt igitur somnus ꝛ vigilia concause sanitatis: ita vt somnus deseruiat digestioni et maturationi: vigilia vero operationi ꝛ resolutioni: superfluitatum expulsioni: vt dicit Galenus vndecimo de ingenio sanitatis.

Pronosticatio.

Restat nouissime loqui de actu preseruatorio: quia non parum necessarius est in regimine sanitatis. Si quis igitur certis anni temporibus consuetus sit aliqua egritudine laborare antequam hora vel tempus periodi superueniat debet vti alterantibꝰ contrarijs. Et si sit mala complexio diuersa sine materia: vt est febris effimera: dolor capitis calidus: quia si sit cum materia conuenit vt vtatur euacuationibus ꝛ diuersionibus: vtputa flebotbomia farmacia vomitu et sudore menstruorũ vel emorroidarũ prouocatione ꝛ similibus. Si quis fastidium vel appetitum cibi superfluum vel saporem oris alienum sine causa manifesta vel pigritiam cum lassitudine membrorum vel somnolentiam vel vigilias superfluas vel sodam vel vertiginẽ vel anhelitus maliciam: vel sudores plurimos sine causa manifesta vel somnia plurima terribilia preter cõsuetudinem ꝛ ad vltimũ quodcꝫ rarum ꝛ nouũ necꝫ assuetum incurrerit: egritudo pnosticabitur quare ad euacuationes ꝛ alterationes recurres cõuenietes. Si quis euacuationes cõsuetas puta per vomitũ sanguinis vel flegmatis vel per emorroidas seu menstrua seu per fluxũ sanguinis narium: vel per sudorẽ seu fluxũ ventris: modo restrictas vel diminutas habuerit: ad ipsarũ festinet puocationem ꝛ corporis mundificationem ne superfluitas in corpore remanens sine cã manifesta morbos materiales inducat. E conuerso. si tales euacuationes nõ fuerint cõsuete sed de nouo superfuerint ad earum restrictionẽ non subito sed gradatim procedat primo considerans an sint naturales vel cretice ꝛ tunc oĩno non impediat ipsas nisi valde superfluant ꝛ virtutẽ deijciãt an sint homatice ꝛ accidentales: ꝛ tunc ad restrictionẽ ipsarũ festinet. Saltus faciei plurimus fortis ꝛ pdurans torturã oris vel paralisim portendit vicinã quare purgetur flegma vehementer ꝛ subtilietur dieta ꝛ alteretur ad calidum ꝛ siccũ: ꝛ sic prohibeatur a vino oĩno ꝛ fiant gargarismata ꝛ euacuationes cum oximelle squilitico vel aceto ꝛ sinapi ꝛ melle: et sternutationes cum condisi ꝛ fricationes particule cũ aceto forti digestionis rute salute absinthꝫ. et mentastri. Saltus corporis totius fortis ꝛ pseuerans spasmũ de repletione predicat quare purgetur cum medicinis fortibus frequenter exercitetur in ieiunio proposse. Sudet in balneo famẽ ꝛ sitim toleret. Stupor ꝛ formicatio ꝛ in motibus debilitas in corpore toto vel in latere altero paralisim eiusdem partis significat quare cuꝫ medicinis scriptis de paralisi succurratur Dolor capitis vehemẽs cum feb. acuta: rubore oculorum: apertione venarum: fluxu inuoluntario lacbrimarum ꝛ cum impotentia intuendi claritatem luminis vel solis frenesim prefigurat. quare flebotometur basilica vel cephalica ꝛ mundificetur cola ex reubarbaro ꝛ scamonea. Cõfortetur cerebrum cum emplastris vnguẽtis epithimatibus repercussiuis factis ex aqua ros. aceto succo semptuine solatri nenuphans lactucarum ꝛ similium. Incubus ꝛ vertigo si sepe acciderint ꝛ fortiter: epilentiam minatur: quare subueniatur cuꝫ medicinis ad epilẽtiã conuenientibus. Si timor pusillanimitas et tristitia faciei delectio sollicitudo ꝛ risus sine

causa manifesta multū tempus habuerint
melancholicā passionē constituent: vt dicit
ypo. vi. amphoris. quare succurratur cū pur
gationibus ⁊ alterationibus ex ca. de me/
lancholia. Si furor ⁊ instabilitas cū agita/
tione in motibus ⁊ garritu plurimo perseue
rauerint: maniā ⁊ demoniū lupinū prefigu/
rant. quare purgenł humores melancholi/
ci adusti ⁊ altereł mala cōplexio cerebri cū
medicinis scriptis suo capitulo. Si cathar
rus descenderit frequēter ad stomachū: lien
teriā vel vomitū inducit. Si ad pectus ⁊ pul
monem: ptisim asma vel suffocationē causat.
Si ad cannam pulmonis: raucedinē inducit
quare purgeł caput cū pillis cochijs frequē
ter emplastretur abrasis capillis cū empla/
stris stipticis exiccatiuis ⁊ rubificatiuis scri
ptis caplo proprio. Subtilietur cena: tar/
detur somnus: post cibū multiplicenł vigi/
lie pro posse. Sudor multus in nocte vel in
somno factus sine manifesta causa signifi/
cat quoniā corpus superfluo cibo vtitur. Si
vero cibū superfluū nō sumentibus accidit
significat: quoniā purgatione humorū sup/
fluentiū inuenis ⁊ poris membrorū indigēt:
vt dicit Ipo. quarta particula amphorismo
rū. aliter febres putridas aut apostemata
nō euadēt. Corpus naturaliter sanguineū
est diligenter a feb. putridis conseruandū
ad quas maxime pronū est: vt dicit Gal'. xi.
de ingenio sanitatis. quare flebothometur
frequenter: vel purgetur cū medicina cōue/
nienter in principio veris ⁊ autūni. Aperiā
tur eius pori cū balneis ⁊ fricationibus; vt
transpirabile ⁊ bene euētabile sit omni ho/
ra. Corpus flegmaticū ex regimine vel na/
tura studio solerti ab apostematibus para/
lisi ⁊ apoplexia est custodiēdum: ad que plu
rimū extat inclinatum. Corpus vero melā/
cholicū ab ethica senectutis preseruandum
similiter virtutū animaliū perturbatione.
Corpus cholericū per naturam regimē et
dietas vel etatem diligenter a feb. ethica ꝓ/
seruetur: ad quā maxime pronum est: vt dici
tur quarto de īgenio. Quare prohibeatur a
ieiunio ira ⁊ siti ⁊ alteretur cum cibis ⁊ me/
dicinis frigidis humidis: ⁊ custodiatur a vi
gilijs ⁊ sollicitudinibus pro posse. Si cor tre
morem fortem ⁊ frequenter patiatur ⁊ vir/
tus defectionem sine manifesta causa: mor/
tem subitam minatur: vt dicit ypo. secundo
amphorismo. Qui exoluuntur fortiter ⁊ frequen
ter ⁊c. Fiat ergo flebothomia ⁊ purgatio hu
morum melancholicorum adustorum vene
nosorum cū polipodio: sene: epithimo ⁊ el/
leboro nigro. Si corpus valde repletum fue
rit ꝯm vasa vel virtutem: rupturā venarum
extinctionē caloris vel vomitum sanguinis
et tandem apoplexiam portendit. Unde di
cit prima particula amphorismorū. In exer
citantibus ⁊c. Et cū subdit in. ij. crassi val/
de ꝯm naturam ⁊c. Quare statim cū flebo/
thomia forti succurratur: postea cum medi/
cina laxatiua dieta tenui ⁊ sudore ⁊ exerci/
tio in ieiuno. Si sensus ceperit turbari subi
to sine manifesta causa ⁊ motus voluntarij
tardari cum vertigine ⁊ grauedine capitis
et repletione plurima: timenda est apople/
xia: quare fiāt flebothomia purgatio ⁊ gar
garismata suo capitulo scripta. Oris fetor
plus solito cum fetore egestionis vel vrine
pluri debito indigestionem ⁊ putrefactionē
significant ⁊ febrem putridam proprie si sit
cum opilatione venarum ⁊ pororum cutis ⁊
tensione venarum ⁊ ypocundriorum caren/
tia balnei exercitij cōsueti ⁊ antecessione gu
lositatis diuturne. Quare fiant purgatiōes
materie conuenientis ⁊ subtilietur regimi
en: facies. oculi ⁊ extremitates si inflari cepe
rint: ydropem et cathechiam significant futu
ram. Egestio liquida cum traulis ⁊ rugitu
ventris expulsa indigestionem significat pre
sentem in stomacho ⁊ malam dispositionē
epatis: scꝫ opilationem vel frigiditatem: ⁊
sic per consequens lienteriam vel ydropem
significat futuram. Quare subueniatur
cum diureticis calidis electuarijs ⁊ empla/
stris calidis stipticis pro posse. Cum quis
senserit lassitudinem in toto corpore cū acui
tate quadam ⁊ ardore circa cutim et horri/
pilatione: fe. interpolatam predicit futurā
nisi cū purgatione succurratur. Quia si fue
rit cum forti fractione membrorum ⁊ obum
bratione visus et grauitate omnis sensus: fe
brem continuam minatur: nisi subito cum
flebotomia succurratur. Ex quo patet ꝙ ꝓ
stratio appetitus ⁊ lassitudo spōtanea sunt
presagia feb. vtriusqꝫ vrine ardor perseue/
rans ⁊ a titillatione ad puncturam paula/
tim procedens vesicam et virgam scabie vel

vlcere hereditabit: nisi succurratur cum medicinis quas suo loco dicem⁹. Pruritus ani non a vermibus causatus emorroydas significat futuras. Rubor faciei plurimus cũ permixtione liuiditatis ⁊ angustia anhelitus ⁊ raucedine vocis quasi loqueretur per nares et pruritu sicco totius corpis et concupiscentia venereorum plurima et alteratione subita ad frigiditatem ⁊ caliditatem et asperitas cutis in modum alicuius ⁊ formicatione quadam stupida mẽbrorum: lepraꝫ incoatam significat. Succurratur igitur anteꝙ confirmetur cum medicinis purgantibus humores adustos balneis humidis ⁊ cibis frigidis: vt dicemus suo loco. Dolor articulorum continuus vel periodicus cum inflatione venarum iuncturarum et motu difficili podagram vel cyragram minatur nisi succurratur cum purgatione flegmatis grossi vel cholere: et abstinentia a cibo superfluo ⁊ potu vini ⁊ vsu aceti ⁊ coitu omnino. Cum quis febrem leuem senserit ⁊ in comestione et somno ⁊ motibus aliquibus ⁊ corporeis optime se habuerit: vel ꝫm consuetudinem vel circa id: tunc omnem medicinam postponat. Quoniam vt ait Galenus primo de interioribus. Natura nõ indiget adiutorio medici: nisi cum morbo magnificato amplius natura sibi nequiuerit dominari.

¶ Hec de regimine sanitatus sufficiant.

Proemium primi libri.



Corpus humanum sanabile egrotabile: a nobis operabile per artem quod est subiectum artis medicine diuiditur in stipitem et ramos. Rami quidem in brachia. manus. crura et pedes sine quibus omnibus aut pluribus vita nõ potest aliquo mõ perdurare. Stipes autẽ diuiditur in tres partes principales que ventres a medicis appellantur: et sunt ventres animalis spiritualis ⁊ venter naturalis sine quorum vnico vita non potest aliquo tempore perdurare. Scripturi itaꝙ in hoc libro passiones mẽbrorum atꝙ remedia corporis singulorum ipsum in quattuor sectiones diuidimus iuxta predictas quattuor partes principales. Sectionem vero quãlibet distinguimus per tractatus: quemadmodum que predictaruꝫ partium per membra sua distinguitur quibus integratur. Et venter quidem animalis ex membris illis componitur que sunt a vertice cranei vsꝙ ad epiglotum. ex quibus omnibus precipuum est cerebrum: quare ipsius passiones in principio tractemus. Incipiẽtes igitur dicamus ꝙ passiones capitis famose sunt decem. Prima dolor. Secunda vertigo ⁊ scotomia. Tertia stupor subeth et congelatio. Quarta frenesis. Quinta litargia. Sexta vigilie. Septima permixtio virtutum sensitiuarum interiorũ. Octaua epilepsia. Nona apoplexia. Decima incubus. Cum autem dico caput: intelligo aggregatum ex cute carne duramatre cerebro ventriculis ⁊ eius cauernositatibus quorum cõpago per anathomiaꝫ ab actoribus talis est apprehensa. Quoniam sub cute que est solida densa ⁊ compacta plusꝙ in alia parte corporis est craneum quodam subtili panniculo interposito supra connexum cranei fabricato. sub craneo est duramater panniculus solidus superficiei ipsius concaue vndiquaꝙ orbiculariter subductus ad defensionem cerebri propter casum vel percussionem. Sub duramatre est piamater totam medullam cerebri amplectens cum sit panniculus mollis et subtilis a quo postea alij ramificantur panniculi cerebrum anterius a posteriori distinguentes: necnõ diuersos anfractus anterioris cerebri penetrantes et eius sectiones colligantes: quemadmodum pulpa colligit grana granatorum et fauus continet mel. Quapropter dictum est a medicis ꝙ ab hoc panniculo cum cerebro oriuntur omnes nerui: ita vt omnes nerui sensitiui oriantur a cerebro anteriori propter auditores qui a posteriori oriuntur a quo et omnes nerui motiui oriuntur preter neruos narium atque palpebrarum qui ab anteriori oriuntur cerebro actiui vero nerui ab vtroꝙ simul oriuntur

cum tactus sit sensus cōmunis totius corporis. cerebrum autem in se duas continet partes: substantia: loco ⁊ operatione distinctas scilicet partem anteriorē que sinciput dicit: et est mollis, alba, humida occupans frontē et verticem cranei fere totam: in cuius medio est pars cerebri candidior purior ⁊ nobilior intus concauitatem habens oblōgā angularem quasi ad figuram quadranguli que ventriculus anterior nominatur. et est locus sensus cōmunis atq; fantasie que et imaginatiua dicitur: ⁊ ab hoc ventriculo fere circa medium descendit via spaciosa trāsiens per mediū palati que lacuna siue collatoriū appellatur per quam cerebrum anterius a suis superfluitatibus emundatur. Et cum hoc collatorio concurrunt duo foramina narium. propter quod anhelitus ore etiam clauso attrahitur ⁊ vnctuositates narium quandoq; per rascationem expuūtur. quare si collatorium illud accidat quādoq; opillari ex flegmate grosso ⁊ viscoso fiet anhelitus difficilis nisi ore aperto ⁊ post somnum. Alia vero pars cerebri posterior que dicitur occiput. ⁊ est dura subalbida quasi figure triangularis cuius basis est versus collum a quo oritur nucha replēs dorsi spōdiles: vt sit eius vicarius: quoniam ab ipsa nerui oriuntur: qui a cerebro posteriori non poterant deriuari propter ipsius paruitatem atq; distantiam a membris ne forte in via creparentur. Eius vero conus versus verticem est erectus: quoniam hec figura promptior est ad recipiendum ⁊ firmior ad retinendum: quod etiam necesse fuit ventriculo consimilis figure ipsius medio fabricato qui subseruit virtuti memoratiue ⁊ reminiscitiue. Est preterea quidā transitus stri ctus longus ac rectus ab anteriori p̄cedens ventriculo ⁊ tendens ad conum ventriculi iā dicti vt species sensatas ⁊ fantasiatas vel loci cursu traducant ad cameram memoratiuam ⁊ econuerso. Et hic dicitur medius ventriculus ad seruiendum virtuti estimatiue que in hominibus cogitatiua vel ratio particularis vel intellectus passiuus nuncupatur sagaci natura subtiliter fabricatus.

¶ Finis prologi.

¶ Incipit tractatus primus prime sectiōis: cuius sunt decem capitula.

¶ De dolore capitis.
Capitulum primum.



Dolor capitis ab auicēna cōmuni noīe soda dr̄ ⁊ si totum caput occupet ouum vel cephalea vel galea appellatur. Si vero partem capitis obtineat siue dextram: siue sinistrā: siue anteriorē: siue posteriorem emigranea nuncupatur. Sunt autē eius diuerse cause species ⁊ modi: sed quocūq; modo fuerit vel est morbus cū sit per se incipiendo a sua causa p̄mitiua antecedente vel cōiuncta: vel est accidēs cum fit sequendo morbū sicut vmbra sequit̄ corpus vt dicit Gal. iij. de acidente ⁊ morbo. Et nā aūt species cause seu modi sic p̄nt deprehendi ⁊ p̄prie simplices. nam de soda ex cā cōposita dicet̄ cum de apostemate calido ⁊ frigido cerebri dicemus. Soda igitur cū est morbus: aut fit a cā intrinseca aut primitiua. Si intrinseca aut a mala cōplexione aut solutione continui. Mala nanq; compositio dolorem nō causat: vt dicit Gal. in tegni. Si a mala complexione: aut cum materia: aut sine materia. Si sine materia sic sunt tres species eius. Prima est a mala cōplexione calida. secunda a frigida. tertia a sicca: q̄m humida non pōt facere dolorem nisi cū materia. Si cum materia: aut ventosa: aut humorali. Si ventosa sic sunt due species: quia vel ventositas eleuatur ab humore frigido vel infrigidatur ab aere ⁊ vento frigido. si humorali sic sunt quinq; species. Prima est a sanguie. secūda a cholera. tertia a flegmate. quarta a melancholia. quinta a materia composita ex ijs q̄ variatur pluribus modis. Si a solōne continui sic est vna species scilicet ex flegmate salso vel cholera rubea corrodente ⁊ vlcerante duram ⁊ piammatrem. Si a causa primitiua sic sunt due species scilicet ab aere cōtinente vel a casu vel percussiōe. Si vero soda fuerit accidēs tūc iterum aut fit a causa primitiua: aut intrinseca. Si primitiua sic sunt tres species: vt pote vel ab aere: vel ab vento frigido: vel a sole et balneo calido: vel ex coitu et labore superfluo. Si intrinseca aut consequitur mor

bum vl'em aut particularem. Si vniuersalē sic fit vna species scʒ que fit in febribus cō/tinuis ⁊ interpolatis hora crisis vl' hora malozis afflictionis. Si particulareʒ: sic fiunt septem species. Prima que fit ex vitio sto/machi repleti malo cibo vel potu vel humoribus corruptis. Secūda que fit ex vitio epatis. Tertia vitio splenis: quarta vitio matricis. quinta vitio renum. sexta vitio miracb: vel alterius membri exterioris. septima vi/tio intestinorum: ⁊ eorū que in eis sunt. Et sic in genere sunt. xxiiij. species sode: que adhuc plures ꝯtinet modos sub se prout dicet.

Methodus. Dolor ce/rebri si fiat a mala cōpl'one diuersa calida: sine mate/ria signa habet ista. Sentitur caput calidūʒ ad tactum: apparent oculi rubei ⁊ sentit in/firmus agitationem intra craneum ⁊ pulsa/tionem in temporibus. Et quia iuuatur a frigidis applicatis per exterius ⁊ nocetur a calidis. Et si fuerit ista caliditas a causa p̄/mitiua antecessit expositio capitis ad soleʒ vel ventum calidum. Cura eius est vt alte/retur caput ad frigidum cuʒ inunctione olei ros. mixti cuʒ populeon. vel aqua ros. ⁊ aceto vel lacte mulieris vel papaueris vel cum succo lactuce semperuiue solatri ⁊ similium per se vel mixtorū imbibendo in eis pānos lineos ⁊ ponendo actu frigidos super fron/tem ⁊ tempora frequenter: sed nequaꝗ̄ tangatur pars cerebri posterior ex eis scilicet occiput: quoniam naturaliter est frigida ⁊ nucha ⁊ nerui motiui inde oriūtur. Si vero fuerit a mala complexione diuersa frigida sine materia: sentitur caput ad tactum frigiduʒ iuuatur a calidis ⁊ nocet a frigidis: ⁊ forte antecessit ambulatio in aere frigido siue vē to boreali. Cura eius est vt caput ante cibū fortiter fricetur cum pannis calidis ⁊ facel/letur cum puluere thuris ⁊ baccarū lauri cō tritarum vel cum semine nasturcij ⁊ sinapis postꝗ̄ calida infusa fuerit in aceto albo for/ti: ⁊ post hoc in sacello calefacta super lapi/de ignito ⁊ roratocum eodeʒ aceto ⁊ potest addi carui. ciminum. anetum. Et in isto aceto remaneant semina. Olibanuʒ vero ⁊ bacce lauri conterantur ⁊ caput abluatur se/pius in ieiuno cum vino albo veteri puro actu calido in quo ruta saluia ⁊ castoreum sint bullita. vel inungatur cum oleo laurino vel de lilio: ⁊ odoret res calidas aromaticas ante cibum: ⁊ stet in sole calido vel ad ignem in ieiuno. Et vtatur cibis actu calidis ⁊ vir tute conditis cum speciebus aromaticis: bibat vinum vetus: purum vsu tamen mode/rato. Scias ꝙ sinciput frequentius altera/tur ad calidum propter sensus ⁊ spiritus ibi plurimos: occiput vero ad frigidum magis propter neruos ibi ortos. Si fiat a siccitate apparet concauatio oculorum et antecessit fluxus ventris per se vel per artem vel vigi/lie vel exercitium vel coitus: vel studium et solicitudo et narium et labiorum ariditas cum ardore aliquali. Cura est vti cibis im/pinguantibus proposse vt sunt iura carniuʒ edorum pullorum agnorum annalium con/ditis cum. ʒʒ. cinamono croco: ⁊ balneis hu/mectantibus: vt est balneum aque dulcis tepide post cibum sicco vel completa digestio ne prima sine mora in ipso ne fiat corp⁹ euaporabile. Potest quandoꝗ̄ vti piscibus re/centibus petrosis conditis cum speciebus non acutis: sicut sunt nux muscata macis. ʒʒ. cinamonum gariofili. ⁊ crocus. Bibat sepe in ieiuno lac per duas horas ante cibum cum melle vel zuccara vel mica panis de si/mila: ⁊ propter si sit consuetus ⁊ in ipso delectetur: ⁊ stomachus sit mundus: quia faci/liter corrumpitur in stomacho cacochimo vel plectorico: ⁊ in calido quidem ad fumo/sum: in frigido ad acetosum: quare tunc ca/pitis dolorem inducit sursum gradatim va/porando: vnguatur ex oleo violaceo. Si fuerit ex complicatione duarum qualitatum si ne materia: tunc adulterari videtur: quare cura componatur. Scias ꝙ soda raro fit a caliditate sine materia simpliciter: ⁊ difficile est ipsam cognoscere non apostemari sci/licet cum medicus procedit in cura cum so/lis alteratiuis predictis: ⁊ si non conferunt cognoscit ꝙ est cum materia quare euacua/tione indiget: vt dicetur. Si vero fiat a ma/la complexione diuersa cum materia ventosa sentit infirmus tinnitum in auribus ⁊ vertiginem ⁊ pulsationem fortem sine acuita/te vel punctura in capite ⁊ sclirotomiam. Et certum signum sode ventose est quo/niam dolor mutatur de loco ad locum. Ista

autem ventoſitas vel fit a cauſa primitiua:
vel humorali. Si primitiua tūc anteceſſit ex
poſitio ad ventum capite nudato. Et ſi ven
tus fuerit calidus odoret oleum roſ. vel ne-
nupharis ⁊ camphoram et roſ. vel mala
maciana: ⁊ faciem ſuam lauet cū aqua roſ.
Et faciat emplaſtrum ex roſis nenupha-
ris ⁊ ſimilibus. Et ponat de eiſdē oleis in-
ter nares ⁊ aures fiat ſternutatio cum con-
diſo vel pipere. Bibat vinum granatorum
vel berberis: vel vinū ponticum limphatū
vtatur in cibis ſuis aceto vel agreſta. Et ſi
ventus fuerit frigidus: odoret caſtoreum et
muſcum ſepius: caput vngat nares ⁊ aures
cum oleo de caſtoreo vel ſpica nardi actu ca
lido vel oleo cōmuni in quo diſſoluta ſint ca
ſtoreum euforbium vel carui ameos ⁊ cimi-
num ⁊ roret faciem amphion frequenter.
Abluat caput in loco calido in ieiuno cum
lixiuio acuto facto ex cinere quercus vel vi-
tis: in quo ſaluia calamentum ⁊ ruta maio
rana flores camomille mellilotū bacce lauri
et ſimilia ſint decocta ⁊ fricet poſt hoc ca-
put cū pannis calidis tempore longo: poſt-
ea cum pectine. Nec vadat ad aerem frigi
dum donec caput perfecte exiccetur. Si au-
tem ventoſitas fiat a cauſa humorali quod
ſcitur: quia non ſint vento expoſitis tunc di
geratur primo flegma groſſum viſcoſum cō
tentum in capite et ſtomacho vel inteſtinis
(quia ab illis eleuatur vētus) cum oximelle
compoſito vel ſquillitico. deinde purgetur
de pillulis cochijs dando. ʒ.j. vel. ʒ.j. ⁊ ß.
cum itur dormitum cum ſene. vel medicina
de turbith que ſic fit. ℞. turbith al. duri be-
ne mūdati. hermodactil. ʒʒ. ana. ʒ. ß. zuccare
ʒ.ij. terantur omnia ſimul ⁊ detur totū ma
ne cum vino decoctionis ameos. aniſi. carui
ciminī. vel piperis longi actu calidis. et
tardetur cibus poſt ipſum quia tarde ſolu-
tionis eſt et leuiter euacuat. Vel cum. ℥. be-
nedicte laxatiue: vtatur ſepe poſt euacuatio
nes dyatriumpiperum. dyagallāga. dyani-
ſo vel dyacimino. Sumat in ſeptimana ſe-
mel ſtomacho ieiuno. ʒ. ß. tyriace veteris ele
ete cum vino decoctionis predictorum: ⁊ cū
eodem vino ſepe gargariſet et ipſum in ore
teneat. Fiant ſternutationes predicte maſti
cet ante cibum maſticem. piper. carui. cimi-
num. aniſum. cum extinctione ſaliue. Sacel-
letur caput cum milio et ſale torrefactis: vel
cum orobo fenugreco furfure. ruth a. ſaluia.
calamento. origano. ſerpillo. mentaſtro: pul
legio contritis ⁊ bullitis in aqua ⁊ aceto for
ti. Deinde expreſſis diligenter ⁊ poſitis in
ſaculo ſuper caput actu calidis frequenter
in ieiuno reiterando poſtq̄ factum fuerit
abraſis primo capillis: vt virtus medicine
penetret apertis poris. cum fricatione cum
panno calido: vel ſacelletur cum ſeminibus
et pulueribus calidis poſitis in cura ſode
frigide ſine materia. Et embrocetur cum vi
no parum calido dicto ibidem. Fiat ablutio
cum lixiuio predicto ſemel in ſeptimana et
inunctio cum oleis predictis vel cum oleo de
maſtice in quo bacce lauri ſint contrite. vta
tur cibis bonis conditis cum ſpeciebus
aromaticis calidis proprie cum pipere
longo. nuce muſcata cubebis ⁊ croco. Bi-
bat vinum vetus potens vſu moderato: q̄ ſi
non habeatur: limphet ſuum vinum cum
aqua decoctionis gariofil. ⁊ piperis longi.
Poſſet quandoq̄ fieri caputpurgium cum
ſucco ruthe vel calamenti iniiciendo narib⁹
cum inſtrumento. Si vero ſoda morbus fiat
a mala complexione diuerſa cum materia
humorali: tunc vel eſt ſanguis vel cholera
vel flegma vel melancholia vel compoſitū
ex eis. Si ſanguis: ſigna eius ſunt rubedo
plurima faciei cum apparitione ⁊ repletio-
ne venarum: pulſatione timporum: ſaliua
dulci ſine cauſa manifeſta ſomnolentia cū
apparitione fantaſmatum rubeorum ⁊ ho
micidij in ſomno: dolor acutus non valde
qui augetur ab aurora vſq̄ ad prandium ſi
ue horam tertiam quod eſt tempus ſangui-
nis et habitudo carnoſa ⁊ anteceſſio ciborū
multiplicantium ſanguinem: ſicut iura bo-
na: carnes nobiles: vinum dulce. Et ſi vrina
fuerit groſſa ⁊ rubea magis certificaberis.
Poteſt autem ſanguis peccare in capite: et
alius humor in epate quare hora illa mu-
tabitur vrina. Cura eius eſt vt primo fiat
flebothomia cephalice in brachio vel ma-
nu: ſi virtus ⁊ etas conſentiant: vel ponantur
ventoſe in in ſpatulis vel cum ſcarificatione
longa profunda ſimiliter ſuper collo et ſu-
per mento ⁊ ſuper vertice cranei: prius ta-


men abrasis capillis diligẽter vel flebotbometur vena frontis: quia secundum ypo. v. parti. amphorismo. Posteriora capitis dolentia recta vena incisa in fronte iuvat scilicet quando materia est sanguinea. Secundo laxetur venter omni die ante cibum cum suppositorio vel clisteri. Tertio epithimentur frons et timpora cum aqua ros. et modico aceti vel succo solatri et semperuiue. ultimo scilicet hora declinationis abluatur caput aqua decoctionis aneti: florum camomille: et ros. rubearum. Et vnguatur cutis frontis cum oleo anetino: vel camomillino vel vtroque simul actu calidis abrasis capillis. Scias quod in principio istius sode confert plurimum fluxus sanguinis nariuz per se vel per artem productus cum setis porcinis. Cibetur farre: farina ordei vel auene lacte amigdalarum dulcium. lentis. lactuce portulace. cucur. mica panis lota in aqua frigida: vel vino granatorum. vtatur prunis persicis: pomis: piris assis. Bibat aquam decoctionis berberis vel aquam coctaz simplicem: vel aquam mixtam cum vino granatorum: vel vinum album aquosum cum triplo aque frigide. Si vero cholera sit in causa: signa eius sunt facies citrina macra dolor pungitiuus vehementis acuitatis sine grauitate que proprie augmentatur ab hora diei tertia vsque ad horam nonam quod est tempus cholere et instantia vigiliarum pulsatio timporum et apparitio fantasmatum: vel ignis et incendij in somno. Et rubedo nasi cum caliditate et strictura siue humiditate plurima. Et vrina subtilis citrina et forte egestio tincta sicut vitellum oui. Cura eius est vt in principio digeratur cholera cum oxizacara vel sirupo rosaceo. postea euacuetur cum electuario de succo rosaceo laxatiuo: vel cum pillulis de reubarbaro que sic fiant. ℞. reubarbari electi ʒ. duas masticis. ʒ. vnam. scamonee. ℈. vnum. formentur pillule cum succo apij vel rutbe vel vino. Et fiant tribus diebus antequam ministrentur. Dentur ex eis in media nocte. ʒ. due. vel. ʒ. vna. Et aliam descriptionem earum ponemus capitulo de catharro. Quod si pillulas recipere noluerit: licet perfectius operentur circa membra remota. Tunc detur in aurora decoctio. ℞. tamarindorum vncias duas. manne vnciam vnam. dissoluetur in libram semis aque decoctionis prunorum et colletur. Et si eger sit fortis: addatur mirabolanorum citrinorum tritorum perfecte: vncia vna. vel purgetur cum medulle cassie fistule vncijs duabus vel vna vncia et semis dissoluta: cum eadem aqua potest acui cum dragma vna reubarbari puluerisati. Et si propter hoc nõ curetur: flebotbometur cephalica vel fiat ventosatio in spatulis sine scarificatione. Similiter super collo et super mẽto propter diuersionem. Preter illud vero super vertice capitis abrasis capillis diligenter roretur frons et timpora cum aqua rosacea et aceto. et oleo rosaceo. vel nenuphar ino. ponendo ex eis etiam intra nares septies omni die: et fricentur extrema cum aceto et sale. In statu vero caput emplastretur cum floribus camomille rosa menta maiorana coctis in aqua et contusis et incorporatis cum oleo camomille et cum eadem aqua embrocetur caput ab alto. Quod si hec omnia non contulerint et dolor et vigilie egruz ad defectionez perduxerint: applicentur prius narcotica leuia per exterius. ℞. olei ros. vnciam vnam. opij ʒ. ß. aceti ʒ. j. misceantur simul et calida inungantur circa frontem et timpora cum penna. Et si hoc non sufficit: dentur sero cum patiens cupit dormire vel in mane trocisci qui sic fiant. ℞. dyapapaueris vel filonij recentis vel cimi nate confecte infra sex menses. ʒ. ß. opij granum. j. et misce. Post hoc da bibere duo coclearia vini mixti cum tantumdem aque: vt virtus medicine euaporet ad caput. Post hoc purgetur iterum sequenti die cum aliqua medicinarum predictarum: vt cholera purgetur et medicine somnifere adijciantur narcotica si dolor creuerit et plura somnifera vtilia ad sodam pulsatiuam dicemus capitulo de vigilijs et frenesi. Post purgationem vtatur dyaprunis simplici rosata nouella dyarod. abbat. zuccara ros. vel viol. Si autem hec non contulerint: fiat remedium cuz cirurgia: quia fortissime medicine nouissime sunt administrandę. Fiant ergo cauteria in commissura capi

tis in occipitio sub duobus cornibus. vel fiat causticatio colli cum cantaridibus in corporatis cum dyaquilone vel fermento abscisis capitibus ⁊ alis donec locus vesice tur ⁊ humor attrahatur: tunc trahatur filuz de lana vel serico per vesicam: ⁊ dimittatur stare donec plurima humiditas effluxerit. Et si vis vt causticatio non dilatetur: pone tunc circa pānos lineos infusos i aqua roš. et albumine oui. Post septem vel nouē dies consolidetur locus cum vnguento albo vsitato. vel vnguento de cerusa quod sic fit. ℞. cere frustratim incise. ℥. ʃ. olei roš. ℥. quatuor dissoluatur primo cera in casola: addat oleum tunc deponatur ab igne et addatur tantum de puluere ceruse donec inspissatus fuerit agitando continue cum spatula. tunc misce cum eis duo albumina ouoruz postq̄ infrigidatum fuerit ⁊ addatur in fine aliqd camphore. Si vis fortificare: adde opij grana. xij. iusquiami grana vigitiquattuor pulueris corticis mandragore. ʒ. ʃ. hoc enim vnguentum ardorem reprimit ⁊ omnem vlcerationem consolidat siue fuerit ab igne siue cauterio vel melancolia adusta vel flegmate salso vel cho. vel a q̄ feruenti vel oleo. Dieta eius sit sicut in soda sanguinea: sed magis declinet ad frigida: quia calor chole re acutior est q̄ sang. vt dicit Gal. in lib. de mali. copl. diuerse. Simplicia itaq̧ frigida caput sua ꝓprietate respiciētia ⁊ alias medicinas ad ipm ducentia sunt viola. nenuphar. rosa. camphora. salix. cucurbita. granatum. solatrum. lactuca. sandali. mirtus. plantago. semperuiua. portulaca. Et est notādū q̄ ex his q̄ magis aromaticitate pticipant magis capiti cōferūt ⁊ appropriant̄: ex q̄bus pōt cōponi medicamīa alia pter suprascripta huic casui ꝯueniētia. Si flegma sit in cā signa eius sunt frigiditas tēporū ⁊ capitis ad tactum dolor grauatiuus sine punctura somnolentia: pigritia. In motibus: debilitas oculorum quādoq̧ tinnitus ⁊ pulsatio timporum ꝓpter oppilationem plurimā: ⁊ apparitio fantasmatuz de piscibus de pluuia balneo aque frigide fastidium multitudo saliue ⁊ sputi ⁊ muscillaginis nariū color faciei subalbidus vel pallidus cum habitudine squalida auget̄ dolor in nocte: q2 est hora flegmatis. Et si vrina sit alba grossa egestio liquida non tincta verior erit significatio. Cura eius est vt digeratur flegma cum sirupo de sticados: qui dicetur capitulo de debilitate visus. vel oximelle composito. Purgetur cum pillulis cochijs vel yerapigra: postea fiat sternutatio cum pipere vel condisi: vnguatur caput cum oleo nardino vel de lilio vel de castoreo calido actu vel cum vnguento marciaton ad ignem vel solem. Fiat emplastrum supra caput abrasis prius capillis quod. ℞. prassij. rosarum ru. absinth. florum camomille. aneti. manipu. ʃ. farine. fenugreci vel se. lini. lib. š. conterantur omnia ⁊ bulliant in aqua. Deinde detur. ʒ. š. tyriace veteris vel auree alexandrine vel dyacastorei vel metridati vel theodorici anacardini cum. ʒ. iij. vini decoctionis gariofil. ⁊ fiat ablutio cū lixiuio supradicto C. de ventoso dolore capitis. dietet̄ dieta calida ⁊ sic in suis cibis vtat̄ petro. feni. et speciebus calidis aromaticis si febris non prohibeat. Si autē per ista non curetur: fiat cauteria pdicta similiter ⁊ causticatio atq̧ scarificatio: quia si per medicinas curari potest: curabitur: ⁊ prohibeatur a somno superfluo ꝓprie in die ne cadat in subeth. Si melancholia sit in causa: tunc signa eius sunt frigiditas capitis ad tactum vigilie plurime cum cogitationibus corruptis ⁊ apparitione fantasmatum nigrorum in somno: vtputa de fumo. fuligine. ⁊ similibus. Color faciei plumbeus dolor cum plurima grauitate que multiplicatur ab hora nona vsq̧ ad occasum solis quod est tempus melancholie perfecte per adustionem: vel post occasum solis quod est tempus melancholie perfecte per congelationem vel congestionem. Sepius tamen est in nobis calidum adurens q̄ frigidum mortificans: vt dicit Gal. ij. de cōplexionibus. ⁊ paucitas superfluitatis oris ⁊ narium ⁊ vrina glauca subtilis ⁊ egestio fetida liuida vel plumbea vel nigra. Cura eius est cura fere doloris eadē cum peccato flegmatis, preterq̄ purgatio debet fieri cum isto apozimate. ℞. mirabolanorū kebullorum indorum ana. ℥. ʃ. turbith. ʒ. ʃ. sene thimi epithimi ana. ʒ. semis pistentur ⁊ bulliantur in lib. ʃ. aque. Sed in

fine decoctionis addantur sene et epithi/mum ꝛ non in principio: quia virtus eorum resoluetur. Detur de ista decoctione postꝙ collata fuerit ℥. quattuor ꝛ dulcorentur cum zuccara: detur ante diem per vnam horam dimittatur dormire super quousqꝫ medici/na fuerit excitata: tunc vigilet ꝛ moueatur paulatine donec tota virtus medicine fue/rit consumpta. Et plura alia farmaca dice mus caplo de perturbatione virtutum ani malium sensitiuarum. s. de melācholia. Nō dimittatur solitarius nec habitet in loco te nebroso. Vtatur solatio ꝛ gaudijs ꝑ posse: nutriatꝛ cibis hūidis sicut sunt iura carnium edorum pullorum agnorum annalium ca/stratorū: vitet carnes bouinas. hircinas. fe/rinas quascūqꝫ. vinum rubeum ꝛ omnia ge nerantia sanguinem grossum melancholicū que sunt duorum generum. Quedaꝫ hoc fa ciunt sui substantia: vt lentes caules carnes bouine subfumigate: panis azimus: oua du ra assa vel frixa. ꝛ similia. Quedam sui qua litate quod accidit dupliciter: quia quedam caliditate adurente: vt piper. allium ꝛ sina/pis ꝛ carnes ferine proprie salite vel frica/te. Quedam sui frigiditate condēsante: vt fa ba lactuca portulaca risum ꝛ similia. Et di ligēter succurratur huic sode quia finaliter perducit ad passionem melancholicam. Si autem materia humoralis fuerit composi/ta ex aliquibus predictis quattuor: vel cum omnibus equaliter seu cum dn̄io alicuius vel aliquorum. Tunc signa ꝛ cura erunt cō/posita suo modo. Scias ꝙ raro est reperire sodā vel morbum alium ex causa homoge/nea pura sed composita vt plurimum quod est propter hominum gulositatem ꝛ ciborū confusionem propter quod ꝛ humores gene rantur in corpore diuersi: quorum varietas calamo scribi non potest nisi modo genera/li ꝛ cōmuni. Si autem soda fiat a solutione facta cum ferro cyrurgicis derelinquo. Sive ro ab humore acuto corrosiuo sicut est calidā vel flegma salsum: tunc si sit intra craneum difficile ꝛ impossibile est ipsam consolidare quia medicine non pn̄t applicari: sicut etiaꝫ dicetur in caplo de fluxu sanguinis narium. Et si curari pōt: curetur in principio ꝛ ante confirmationē vlceris cum infrigidantibus sanguinē que dicentur eodem caplo ꝛ caute rio in vertice profundato vsqꝫ ad cōmissurā remanente longo tempore aperto. Si vero illud vlcus sit extra craneum curetur cuꝫ vn/guento albo vel de cerusa supradictis. Sive ro fiat a casu ꝛ percussione sine vulnere cu/ius signa patent ex relatione infirmi. Tunc cura eius est vt in principio statim radātur capilli circa locum ꝛ vnguatur particula le sa cum oleo roſ. ꝛ emplastretur cum pulue re mirtillorum roſ. mixtis cū aqua roſ. oleo roſ. ꝛ aliquantulo aceti ad repercutiendū materias ꝛ confortandum particulaꝫ. Post ea flebothometur cephalica partis contra rie vel mediana: vel fiat ventosatio in spatu lis ꝛ cruribus. Si flebothomia fieri non po test: fiat ventosatio. Et laxetur venter om/ni die ante cibum cum suppositorio vel cli/steri facto ex aqua decoctionis viol. mal. fo liorum altee. lib. ß. olei cōmunis. ℥. iij. mellis ℥. j. sal. ℥. ß. furfuris. p. j. Si venter sit stipti/cus emplastretur omni die locus cum oleo roſ. mixto cum bolo. ar. san. ora. ter. sig. pul/uere mirtillorum. Nutriatur cum farina or dei vel farre vel lactucis. portulacis. Bibat ptisanam vel aquā zuccari vel aquam deco ctionis berberis vel mirtilorum. In qua sit aliquid zuccare: vinum omnino vitet et car nes illa hora nisi virtus sit debilis: tunc vta tur carnibus alteratis cum portulaca lactu cis cucurbita rapis. Bibat vinum ponticuꝫ limphatum cum duplo aque frigide. et si sanguis exierit ab aure vel naribus: cibetur cerebro gallinarum edorum castratorum quia significat nocumentum peruenisse ad cerebrum ꝛ ipsum magis confortatur ex nu trimento cerebri ꝙ alterius rei: quia simile membrum cōfortat simile: vt dicit auerroys v. colliget. ꝛ raſ. in lib. diuisionum. ca. presen ti. Et sic regatur donec locus securetur ab apostemate: tunc confortetur cum vnguen/to stiptico facto ex puluere mirrhe thuris. masticis. ana. mixtis cuꝫ oleo de camomilla quod sufficit. Nā ista sunt calida: sicca ideo confortant particulam lesam ꝛ adequant eius complexionem naturalem ꝛ resoluūt re liquias materierum. Si autem hoc mō non curaretur: tunc secure potest euacuari cum pillulis cochijs: iterum procedatꝛ cum alijs prius dictis. Si autem cū hoc craneū fuerit fractū vel cōcussuꝫ recurratꝛ ad cyrurgiā. Si

vero soda fuerit propter coitum superfluuz vel exercitiuz signa sunt concauatio oculorum: palliditas faciei. Et certius signuz est infirmi grauatio per dolorem allzatim ꝛ dorsi vbi situati sunt renes. Cura eius est vt confortetur corpus cum cibis humidis nutritiuis: vt est caro pullorum edorum castratorum cum iuribus eorūdem. pisces recentes petrini: oua sorbilia: vinū rubeum dulce: vnguantur nares cum oleo violarū: ꝛ renes cuz vnguento impinguatiuo qđ sic fit. ℞. olei violarum. ℥. quatuor. cere. ℥. ß. adipis anseris anatis vel galline. ℥. j. dissoluantur omnia in casola et incorporentur perfecte: vtatur dyasatirion dyamusto electuario ducis et restauratiuo quod ponemus capitulo đ fe. ethica. Bibat omni mane in ieiuno. lib. ß. lactis caprini recen. cum zuccara: vel cum mica panis. ꝛ non comedat desuper cibum alium per duas horas ad minus. Et hec de soda morbo.

De soda prout est accidens.



Soda prout est accidens si cō sequatur morbum vniuersalem signa habet ista. Quia aduenit cum feb. vel circa id: ꝛ augetur cum augmento febrium et remittitur cum remissione feb. Cura eius est repercutere materias fumosas cū epithimate facto ex aqua rosata ꝛ modico aceti: vel succo solatri: vel semperuiue: vel lactucis: vel lacte mulieris imbibendo in eis pannos lineos et fronti et timporibus ponendo actu frigidos cum reiteratione frequenti: quia defendit cerebruz a mala complexione actu calida et apostemate. Et plura dicemus capitulo de siti, et capitulo de vigilijs. et capitulo de frenesi. Attamen preter illic dicenda dicemus hic sirupum contra sodam sitim ꝛ vigilias in fe. que cum plurimum superfluunt: deijciunt virtutem. ℞. seminis papaueris lactuce portulace. cucur. añ. ʒ. quatuor se. aneti. ʒ. tres croci mirrhe. añ ʒ. j. iusquiami. ʒ. duas mandragore opij. añ. ℈. iiij. psillij. ʒ. ij. succi liquiricie q̄ntum volueris. pistentur et bulliantur in lib. duabus aque donec tertia pars fuerit consumpta: colletur ꝛ addatur zuccare. lib. j. sirupetur ꝛ detur ex ipso. ℥. j. ꝛ ß. cuz. ℥. iiij. aque frigide in estate vel calide in hyeme sero cum itur dormitum. Vnguantur timpora et nares cum populeon distemperato cuz oleo viol. vel ros. vel lacte papaueris: et in fine cibi vtatur piro vel citonio asso actu frigido. Et leniatur venter omni die cum suppositorio vel clisteri lenitiuo: vt dicemus capitulo de bolismo. Et regatur prout feb. exegerit: et in declinatione feb. et sode embrocetur caput ab alto cum resolutiuis sicut est aqua decoctionis florum camomille mellilo ti semi. lini ꝛ aneti actu calidis. Fiat desup fricatio leuis assidua cum pannis calidis: donec caput perfecte siccetur. Si autem soda consequetur morbum particularē: tunc hoc fit vitio stomachi. Et hoc est vt plurimū vel vitio intestinorum vel epatis vel splenis vel matricis vel renum vel vesice. Si fit vitio stomachi hoc est tripliciter. vel ratione cibi ꝛ potus corruptorum in stomacho. vel ratione malorum humorum congestoruz in ipso. vel ratione veneni assumpti. Si primum tunc signa eius sunt antecessio nauseatiue satietatis eructatio fetida fumosa vel acetosa angustia corporis cum reuolutione de latere super latus et insomnietas et apparitio fantasmatum plurimorum terribilium in somno: ꝛ prostratio appetitus cuz nausea ꝛ fastidio. Cura eius est vomitus vt dicemus capitulo de bolismo capitulo de empericis. et inunctio stomachi cum oleo masticis et nardino ad ignem calidum ante cibum: vtatur electuarijs calidis. dyagal. et dyatriumpiper. electuarijs ducis et similibus. Quod si vomere non posset propossé dormiat sine cibo donec digestio perficiatur: q̄ si dormire non potest: ambulet leuiter et sine quiete donec tota die cibus vel digeratur vel ad intestina descendat. Emplastretur stomachus cum calamento absinth. ros. anisi carui. cimino mastice. mirrha. añ. bullitis in vino rubeo stiptico: et expressis perfecte et positis super os stomachi actu calidis cum reiteratione frequenti postq̄ infrigidatum fuerit. Vel fomentetur cum filtro recenti infuso in aqua calida decoctionis earundem rerum. Et si eructatio fuerit fumosa: vtatur rosata nouella vel dyaro.

abbatis vel zuccara ros. Et si crapula per se non exierit: educantur cum medicina vel clisteri. Et fiant omnia que dicentur capitulo de debilitate digestionis. Et capitulo de cura feb. effimere ex nauseatiua satietate ij. lib. de eructatione. et capitulo de vomitu si vomitus vel eructuatio superfluxerit. Si autem ratione vini vel alterius potus superfluentis in stomacho inebriantis vel non inebriantis: tunc signa trahuntur ex narratione infirmi. Et eius cura est vt fiat vomitus et inducatur proposse somnus vt epithimetur frons et timpora cum aqua rosa. et aceto vel succo solatri vel semperuiue. Et iaceat et quiescat in loco obscuro capite bene eleuato super ceruicali molli. Utatur repercussiuis ebrietatem prohibentibus: sicut est magnus haustus aque frigide vna hora simul: et vinum granatorum: et aqua decoctionis berberis. Post somnum et digestionem balneetur et sudet et laboret in ieiuno: neque comedat donec tota crapula consumatur et appetitus redierit. Medicamen tamen expertum ad ebrietatem prohibendam est comedere cepas cum aceto vel coriandrum cum zuccara et aceto vel odorare camphoram et sandalos vel bibere aquam frigidam cum aceto sicut econuerso medicina faciens ebrietatem subito est potus aque decoctionis iusquiami nigri cum cortice mandragore donec rubere ceperit siue per se sumatur siue cum vino. Si autem soda fuerit ratione humorum congestorum in stomacho: tunc signa et cura eius trahuntur ex capitulo de indigestione et debilitate stomachi. veruntamen ex distinguentibus oportet addere duo signa. Primum est soda facta vitio stomachi et proprie declinans ad partem capitis anteriorem scilicet frontem et timpora. Secundum est quod si cholera peccauerit: tunc dolor magis infestat post et est permixtus ex acuto pungitiuo et repletiuo grauatiuo. Si autem fuerit ratione veneni bibiti ilico succurratur: vt dicemus capitulo de sincopi cum vomitu et tyriaca veteri. vt de venenis libro secundo. Si vitio intestinorum tunc accidit vitio vermium vel humorum putridorum in ipsis. Signa eius sunt facies tenebrosa pallida fetor oris et pruritus nasi concauitas oculorum multitudo comestionis cum egestione modica et habitudine corporis macra. Et sentiuntur quandoque egredientes vermes cum secessu et quandoque cum vomitu: licet non generentur in stomacho sed in intestinis tantum: vt dicitur quarto de accidenti. vel in ano propter stomachi nobilitatem et eius necessitatem pro toto. Et accidit ista passio vtplurimum pueris gulosis proprie in autumno propter vsum fructuum plurimorum. Cura eius est abstinentia a rebus dulcibus vnctuosis et vsus aceti et agreste: et nucleorum persicorum: et amigdalarum amararum: quia sicut dulcia sunt materia vermium sic amara interficiunt eos. Et si eger sit infra decimumquartum etatis sue purgetur cum vncia vna et semis vel cum vncijs duabus cassiefi. dissolute in vncijs quatuor aque feruentis: colletur et detur ante diem vt intestina lubricando mundificet. Uel fiat clistere lenitiuum cui addatur aliquid yerepigre vel benedicte laxatiue. Si autem sit iuuenis vel senex purgetur cum eisdem vel pillulis cochijs: vel cum medicamine de turbith dicto in principio capituli. Ungatur totus venter cum succo absinthij mixto cum aloe agarico et aceto vel oleo amigdalarum vel nucleorum persicorum. Et fiant omnia que dicentur capitulo de colica ex vermibus. Si autem soda fit vitio epatis: tunc signa eius sunt dolor declinans ad partem capitis dextram cum tensione et dolore aliquo ypocundrij dextri: opilatione epatis: vrina subtili subcitrina vel rubea clara. Cura eius est flebotomia basilice in brachio vel manu lateris eiusdem et epithima epatis cum aqua rosa. et sandalorum et modico aceti et alijs rebus prout materia opilans requirit: de quo dicetur capitulis de debilitate et opilatione epatis. Epithimetur frons et timpora cum frigidis sepedictis. Si vitio splenis signa eius sunt dolor declinans ad partem capitis sinistram cum dolore et tensione ypocundrij sinistri. Cura eius est flebotomia basilice brachij sinistri vel sophene pedis sinistri que est intus in tallo vel saluatelle pedis sinistri: que est inter anularem et auricularem. Et positio emplastri de opilatiuis supra splenem quod dicetur capitulo de permixtio-

ne virtutum animalium. C. de empericis. et capitulo de opilatione splenis. per totū et positio repercussiuorum circa frontem et timpora sepedictorum. Si vitio matricis signa sunt dolor capitis inter frontem ꝛ commissuram que est in vertice cranei ꝛ antecessio retentionis menstruorum vel abstinentie a coitu: dorsi dolor ꝛ spatularū prout patiens tibi refert. Cura eius est eadem cum cura sode de vitio splenis. Si ex renibus signa sunt dolor capitis declinans ad posteriora. scilicet ad occiput ꝛ grauitas circa alhatin ꝛ circa locum renum in fine dorsi: et forte antecessit coitus superfluus prout patiens referet. Cura eius est sicut cura sode de vitio epatis si sit cum materia vel sine. Cura eius data est supra. C. de soda propter coitum. Soda mirachea si fiat vitio membrorum exteriorum a quibus quodāmodo eleuatur materia fumosa q̄ sursum ascendens ad caput percutit cerebrū. Tūc signa eius sunt: quia sentit eger quedam eleuari a membro illo: puta coxa crure vel mirach. Post illud sentit vertiginē vel dolorem in capite: ꝛ forte cadit ꝛ fit epilenticus. Cura eius est sicut catbaleptie que dicetur capi. de epilentia.

Emperica. Ad oēm dolorem cronicum capitis perdurantē maxime confert cauterium cum ferro ignito in vertice capitis profundatum vsq̄ ad craneum vbi est cōmissura recta concurrens cum coronali versus frōtem ꝛ lauda versus occiput: quia materiam resoluit ꝛ malā complexionē cerebri rectificat ꝛ adequat. Si dimittatur apertum vno mense anteq̄ consolidetur: vel causticatio colli cum cantarididibus: vt dictum est in methodo. Item ad sodam cuius causa est ignota confert embrocatio cum aqua decoctionis florum camomille melliloti aneti viola. rosa. seminis lini salicis ꝛ furfuris collata actu tepida effusa ab alto: quia resoluit: repercutit: confortat ꝛ quietem inducit. Similiter et emplastrum factum ex eisdem super frontem ꝛ timpora frequenter. Quod si volueris somnum prouocare: adde corticē papaueris fol. vel se. lactuce solatrum semperuiuā. Et si magis adhuc adde semen iusquiami et corticis mandragore. Sed post ista stupefactiua in crastino embroca pure resolutiua ne cerebrum noceatur. Item vnguentum Ro. Mesue in suo de appropriatis ad sodam calidam. ℞. olei ros. et viol. cum pauco aceto et agreste succo ꝛ modico camphore contunde donec impinguescat et capiti frigidum appone ꝛ fac ipsum odorare aquam ro. ꝛ nares intingere proposse. Item masticatoriū ſm eundem in soda flegmatica eradicans eandem materiam cum sputo ꝛ saliua. ℞. masticis ꝛ thuris. p. ij. piperis piretri. p. s. cere quod sufficit. informētur pille masticetur diu in ore ꝛ expuatur. Item gargarisma ad idem secundum eundem. ℞. oximellis compositi vel squilliticꝭ. ℥. ij. yerepigre. ℥. ß. misceantur cū aqua decoctiōis ysopi organi piretri sinapis ꝛ similium. vel gargariset sinapim conditam cum melle et aqua calida et odoret castoreum et muscum cinamomum. Item embroca ad sodam calidam pulsatiuam. ℞. ros. viol. nenupha. foliorum salicis foliorum vitis albe foliorum maluarum. seminis cucurbite cucumeris aut corticis eius ordeum excorticatum psillium. semina lactuce portulace omnium ana. decoquantur in aqua vsq̄ ad consumptionem quarte partis que ab alto fundatur super caput cum canella vel spongia plena sero cum fuerit dormitum si non timeas catharrum. Si autem sit cum permixtione vel mania multiplica psillium ꝛ semina predicta. Si vero cū vigilijs ꝛ insomnietate multiplica semen papaueris et corticis eius. In fine vero gratia resolutionis adde seminis lini: seminis altee: florum camomille meliloti fiat embrocatio sicut prius. Similiter ꝛ manus et pedes et facies ꝛ crura cum ea lauentur: quoniā accidentalem calorē totius corporis extinguunt ꝛ materias resoluit ꝛ inducit quietem. Ad sodā frigidā confert linimentū ex oleo irino ꝛ laurino aut nardino. Et si fortius facere volueris: cōfortā virtutem eoꝝ cum costo castoreo ꝛ euforbio ꝛ pipere pulueri sando aliquod eoꝝ vel oīa ꝛ dissoluēdo in eis. Vel dissolue aliqd tyriace veteris vel metridati ī eisdē oleis vl' in succo mēte ꝛ suppone' exptū est. Et si isomnietatē patiͬ: adde mirrhe opij añ. Cōfert etiā sode frigide emplastrū ex fimo colūbin.

sauina baccis lauri orig. aneto coctis pista/tis ꝛ incorporatis cũ aceto multe fortitudi/nis vel succo absinthij. Confert etiã ꝛ pro/prie post vltimã purgationem odor pomi facti ex castoreo ruth a sicca ꝛ storace cala/mento ꝛ gariofil. añ. per se cõficiendo cum glutino dragagãti: quoniam odor aroma ticorum vsu moderato in corpore mundo cere brum calefacit ꝛ confortat ꝛ residuum sode re mouet. In corpore vero cacochimo vel in corpore nõ mundato si vsus eorum fuerit nõ immoderatus: replet cerebrũ vaporibus cũ odor nõ sit sine fumali euaporatione ꝓm ari stotelem. Itẽ pillule ioannis mesue in suo de appropriatis ca. de soda frigida conferen/tes sode antique ꝛ educẽtes humores gros/sos graues ꝛ conferentes sanitati oculorum et aurium abscindẽtes cathatrũ sic fiãt. ℞. colloqntide turbith añ. ʒ. iiij. agar. ʒ. iij. stica. ʒ. ij. scamonee. ʒ. iij. ꝛ ß. spice squinanti xilocas sie xilobalsami: carpobalsami azari ro. viol. epithimi absinthij cinamomi croci masti/cis añ. ʒ. j. aloes cicotrini ꝛ optimi ad pon/dus omniũ conficiant̃ cum succo absinthij. Item pillule de mastice ꝓm eũdem mundi/ficantes caput ꝛ stomachũ: ꝛ accipiunt̃ om ni tẽpore ꝛ ante cibũ ꝛ post. ꝛ cũ itur dor/mitum sic fiãt. ℞. al. subtil. ʒ. vij. masticis ro. sin. añ. ʒ. iiij. turbith. electi. ʒ. x. confice vt ꝑ. Dosis earũ est a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. ʒ. iij. Item ad emigraneam frigidã difficilẽ ꝛ cronicã. ℞. baccarum lauri. p. j. olibani. ʒ. ß. tere. ꝛ misce cum aqua vel oleo. ꝛ linias super locum: vt dicit Mes. auctoritate Ipocra. Et alij ad/dunt foliorũ ruthe. p. j. sinapis. p. ß. confice vt prius. Ad emigraneã calidam difficilem confert linimentum super locum qđ fit ex at tramento sicco trito ꝛ dissoluto cum aceto multe fortitudinis ꝛ octaua pte opij. Opor tet autem vt plurimũ elaboretur in contri/tione sicut per diẽ vnum. Et liniantur tim pora ex eo ꝛ strigatur super ipsa. Alij acuũt hoc linimentum addendo succi agreste et mirrhe añ. ʒ. j. et croci. ℈. j. gratia penetra/tionis. Confert etiam sode calide caputpur gium ex lacte mulieris cum modico cãpho/re. Si necessitas postulauerit: adde opij quantum de camphora. ꝛ distila ex eis in au rem ꝛ narem lateris lesi ꝛ distilla deinde oleum viol. post horam cum lacte mulieris donec nares ꝛ aures emundentur ꝛ medici/na educatur. Latius autem de soda scripsi/mus: quoniam eius cura non solum per se est necessaria: sed stomacho ꝛ pectori pluri/ma sunt hic dicta quibus per totum vtetur hoc opus.

Canones.

Soda cum fe. vel sine fe. raro est morbus plurimum vero accidens ꝓpter passiones stomachi ꝛ intestinorũ: propter quod Auic. j. cañ. fen. iij. ca. de cognitione egritudinum per colligantiam ait. Cerebrũ compati stomacho est vt multum: stomachũ vero compati cerebro est per parum. ꝓpter quod caput esse caminum totius corporis di. Ex hoc sequitur alius canõ. Quod in cu ra sode nihil melius est ꝙ lenificatio vẽtris omni die cum suppositorio vel clisteri si per se non obedierit omni die bis ad minus. Cum autem est accidens fit maxime pro/pter fe. cholericas vel flegmaticas quarum causa antecedens ꝛ cõiuncta in stomacho ꝛ intestinis continetur vel venis meseraicis. Item in soda nil reples magis nociuũ ꝙ coi tum ꝛ ꝓprie super cibum: nisi fuerit ꝓpter retentionem spermatis vel menstruorum tunc namqꝫ confert coitus vsu moderato factus: neqꝫ illico super cibum. Item vsus ciborũ fu mosorũ nocet ꝛ ꝓprie in fine comestionis: si cut sunt brodia piperata. allia. cepe ꝛ vinum potens ꝛ electuaria calida quare sunt cali/da sumẽda in principio cibi: sed in fine frigi da: vt sunt pira vel citonia assa vel poma odo rifera. Itẽ lac nõ conuenit in soda: nisi forte in calida vel sicca sine materia: vt dictũ ẽ in me thodo: quia lac est de numero facilr corruptibi liũ. In stõacho eñi calĩdo conuertit̃ ad fumosum ꝛ inducit sodã calidã pulsatiuã. Sed in frigido ad acetosum ꝛ inducit frigidã grauatiuã. vñ Ipo. in. v. amph. Lac dare caput dolẽtibꝰ ꝛc.


Pronosticatio.

Dolor capitis si superuenerit in fe. continua et ꝓpe acuta i die cretica post signa digõnis ꝑfectã crisim significat. ꝑ fluxũ sã. nariũ vel vomi tũ vel sudorẽ: quare nõ appõant̃ repcussiua sup caput ne crisis ĩpediat̃: sed suspẽdat̃ eger cum bladitijs vsqꝫ ad horã crisis. Et si appuerit si gna cri. ꝑ vo. puta tremor labij iferioris subuer

sio animi: et vertigo timeẽt cũ põne digiti vel pẽne intincte in oleo in ꝓfundum gule. Si do apparuerint signa crisis ꝑ fluxũ san.narĩũ: puta apparitio fantasmatũ rubeoꝝ circa oculos cũ obtenebratione visus et grauitate capitis et rubore faciei et surditate auriũ prouocetur cum põne fere porcine inter nares vehemẽter cõprimendo. Si signa sudoris appareãt: puta calor cutis frontis cũ humiditate rorida. Detur potꝰ magnus iulep et aqua zuc. actu calida et tegatur pãnis calidis et vaporetur aqua calida posita in vase aliquo sub tegmine et formentenẽ latera et venter cũ vesicis plurimis repletis aqua calida. iuxta Ypo. in amph. Ubicunq natura repit etc. Attende si natura per se crisim complere potest nihil fiat ẽm illud ibidem. Ea quorum crisis fit etc. Neq iuuanda est natura anteq via crisis certificata fuerit: ne forte intendas ad aliam regionẽ a natura. Item soda superueniens in fe. acuta in die indicatiua puta. iiij. signat crisim in die cretica puta. vij. Et si virtus sit fortis et signa digestionis perfecta sit salubre: sin autẽ mortale. Itez dolor capitis si perseuerauerit in latere vno et ceperit oculi obtenebrari: catharactam vel telaz araneam minatur: et demũ cecitatẽ. Succurratur ergo cũ purgantibus et alterantibus et cauterio et subleuetur arteria et cauterizetur. Itẽ soda si perseuerauerit neq rationalia contulerint remedia: frenesim vel maniam minatur. Si sit acuta pulsatiua vel subeth vel litargiam vel apoplexiam si sit frigida grauatiua. Item emigranea in parte anteriori capitis est vt plurimũ a causa calida in posteriori a frigida. Item soda calida est vt plurimũ transiens frigida proprie perdurans et proprie cum materia plurima grossa aut viscosa. Itez emigranea difficilior est atq piculosior cephalea: quoniã onus integruz grauius premit se diuiso quare plurimum ducens est ad perniciem si perduret. Item in emigranea et proprie calida pulsatiua sudor capitis exuberans vel fluxus sanguinis ex nare eiusdem lateris superueniens tollit egritudinẽ quemadmodũ et in fe. vomitus voluntarius et spontaneus vel fluxus ventris dicetur cõferre. vnde ypo. vi. amphi. cap. dolenti et circũdolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens ẽm nares aut ẽm aures: aut ẽm os aut ẽm oculos soluit egritudinez. Item ibidez. Quibuscunq sanis dolores repente fiunt in capite et continuo sine voce fiunt et stertunt in septez diebus pereunt si fe. non accipiat eos. ratio: q isti sunt vere apopletici cum in se habeant tria signa apoplexie: scz dolorem capitis subitum: et carentiã loquele: vel maliciam anhelitus quare suffocantur a materia plurima nisi fe. eos excitet et resoluat et proprie acuta spontanea vel per artem introducta. Idez particula septima. in plaga vel percussione in capite stupor aut desipientia malũ supple siue percussio sit cuz vulnere siue cũ concussione sola: quia significat nocumentũ cõmunicatũ esse substantie cerebri et ventriculis eius. Itẽ quarta amph. Quibuscũq vrine in febribus conturbate et conuerse velut etc. quia in fe. vrina grossa turbulenta agitationem et ebullitionem diuersoruz humoruz signat fumantiuz ad caput. Quare succurratur cuz repercussiuis circa frontẽ et tempora. Item si cerebrũ fuerit lesum: et concussum ex casu vel percussione necesse est fieri vomitum et cum defectione propter cordis et oris stomachi cõpassionẽ et proprie in corpore cholerico in tẽpore et etate et consuetudine cadentibus. vnde ypo. sexta parti. aph. Quibuscunq cerebrum sursum conuertitur necesse est feb. etc. Itẽ si ex percussione vel casu ledat cerebrum necesse est accidere sincopin vel apoplexiã per tempus aliquod donec cerebrum reconfortetur quare non conuenit vt mortui iudicentur nisi post tertium diez. Unde ypo. vij. par. amph. Quibuscũq cerebrum mot[illegible]m fuerit ex aliqua occasione necesse est fieri sine voce statim. Item in cephalea et emigranea forti pulsatiua seu alio dolore corporis quocunq si subito dolor decrescat nec sentiatur non presente aliqua rationali alleuiatione scz per fluxum sanguinis narium vel sudorem vel vomituz vel egestionem vel diminuta existente atq imperfecta: mortale: quoniã cerebri lesionem et virtutis animalis defectionẽ siue destructionẽ demonstrant. vnde ypo. vi. amph. Quicũq dolentes aliquid corporis plurimum dolorem non sentiunt: ijs mens egrotat. Item in. vi. vesicam incisam aut cerebrum: aut cor aut dyafragma. aut epar: aut renes: aut ali

quod intestinorum gracilium aut ventrem ⁊ stomachum mortale et supple matricem si/tim ⁊ splenem.

¶ De vertigine ⁊ scotbomia.
Capitulum secundum.


Vertigo ⁊ scotbomia est cum vi deč homini ꝙ omnia voluan/tur in gyrum. Et si fuerit cum fixione corporis: dicitur vertigo. Si vero cū casu ipsius super terram dicič scotbomia: et sic patet ꝙ he due passiones neq̄ differunt causa: neq̄ substā/tia formali: sed solo gradu. s. fm magis ⁊ minus. Sunt aūt quandoq̄ morbus: quādoq̄ accidens sicut est dolor capitis: morbus quidem cū per se ⁊ imediate a sua causa procedit. Accidens cū morbum consequitur.

Methodus. Vertigo vł scotbomia morbus quandoq̄ fit a causa primitiua vt ab inuentione rerū volubiliū puta rote vel reuolutione corporis super se sicut faciunt pueri vel casu aut percussione ledente anteriorem ventriculum cerebri: propter quod fantasiatur ⁊ imaginač res aliter ꝙ̄ sint. Si fiat ex inuentione rerum volubilium ⁊ re/uolutione corporis super se: signa patent ex indicijs patientis. Cura eius est quies a talibus: quia in omni motione corporis cū ꝗ̄s ceperit ⁊c. ij. amph. Si fiat a casu vel percussione curač sicut diximus in cura doloris ca/pitis ex casu vel percussione. A causa antecedente puenit: puta ventositate aut humorꝶ vitio in cerebro contentorū. Et si fit vento/sitas quod est vt plurimum tunc sentitur tinnitus aurium: tenebrositas oculorū: longa fixa. Similiter ⁊ diminutio gustus ⁊ odora/tus atq̄ pulsatio temporum ⁊ antecessio doloris capitis pdurātis. Et cura eius est euaporatio capitis cum aqua decoctionis florꝶ camomille absinth. ros. rub. meliloti maiorane. Similiter ⁊ sternutatio cū condisi euforbio ⁊ masticatio piperis ⁊ cimini ⁊ carui ⁊ vsus dyacimini ⁊ sacellatio facta ex milio et sale torrefactis super lapidem ignitum ⁊ abstinentia ab omnibus leguminibus, a fructibus: a rapis ⁊ oleribus: a nucibus: a reb⁹ conditis cum nucibus: ⁊ a vino forti puro: ⁊ sumere debet post cibum stipticū: puta pi/rū vel coctanū assum. Et si hec nō sufficiūt purgeč cū pillulis cochijs vel hieralogodio vel yerapigra postꝙ̄ reitereně localia iam dicta. Et si hec iterū non sufficiunt: fiat cauteriū in summitate capitis in loco in quo terminač medius digitus patiētis quando ra/dix palme ponič super radicem nasi: q2 ibi cōmissura recta currit cum cōmissura arcua/li: quapropter fiet perfecta resolutio vaporꝶ ⁊ materiarum a quibus eleuantur. Si vero sit humor: tunc siue sit sanguis: siue cholera siue flegma: siue melancolia: siue cōpositum fient signa ⁊ cura que diximus in ca. de dolore capitis prout est morbus sub signis di/stinctis. Vertigo vel scotbomia accidēs quā doq̄ sequitur morbum vniuersalem sicut in fe. Et tunc significat futuram crisim per su/perius scilicet per vomitum vel per fluxum sangui. narium vel sudorem. ita ꝙ si hoc appareat post signa digestionis cōplete stan/te virtute forti salutem promittit: cū signis indigestionis ⁊ proprie virtute debili mor/tem portendit. Si vero medio modo crisim malā ⁊ diminutam promittit. Cura eius est vt nihil fiat nisi ꝙ eger cum blandicijs confortetur ⁊ pertrahatur donec via crisis ap/parere ceperit. Et si per vomitū iuuetur natura cū immissione digiti in os vel pēne linite in oleo. Si aūt per fluxum san. nariū: sumantur sete porci ponanč in naso ⁊ compri/mač nasus. Si aūt per sudorem caput tegatur cū pānis calidis. Unde Ypo. Undecūq̄ repit natura ⁊c. Sed ꝙ̄diu nihil borū cepe/rit apparere nihil fiat oīno circa caput. Nā si repcussiua approximares: crisiꝫ phiberes: ⁊ sic mortē induceres. Si resoluētia: tūc ma/teriā plurimā attraheres ⁊ forte frenesim induceres: ⁊ ꝙ piculosius est viā crisis impedires. ꝙ si poneres calefactoriū circa caput: sudorē faceres cū forte natura vomitū intenderet. vn̄ Ypo. ibidē. Ea quorū crisis ⁊c. Morbū pticularē cōsequič multis modis: q2 q̄nq̄ fit vitio stomachi: ⁊ hoc vt multū. q̄nq̄ vitio intestinoꝶ epatis splenis atq̄ matricis. Et signa ⁊ cā sunt illa ꝙ̄ diximus ca. de dolore capitis sub signis distinctis.

Emperica. Decoctio sal/uie in aqua vel vino curat vertiginē capite ea loto ⁊ ipa al/ligata fronti vel tempořib⁹ cōfert oīb⁹ mor

bis factis de frigiditate. Uinum preterea decoct. peonie vel castorei scotbomie valet plurimum. & semē peonie bibitum somnia varia remouet. Itē ruptoriū factū sup verti ce cranei vel sup collo est vltimi iuuamenti post purgatiões qd dicem⁹ ca. C. dolē pericis


Canones.

Uertigo vel scotbomia morbus fit vtplurimum vitio ventositatis eleuate a flegmate viscoso contento circa anteriorem ventriculum cerebri: quapropter indigem⁹ alteratiuis propter ventositatem: et euacuatiuis propter flegma: et sternutatorijs propter vtrunq₃. Uertigo autem et scotbomia accidens fit vtplurimum vitio stomachi & intestinorum stipticorum: quapropter intendimus ad rectificationem stomachi & lubrificationem ventris cum suppositorio vel clisteri. In vertigine & scotbomia oportet cauere a porris: alijs: scalongnijs: leguminibus: nucibus: & vnctuosis omnib⁹ quoniā hec omnia materias a stomacho leuigant ad caput. Similiter & vinum vetus purum: similiter & lac: quia faciliter corrum pitur in stomacho & corruptum sursum mittit vapores. vnde ypo. Lac dare caput dolētibus malum.

Pronosticatio.

Uertigo vel scotbomia cum longinquo tēpore perdurauerit: neq₃ beneficio artis vel nature remoueri possunt: futuraz epilepsiā vel apoplexiam portendunt.

¶ De subeth. stupore & congelatione. Capitulum tertium.



De istis tribus passionibus vno dicemus ca. quoniā earum notificatio ex differentia ipsarū adinuicem completur. Sunt quandoq₃ morbi: quādoq₃ accidentia morbi. Morbi quidem cum fiunt per se incipiendo a suis causis immediate in cerebro contentis. Accidentia cum morbos alios puta litbargiā vel febrem flegmaticā vel apoplexiaz vel emitriteum cōsequentur. Conueniunt autē iste passiones in duobus primo: qz quelibet ipsarū est passio capitis primo & p se: sed ex cōsequenti toti⁹ corpis. Scdo: qz in vnaquaq₃ earū fit impedimentum in sensibus & motu voluntario sup totū corpus. Differūt aūt per duas essentias et pprietates qd est: qz subeth est propria passio vētriculi anterioris cerebri: verū quoniā hmōi ventriculus est magis origo sensus q̄ motus: vt dicit gal. in teg. Idcirco in subeth fit magis impedimentū in actu sensationis q̄ motionis volūtarie: quapropter in subeth sunt oculi semp clausi: & si vocet̄ vel concussetur fortiter in principio subeth: & pprie sa lubri: tūc aperit oculos licet denuo claudat. Accidit aūt hec passio ex flegmate puro dominate illi parti. fit tamē quādoq₃ ex vaporibus frigidis vt contingit post potum opij aut iusquiami. Stupor non est aliud q̄ subeth diminutuz. Stupor nāq₃ fit ex flegmate cū parum cbo. fuerit cōmixtum: quapropter etiā in stupore nō est somn⁹ adeo pfūdus sicut in subeth. fit etiā qn̄q₃ a vapore frigido nō in vltimo velut cōtingit post esuz fungorū. Fit etiā a sola qualitate sine materia velut accidit in infrigidatis i niue capite nudato. Fit etiā qn̄q₃ a casu vel percussione qn̄ per ea cerebrū leditur vehementer Iuxta illd Ipo. vij. parti. amph. In pcussione cap itis stupor aut desipientia malū. Et scias q stupor qn̄q₃ dr a medicis somn⁹ pfundus vel subeth vigilatiua: sed nō dz dici somnus lōgus: qz somn⁹ lōgus pure est naturalis in quali: lz fit innaturalis in q̄to: vt accidit ebriosis exercitantibus & calescētibus: sed somnus pfundus q̄ dicit̄ stupor est innaturalis in quali: simpliciter & in q̄to. Stupor etiā qn̄q₃ sumitur p passione neruoz vł mēbroz neruosoz: & tūc idē q obdormitatio vt dicet̄ in ca. de tremore. Cōgelatio est proprie passio vētriculi posterioris: verū qz iste vētriculus est magis fons mot⁹: idcirco fit oculis stātib⁹ fixe aptis. Fit aūt pgelatio ex materia melica dn̄ante illi pticule. Et lz in pgelatione doleat anterior vētricul⁹ cerebri hoc tn̄ nō accidit: nisi qz ipe ē sēsitiu⁹ magis vł qz hūor opilās ipē posteriorē coartat anteriorē & pgelati remanēt sub situ quo repit eos congelatio: quare si reperit eos scribentes vel sedentes remanent ɓm illā formam. Et fit quādoq₃ a causa primitiua: vt cōtingit ambulanti in niue. In lōgo tpe nudato capite q quidē fit vt plurimū: vt dr Gal. v. illius amph. Sōn⁹ & vigilia. Iste tn̄ omnes

passiones pro seinuicē ponuntur apud medicos: quare de noibus nō est curādū: ꝛ proprie cū res sint ꝓpinque. Nam iste tres passiones sunt valde ꝓpinque in subiecto: cura ꝛ causa: vt patet ex dictis ꝛ dicendis.

Methodus. Cura subetb est hec Nam cū oīs subetbicus sit sine sensu ꝛ motu non requiritur approximatio alicuius medicine p os: sed ilico supponatur ei suppositorium de sale gēma: vel iniiciatur clistere acutū quod sic fiat. ℞. colloquintide. agarici cētauree añ. ℥. ß. meliloti stica. blete añ. M. j. pistentur ꝛ bulliant in aqua: de illa aqua accipiantur lib. ij. ꝛ ß. et. ℥. iiij. mell. ꝛ. ℥. iij. olei cōis ꝛ. ℥. ij. salis. ꝛ misceātur simul ꝛ iterum reducātur ad ignē. ꝛ cū totum bullierit colletur: ꝛ cū collatura tepida fuerit: iniiciatur cū clisteri: ꝛ frequentetur illud totiēs donec patiens sentiat ꝛ moueatur: ꝛ ligētur extrema vehemēter oīa propter diuersionem: ꝛ tunc ponatur in os infirmi. ℨ. j. tyriace veteris cū vino calido vel metridati vel auree alexand. vel dyapliris. Post hoc aūt abrasis capillis fricetur caput cū pāno calido ꝛ liniatur cū oleo de spica vel de lilio in quo sit dissolutū castoreū vel bdelliū vel se. sinapis. et se. cicute. deinde cū sufferre poterit: purget cū pillulis cocbijs vel fetidis aut aureis vel cū yerapig. nullo modo bibat illis temporibus vinū: nisi fortassis cum saluia vel castoreo bullitū. vel ydromel qđ sic fiat. ℞. aque lib. iij. mellis. ℥. iij. bulliantur aliquantulum et colle famē ꝛ sitim toleret: pro posse laboret ꝛ exercitetur ꝛ sudet in ieiuno: nutriatur cibis calidis siccis: masticet qualibet die cū surgit a lecto piretrum ꝛ piper factum ex eis cum mastice velut forma pillule. In fine vero fiat cauterium in vertice cranei vel caustī cum super occiput rasum ex cātaridibus tritis ꝛ incorporatis cū fermento ꝛ sinapi vel ex calce viua ꝛ ficubus siccis incorporatis cum stercoribus columbarū ꝛ succo rube viridis. fiāt gargarismata cum oximelle composito ex squillitico ꝛ aqua decoc. ysop. et yreos vel cum sinapi. prouocentur sternutationes cū condisi vel pipere: ꝛ sic regatur vsqꝫ ad perfectam sanitatem. Cura stuporis est eadē preterꝗ ꝙ in clisteri recipimus nō solū agaricum: sed aloes ꝛ turbith cū non sit ex flate puro sed mixto cū cbo. fiant autē omnia alia velut in subetb ꝛ fricētur plante pedum cum aceto ꝛ sale vehementer. Cura congelationis est eadē cū predicta preterꝗ ꝙ in clisteri recipimus ellebori ni. ℥. ß. loco colloquintide: ꝛ loco centauree recipimus polipod. ℥ j. in alijs fiat sicut prius. Cum autē iste passiones euenerint a dicta causa primitiua puta frigiditate aeris: cōpetit balneum aque dulcis calide. Similiter ꝛ alia dicta ca. de do. capitis in causa frigida sine materia. Cū autem venerint assumptione opij vel fungorum vel iusquiami: ꝓuenit primo vomitus cum aqua ꝛ melle ꝛ raphano. deinde oportet vt clisterizetur clisteri acuto: dicto cap. de cura subetb. Post illud sumat sepe de tyriaca veteri vel de theodorico anacardino vel de metridato. Confert etiam vsus allij ꝛ nucum. Similiter ꝛ vinū vetus potentissimum in multa ꝗtitate potum ꝛ ꝓprie calefactum. Et iterum si sumeretur assefetide aureū. j. cum. ℥. iij. vini albi puri aromatici conferret. Fricentur extrema vehementer ꝛ caput ꝓprie. ꝛ oportet vt ꝓhibeatur a somno ꝓposse cum sternutatione facta ex euforbio ꝛ elleboro albo: ꝛ cum fricatione capillorum. Unguatur caput ꝛ totū corpus cum oleis calidis predictis vel de balsamo si sit possibile: qꝛ confert a ꝓprietate. Cōmedat iura piperata gallinarū ꝛ auiū. bibat vinum decoctionis cinamomi in quo sit aliquid musci. Cum autē euenerint a casu vel percussione: curentur sicut dictum est caplo de dolore capitis ex casu ꝛ ꝑcussione

Emperica. In oīni passiōe in qua ē somnus superfluus approximant quedam fumigia fetida de vnglis ꝛ pannis laneis ꝛ capillis super carbones positis: qm̄ estimāt ꝙ virtus aliquando cerebri sentiens lesionē inducat expergefactionem. Alij ecōuerso faciunt suffumigia aromatica: scꝫ ex olibano alipta muscata thure mastice storace sicca: qꝛ estimant ꝙ p ea cerebrū cōfortet: sed huius rei veritatē caplo de litbargia vide.

Canones. Si in aliqua istarum passio-

num corpus repletū vr̄ ꝛ facies rubuerit et vene magne apparuerint in oculis ꝛ facie: tūc in cura eius cōueniens erit vti flebotbomia cepbalice in bracbio seu manu vel vene recte frontis vel venarū magnaꝝ q̄ sunt sub lingua vel venarū in collo q̄ guides appellantur: vel fiat in scapulis. collo ꝛ sub mento scarificatio ꝓfundata rōne diminutionis q̄titatiue nō qualitatiue. Itē in cura istaruꝫ passionū nunq̄ debent apponi repcussiua quia augmētaret̄ dispositio frigida ꝛ ꝑ ꝯsequens passio: sed fiat diuersio materie cum ligationibus ꝛ deinde cum euacuationibus dictis prius.

Pronosticatio.

Si subetb fuerit accidēs litbargie tūc si subsecuta fuerit frenesis bonū est: q2 subtiliationē ꝛ calefactionē materie significat. Si vero contrariū malū. Subetb p̄terea raro fit per se incipiendo: sed vt plurimū ꝯsequendo fe. flegmaticas ꝯtinuas ꝛ iterpolatas. Itē subetb ē mortale cū anbelit⁹ deficit ꝛ eger exercitari nō pōt ꝛ iacet supin⁹ q̄ tūcūq̄ sup latera reuoluat̄. Itē iste passiōes iterficiūt nō nisi q2 anbelitū ꝓhibēt oppillādo vias eius. Itē sepi⁹ fiūt a cā hūorali itrīseca antecedēte q̄ a cā p̄mitiua. Itē di. ypo. i ꝑcussiōe capitis stupor aut desipiētia supuenitēs malum. Itē iste passiōes ex toto suo gn̄e sunt magis mortales q̄ salubres q̄re ꝓnosticis reliquēt̄. Itē lꝫ sint a cā frigida tn̄ cito iterficiūt: q2 iterficiūt oppillādo: oppillatio aūt ista subito fit. ¶ De frenesi. Capl'm. iiij.



eorum si fuerit vitio sanguis quod raro contigit tunc primo fiat flebothomia cephalice in brachio vel manu si virtus et etas consenserint: deinde cum pillulis cochijs purgetur vel yerapigra: sit contentus de potu ydromellis vel iulep: gargarizet oximel squilliticum cum aqua ysopi. post purgationes vngantur membra cum oleis iam dictis: vel cum vnguentis arrogon marciaton agrippa: toleret famem et sitim pro posse: exerceatur et sudet in ieiuno. Cura eorum si sint vitio flegmatis quod est vt plurimum est cura paralisis facte humoris vitio: quoniam tremor talis est quedam paralisis diminuta vel principiata. Cura eorum si sint a qualitate frigida sine materia est eadem cum ea que de flegmate preter quod non est opus purgatione sed alteratione sola cum oleis vnguentis emplastris balneis et dieta: quia vbi indigentia non oportet laborare. Cura eorum si fuerit a potu vini superfluo est abstinere ab illo: quia in omni motione corporis cum quis etc. Et confortentur cor et cerebrum cum electuario pliris vel dyanthos. Cura tremoris propter debilitatem virtutis est cauere a labore et exercitio forti omnino et vti cibis et potibus impinguantibus: vt est caro bona et ius carnium conditum cum speciebus aromaticis atque inspissatum cum vitellis ouorum et vinum clarum bonum aromaticum in odore vel claretum: et vti speciebus et electuarijs dictis ca. de paralisi. et confortare neruos et iuncturas atque membra lacertosa cum vnguentis et oleis dictis ibidem. et plura dicemus capitulo de arthetica passione.

Emperica. Dixerunt excellentes quod in tremore et stupore factis ex causa humorali conferunt trocisci de sticados a proprietate: et proprie post purgationes bis vel ter frequentatas qui sic fiunt. Recipe sticados. ʒ. j. ysopi. ʒ. j. peonie. ʒ. iij. fiant trocisci cum muscillagine dragagánti melle ro. et fit vnusquisque in pondere aur. j. detur in aurora cum aqua decoctionis sticados. et mellis.

Canones. Scias quod cognitio humoris facientis egritudinem non semper potest per interiora cognosci accidentia: quia potest humor peccans intus in profundo accumbere: et alius non peccans in superficie apparere: vt dicit Galenus in comento illius amph. In perturbationibus ventris. Si vis ergo certificari de humore peccante fit hoc per exeuntia et iuuantia et nocentia: vt dicitur nono de ingenio sanitatis. Effectu enim operis vnaqueque actio comprobatur: vt dicit Galenus in comento illius amphorismi secunde particule. Vbicunque cibus. et iste canon non solum in passionibus neruorum sed etiam in omni morbo materiali: et proprie membrorum profundorum. perfectus reperitur cum perfecta morbi cognitio fit eius semicuratio: vt dicit Gal. in lib. de fe. ad glanconem.

Pronosticatio.

Stupor et tremor a quacunque causa fiant super paralisim illius membri aut apoplexiam futuram significat. Item tremor et desipientia accidens ebrio sis apoplexiam minatur. vnde Ypoc. vij. parti. amph. Et ex multa potatione rigor et desipientia malum. Item stupor vel tremor si fiant a casu vel percussione et post curationem attritionis et consolidationem vulneris remanserint: raro vel nunquam curantur prout in ca. de paralisi diximus. quia passionem significat profundatam for vsque ad neruos. Item si stupor et tremor fiant a casu et percussione et remanserint post dispositionem vnam licet rationabiliter medicus operetur: significat quod curari non potest. si vero ceperit de die in diem minorari dispositio potest curari. Item stupor et tremor in senibus non curantur.

De alitatione et oscitatione. Capitulum quintum.



Alitatio extensio alarum. i. brachiorum et crurum. Fit autem propter ventositates multas eleuatas ab humoribus flegmaticis vel multitudine cibi indigesti replentes neruos et lacertos inducentes in eis lassitudinem siue laborem spontaneum extensiuum: quem membra musculosa sentiunt sensatione quadam naturali: quia omne membrum corporis nostri sentit iuuamentum: vt ipsum attrahat: et nocumentum vt expellat cum talis sensatio fit operatio virtutis naturalis nutritiue et animalis non cognitiue quam auerroys secundo colliget supra doctrinam Gal. addidit et discretiuam nuncupauit: quare extenduntur et mouentur vt illam ventositatem expellant: et ideo fit maxime post quietem et somnum: et in habentibus nauseatiuam satietatem. Oscitatio vero est

aptio oris propter vētositates expellendas ascendentes a stomacho per meri vel inclusas in musculis ꝛ neruis mandibularū: ꝛ hoc fit maxime post somnū ꝛ ociū: q₃ sicut vigilie ꝛ labor ventositates carminant: ita somnus ꝛ quies ipsas augmentant.

Methodus.

Cura istarū passionū est eadē oīno. Si igit̄ habitudo sit carnosa ꝛ vene apparētes ꝛ color faciei rube⁹ ꝛ subniger ꝛ p̄cesserit vsus cibor̄ multiplicantiū sanguinē fit flebothomia cephalice quā sequit̄ fames labor inanitio sudor ꝛ vsus ciborū ꝛ sapor̄ sanguinem diminuentiū: vt sunt lentes agresta vinū debile limphatū ad medietatē Si vero habitudo scalida flegmatica ē color albus pallidus ꝛ āncesserit satietas nauseatiua ꝛ nō apparuerit vene in oculis ꝛ facie digerat̄ flegma cū oximelle cōposito vel sq̄llitico ꝛ euacuet̄ cū pillulis fetidis vel cochijs vsitatis vel cū b̄ndicta. vtat̄ cibis calidis ꝛ cōditis cū pipere lōgo gallāga ʒedoar ꝛ siīibus ꝛ bibat vinū bonū s₃ in pua q̄ntitate post euacuatōes balneet̄ ꝛ sudet ꝛ laboret

Emperica.

Ypo. docȝ curare istas passiones cū potu vini boni limphati vsq₃ ad mediū vini propter digestionē. limphet̄ vero ppt̄ impedimentū qd̄ vinū purū infert neruis. vn̄ Ypo. ait. vij. pti. amph. Alices ꝛ oscitationes vinū mensurate bibit: soluit egritudinē: p mēsurate intelligit debere esse tm̄ aque q̄ntū vini: s₃ credimus hūc amph. verū esse maxime i cā flegmatica q̄ sepi⁹ cōtingit: nō i sanguinea. Credimus p̄terea verū fuisse tpe Ypo. sed nō modo: q₃ in p̄nti vinū causat istas egritudines ppter ipsius vsum supfluū. Itē Aui. iij. canon. p̄senti ca. dicit q̄ masticatio acori a ppietate curat istas egritudines: ꝛ proprie post euacuationem.

Canones.

Scias q̄ in cura cuiuscūq₃ passionis hūoralis ꝛ ppie cū corpus plectoricū vl' cacochimū videt̄: h̄ tria sūt p ordinē fiēda. s. euacuatio vl's ꝛ euacuatio pticularis siue ppa ꝛ remedia localia. Vbi g̃ra. In passiōe capit' vitio flegmat' p̄mo opȝ euacuare flegma cū farmaco a corpe toto. dein̄ approximare sternutatoria gargarismata ꝛ masticationes ꝛ caputpurgia. Ultio v̄o applicāda erūt empl'a vnguēta resolutiua fricatiōes ꝛ balnea. Rō aūt canonis ꝑm Gal'. xj. de inge. sanitatis. vbi loquens de cura apatū interior̄ ait sic. Si nāq₃ calida resolutiua localia applicabunt̄ in p̄ncipio magis attrahent ad locum ex eo q̄ oē resolutiuū est attractiuū cū plurimā materiā inuenit: nisi fortasse mellilotū aut camomilla q̄ sūt leuia: vt excepit Aui. ij. can̄. ca. de melia. Si v̄o p̄mo approximēt̄ repcussiua frigida circa mēbrū: tūc r̄liq̄ mēbra circūiacentia nō suscipient materias cum supponat̄ corpus esse plectoricū. Si v̄o primo fiat euacuatio pticularis ꝛ ppa euacuabit̄ q̄dā materia presens: s₃ alia loco eius attrahet̄ a membris vicinis.

Pronosticatio.

Oscitatio ꝛ alitatio cū multiplicāt̄ p̄ter solitū repletionē humoralē significāt immediate: sed febres putridas mediate: vt dictū est Ventositas v̄o eleuat̄ a materia semicocta et indigesta: vt d₃. v. de accidēti. q̄ si calori naturali nō obedierit: putrescit ꝛ fiet p consequens cā āncedēs: ꝛ deīn cōiūcta febriū putridarū. Et in hoc finit̄ tractatus secundus.

¶ Tractatus tertius prime sectionis. De oculorum passionibus.



Culorum passiones l₃ sint diuerse: verūtn̄ qm̄ ipar̄ cognitio vt plurimū corpal'r circa medicor̄ assistentia: per parū a scripturis librorū ad discit̄: idcirco dicam⁹ tm̄ de quattuor famosioribus: que sunt obtalmia: lachrymositas: visus debilitas: ꝛ fistula lachrymalis.

¶ De obtalmia. Cap. j.



Btalmia ē apostematio oculorum ꝛ palpebrarum cū dolore multo vel pauco. ꝛ qn̄q₃ fit in altero oculorū tm̄: qn̄q₃ in vtroq₃: qn̄q₃ in parte oculi tm̄. Fit autē a causa primitiua: sc₃ fumo sole puluere casu vel pcussione ppter aliqd̄ istor̄ inducit̄ dolor in oculo: ppter qd̄ materie cōcurrūt ad locū ꝛ inducunt

apa. aut a cā hūorali simplici vel cōposita. Signa eius q̄ fit a cā primitiua sunt añcessio alicui⁹ istorū: ad qđ statim sequit̄ obtalmia quod scies ex relatione egri. Signa ei⁹ q̄ a cā humorali si a sanguine sunt vehemētia rubedinis oculorū in albugine ꝛ palpebrar̄ ꝛ magnitudo tumoris cū tēsione ꝛ apparitio venar̄ in oculis ꝛ fronte ꝛ dolor grauatiu⁹ ꝛ multitudo lachrymarū cū lippitudine. Si fit a cholera fit dolor pūgitiuus q̄si fiat ab acu vel spina: ꝛ cursus lachrymarum adurentiū maxillas excoriantiū loca sup̄ q̄ currūt: sȝ tumor ꝛ tēsio est minor q̄ꝫ i sanguie ꝛ color rube⁹ v̄gēs ad citrinū. Si fit flegma fit dolor grauatiu⁹ nō plurim⁹ isflatio oculor̄ magna absq̄ȝ rubedine q̄ cū tāgit̄: cedit digitis ꝛ fit ipressio i loco ꝛ m̄ltitudo lachrymarū aquosar̄ cū lippitudine indigesta ꝛ habitudo corpis hūida. Si v̄o fit a melia qđ raro fit: appet nigredo corpis totius ꝛ extenuatio ei⁹ tumor oculor̄ p̄u⁹ paucitas rubedinis et lippitudinis ꝛ lachrymaruȝ. Si v̄o materia sit composita signa adulterabuntur ₰m conditionem simplicium.

Methodus.

Cura obtalmie q̄ fit a cā p̄mitiua est tranquillitas ꝛ quies ꝛ vt non videant lumen per aliquos dies: quia in omni motione corporis ꝛc. Humectentur seu abluantur oculi continue cuȝ aqua decoctiōis rosꝫ. nenuph. viol'. vel cum aqua ro. in qua psilliū ꝛ camphora sint infusa. Et si per hoc p̄hibeat̄ apostema bene est: si autē curet̄ sicut dicet̄ postq̄ȝ matia fluēs fuerit cognita. Cura ei⁹ q̄ fit a sanguine est vt p̄mo curet̄ p̄ flōmiā basilice dextre si corpus plectoricum sit: postea flōmet̄ cephalica p̄tis ōrie: vl' sophena partis eiusdē: vltio v̄o cephalica p̄tis lese. Et si necesse fuerit: flōmet̄ post h vena recta frōtis vel p̄uocet̄ flux⁹ san. narīū vl' diuertat̄ materia ad partē posteriorē cū scarificatiōe aurīū ꝛ vētosatiōe colli ꝛ cauterisatiōe ipsi⁹ cum ferro aut cātaridib⁹: aut ad p̄tē supiorem cū scarificatiōe verticis p̄fundata post rasurā capillor̄: deīde purget̄ cum medicina sanguinē mūdante. ℞. mane. ʒ. ij. tamarindor̄. ʒ. j. ꝛ ß. dissoluat̄ cuȝ aqua decoctionis prunor̄ ꝛ sit aqua nō vltra. ʒ. vj. neq̄ȝ infra. iiij. detur totum in matutinis: deinde distillent̄ rep̄cussiua intra oculum sicut est lac mulieris. mēte. rosꝫ. aloe. licij. sandal'. gallarū croci ana. ʒ. ij. terant̄ in vltio atq̄ȝ cribellētur ꝛ fiāt sief. i. trocisci qui exiccant̄ i vmbra Et cuȝ vti volueris: dissolue vnū ex eis i aqua rosꝫ. vel succo plātaginis vel endiuie: ꝛ liniatur sepe intra oculos ꝛ supra frōtē circūquaq̄ȝ: q̄m materias repercutit: mēbrū fortificat: ꝛ p̄hibet apostema. Silr supra oculos ꝛ timpora ponat̄ illud emplastrū. ℞. folior̄ solatri virge pastoris arnoglosse teneritatuȝ rubi folior̄ vitis ꝛ endiuie se. papaueris cicoree acetose semp̄uiue flor̄ camomille ro. rub. añ. m. j. pistent̄ ꝛ bulliant̄ in aqua ꝛ incorporent̄ cū farina ordei ꝛ ponat̄ tepidum sup̄ locū: vel sup̄ frōtē ꝛ oculū petie linee infuse in succo solatri ꝛ aqua ro. ꝛ aceto. In augmēto vero ꝛ adhuc magis in statu addant̄ aliqua resolutiua cū repercussione: sicut est emplastrū tale. Coquant̄ tria poma in cineribus vel prunis ꝛ mundent̄: ꝛ cū eis incorporent̄ tres vitelli ouor̄ ꝛ semē lini: ꝛ tepidum ponat̄ sup̄ locū. hora vero fortis doloris ꝛ p̄prie in principio stillet̄ collirium album in oculum quod sic fit. ℞. ceruse ablute. ʒ. iiij. sarcocolle nutrite in lacte asine vel mulieris donec fiat sicut mel currens et ex hoc stilletur sepe in oculis: quoniam dolorem sedat ꝛ materias repellit atq̄ȝ vlcus p̄hibet vehementer. Abluantur preterea et fomententur facies manus et pedes cum aqua decoctionis florum camomille melliloti ro. plantaginis cicoree: quia diuertit materias. Bibat aquam decoctionis prunorum vel berberis: vel aquam mixtam cum aggresta vel vino granatorum: sed nequaq̄ȝ vinum nisi forte in declinatione: tunc namq̄ȝ potest bibere vinum album debile limphatum gradatim a multo ad paucum. Nutriatur cibis paucum sanguinem generantibus: sicut lactucis portulaca farina ordei vel auene. Quod si virtus fuerit debilis vtatur carne pullorum vel edorum alterata cum herbis predictis vel seminibus eorū: vitet cibos et potus vaporosos: et similiter allia cepe vinum porros. vitet etiam turbida san. turbantia: vt caules fabas lentes ceruisiam ꝛc. Diminuat cenam p̄posse ꝛ somnum multiplicet: sed non illico sup̄ cibum: quoniam somnus ꝛ leuitas

ventris oī die sunt medicamē bonum in oi obtalmia ꝛ ꝓprie de causa calida. In statu vero adhuc magis in declinatione stillet in oculos ex collirijs q̄ dicemus. Cura eiꝰ que fit a cbo. est vt a pncipio mūdificet̄ cum medicamine supradicto vel isto. ℞. aque decoctionis prunoꝝ. ℥. iiij. in q̄ cū fuerit feruētes ponant̄. ʒ. ij. reub. puluerisati ꝛ dimittat̄ sic per horas. xij. postea collet̄ ꝛ in collatura illa ponātur. ℥. ij. sirup. roſ. vel viol. vel sirup. de nenupħ. ꝛ detur totum ante diē. Deinde secure fiat flōmia cephalice manꝰ partis lese vel ventosatio in spatulis ꝛ collo: qꝛ sicut posteriora capitis dolentia in frōte recta vena incisa iuuat vt dicit Ipocra. ita ecōuerso qꝛ diuersio materierū a loco oīquaqꝫ iuuat. et ponant̄ embroce ꝛ empl'a repcussiua sup locum dicta superiꝰ. Sed plus addat̄ de solatro ꝛ acetosa q̄ꝫ in obtalmia de sanguine fomentētur manus ꝛ crura ex aq̄ calida supradicta: q̄m materias diuertit ad extoriora. Stilletur in oculos muscillago psilij vel muscillago se. citoniorꝫ. ꝛ si dolor sit fortis dissoluatur in eis opij granū. j. ligentur ad iutoria ꝛ coxe vsqꝫ ad dolorē. in fine ponat̄ collirium albū supradictū in oculos: nisi qꝫ loco sarcocolle poni dꝫ psilij. ʒ. j. i aijs fiat sicut prius. Cura eiꝰ que de flegmate est vt purgetur a pncipio cum pillis cocbijs vl' cū his. ℞. turbith ʒ. j. ꝛ. ƀ. zinzi. ʒ. ƀ. zuccari. ʒ. ij. terant̄ ꝛ misceant̄. ꝛ detur totum in mane cum aqua decoctiōis feniculi. Sup oculum ponat̄ empl'm calidum factū ex farina fenugreci ꝛ muscillagine eiꝰ ꝛ floꝝ camomille ꝛ mellilotti pistando oīa ꝛ incorporādo cū muscilagine fenugreci ꝛ dragaganti. Et potes addere duo vitella duorū: qꝛ bonū sit ꝛ anodinum. Deinde post. vj. vel vij. dies ꝛ post duas mundificationes ad plus pone supra oculū ꝛ itra collirīū de sarcocolla mūdificatiuum ꝛ incarnatiuū vlcerum oculoꝝ q̄ð sic fiat. ℞. sarcocolle nutrite in lacte mulieris. ʒ. iiij. licij aloes drag. an̄. ʒ. ij. spume maris croci an̄. ʒ. j. ꝛ. ƀ. succi celidonie. ʒ. iij. terant̄ subtilissime: vt alcohol ꝛ dissoluant̄ in vino albo ꝛ aqua colletur ꝛ liquidum ponat̄ in oculum. Bibat aquā mellis vsqꝫ ad declinationē vel aquā decoctionis iuiubarū ꝛ mellis: comedat aquā cicerū farinā vel auenam. Condiātur cibaria sua cum puluere facto ex cinamomi. ℥. ij. cardam̄. ʒ. ij. croci. ʒ. j. Cū aūt morbus declinauerit: cōedat carnes pullorum vel edorū coctas cum feniculo petro. borrag. spinarg. ꝛ filijbus. ꝛ tunc potest bibere vinum albū debile limphatū. Fiant ablutiones manuum faciei ꝛ pedum cū aqua de coct. absinth. mell'. ro. rub. florꝫ camo. Cura eius q̄ est de melēa est vt p̄mo purget̄ cuꝫ pillis fetidis vel dyasene: deinde post mundificationem oīni die abluant̄ semel vel bis manus facies pedes cum aqua decoc. fumi terre absinthi. ro. ru. viol'. mellilotti. ꝛ balneet̄ in aqua dulci ꝛ inclinet faciē super vaporē. Cura eius q̄ est de materia cōposita est cōpositio remedioꝝ ƀm exigentiam sue cause.

Emperica.

Dicit Ipocr. vj. parti. āph. dolores oculorum meri potio sanat aut lauacbrum aut piria aut flōmia aut farmacia. q̄ð ptractans gal'. in cōmento ait. qꝫ conuenit meri potio si fuerit obtalmia de flate vel melēa: ꝛ in corpore non plectorico ꝓprie ꝛ p̄misso balneo aque dulcis: sed opꝫ vt sit meruꝫ limphatuꝫ parūper: ꝛ post eius potum dimittatur patiens dormire. per hoc enim materia grossa sicca vel viscosa subtiliabitur ꝛ humectabitur vt fluere possit ad extra oculos et dolor cessabit. Cōuenit lauacbrū. i. balneū aque dulcis saluis tribꝰ cōditionibꝰ. q̄ruꝫ p̄ma est vt corpꝰ sit bn̄ euacuatū euacuatiōe vl'i. scd̄a est vt materia sit acuta. s. cholerica vl' de flāte salso. tertia vt materia remanēs sit pauca sic nāqꝫ balneū euacuabit reliq̄as euacuationis p̄misse. Cōuenit aūt piria. i. fomētatio oculoꝝ cū spōgia imbibita in aq̄ cal'a dulci dein̄ expssa donec fiat aliquātulū rorida q̄si sicca vl' pira inclinatio capitis sup vaporeꝫ aq̄ calide dulcis sicut ꝛ balneū cōpetit. Alex in hoc refert qꝛ si materia sit plīma augmentat̄ dolor ocl'oꝝ ꝓpter attractionē. ꝛ sic dirigit nos i curā artificiosaꝫ q̄ ē qꝫ euacuare debemꝰ corpꝰ an̄ piriā. Si ỽo matia sit pauca pfecte resoluet̄. Cōpetit flebothomia si corpus abūdet in sanguie solo ꝛ i oībꝰ hūoribꝰ sit equal'r: q̄m flōmia euacuat m̄ltitudinē vt di. Auic. Cōpetit farmacia si aliꝰ humor a sanguie sit cā obtalmie. Itē dicūt exptiqꝫ aliqd oli ro. cū duplo eiꝰ vinoꝝ grātoꝝ aceto sorū ꝯquassatū ꝛ positū sup rubedinē oculorum

li vel sanguinē qui est ibi ꝓpter fricationez
ꝑcussionē sequenti die vel tertia curat ⁊ ꝓ-
prie post purgationē vel flōmiā vel scariti-
cationē in collo ⁊ spatulis. Collirīū exptum
ad omnē obtalmiā ex q̃cunq̄ causa fuerit et
quocūq̄ tpe morbi ⁊ ad oēm visus debilita
tem sic fit. ℞. tutbie extincte in aceto tribus
vicibus: ⁊ sex vicib⁹ in aqua roſ. ℥. ij. ita q̄
post quālibet extinctionē remoueat̄ acetum
et aq̄ roſ. lapidis calaminaris vel ematbi-
tes extincti in aceto. ij. vicibus ⁊ ī aqua roſ.
iiij. vicibus. ℥. ſ. coralli al. ⁊ rub. an̄. ʒ. ij. ossis
sepie cāpbore. an̄. ʒ. ſ. aq̄ roſ. qd̄ sufficit: terā
tur oīa vt alcobol, cribellent̄ ꝑ pānum seri-
ceum depſſum ⁊ cōmisceant̄ cum aq̄ roſ. si-
cut decet collirīa: ⁊ ex eo stilletur frequenter
in lacbrymali: q̄ repcutit: stipticat ⁊ abster
git: quare cōfert etiā in fistula lacbrymali ⁊
fluxu lacbrymaꝝ cuz lippitudīe. Sz tūc loco
aceti ⁊ aq̄ ro. capiat̄ a q̄ feniculi ⁊ aq̄ celido-
nie ⁊ aq̄ rutbe ⁊ vrina pueri masculi nōdū pol
luti. Et in cā obtalmie cholerica pōt addi
licij acatie amili dragāti. ʒ. ſ. In cā vero fle-
gmatica pōt addi sarcocolle inficte in lacte
mulieris. ʒ. ij. in cā vero melica climie auri
lote ⁊ postea aduste ⁊ extincte in lacte mulie
ris. ʒ. ij. In dolore forti pōt addi ceruse lote.
ʒ. ij. opij boni. ʒ. ſ. ⁊ est descriptio magistra-
lis aggregata ex autēti. meſ. ⁊ almāſ. Pul-
uis cōferēs omni obtalmie ⁊ inflammatiōi
oculoꝝ ⁊ fluxui lacbrymaꝝ ⁊ pruritui sic fit
℞. tbutbie lap. ematbitis. an̄. ʒ. iij. iiij. cli-
mie auri amili. an̄. aureum. ſ. spice opij su-
macb. ana. ʒ. ß. aloes rubei. boni. ʒ. ſ. zuccari
tabarzetb. ʒ. iij. ß. ex omnib⁹ puluis subtilis-
simus ⁊ imbibe vice vna in aqua mirabola
norum citrinoꝝ. ⁊ vice alia in succo feñ. ⁊ vi-
ce alia in succo coriandri recētis. quarta vi-
ce in aqua sumacb. ⁊ quinta vice si est tēpus
cum succo granatorum musorum: itavt post
quālibet imbibitionē exiccet̄ ⁊ curat ꝑfecte.
vltimo ꝟo misce cū eis cāpbore quartā par-
tem. ʒ. ſ. deinde iterum tere ⁊ cribra ꝑ sindo-
nem ⁊ reserua in vase vitreo bene obturato:
⁊ pone ex boc puluere in oculos q̄ expertū
est: vt d̄t Meſ. ī suo de approparī ca. de ob
talmia auctoritate bamec. Et si velles ex eo
facere collirīū sublime ad easdem intētiōes
⁊ ad fistulā in lacbrymali poneres, res oīs
post quintam imbibitionē q̄n sunt sub for-
ma mellis currentis vel pultis in alembico ⁊
distilles sicut faciendo aquā rosarum.

Canones.

Dicit raſ. in di-
uisionibus q̄ in
omni obtalmia
ex quacunq̄ causa fiat: confert balneū aque
dulcis in finib⁹ eoꝝ qd̄ est post digestionem
materie ⁊ euacuationē. Confert preterea vt
medicine q̄ applicant̄ oculis vl̄ mēbris alijs
cerebro ꝓpinquis nequaq̄ sint frigide vebe
mēter actu vel virtute: q̄ materias incuneāt
⁊ mēbroꝝ nobiliuz destruunt calorē. Cōfert
similiter vt oculi non intueantur lucem: sed
sint in loco obscuro donec spiritus visibiles
congregentur ⁊ fortificentur.

Pronosticatio.

Obtalmia si nō curat̄ ꝑducit ad fistulam in
aliqua tunicarū septē oculi: ⁊ deinde ad ce-
citatē. Item Ipo. vj. ꝑticu. ampb. In oculis
patientem a dyarria accipi bonum.

¶ De lacbrymositate oculoꝝ. Capl'm. ij.

Fluxus lacbrymaꝝ trib⁹ fit modis
Prio post incisionē factā ī cura vn
gule vel cataracte. scd̄o ex effusiōe
multarū materiaruz ex cerebro ⁊
venis ⁊ arterijs que sunt sub craneo per ner
uos obticos. tertio ex effusione materiaꝝ ad
oculos ex venis neruis atq̄ arterijs q̄ sunt ex
tra craneū vel q̄ apparent in timporib⁹. Et
vndecunq̄ fluxerit materia vel est acuta ca-
lida: vtpote de cholera vel flegmate salso: vl̄
est frigida bumida aquosa. Signa ei⁹ q̄ fit ꝓ
pter incisionē vngule vl̄ alteri⁹ egritudinis ī
oculo sunt antecessio talis cure. Signa ei⁹ q̄
fit ab būore acuto vl̄ salso sunt prurit⁹ ⁊ ar-
dor ⁊ īflāmatio ī loco quē lacbryme tangūt.
Et q̄ stomacbo ieiuno ⁊ tēpore calido ma-
gis infestat. Et q̄n vsus piperis allij ⁊ cepa
rū ⁊ alioꝝ acutoꝝ nocet. Signa ei⁹ q̄ fit ab
būore aquoso sūt multitudo lacbrymaꝝ sine
ardore loci sup quē currūt. Et q̄ tpe frigido
⁊ post cibū multiplicant̄: ⁊ q̄ vsus ciboꝝ bu-
morosoꝝ ⁊ nimi⁹ pot⁹ vini eas multiplicat.
vtrum autem fuerit extra craneū vel intra:
potest cognosci a iuuantibus et nocenti-
bus rōnabiliter exbibitis ⁊ sensatione infir-

mi: et quoniam vena apparens vel arteria magis pulsat solito vel debito in timporibus: et est cum maiori timore quam sint alie.

Methodus.

Cura eius que fit propter incisionem factam in cura alicuius passionis oculorum est vt post icisionem confortetur oculus cum emplastro quod sic fit. Rx. corticis granatorum lentium excorticatarum plantaginis virge pastoris. ana. m. s. pistentur et incorporentur cum muscillagine dragaganti. Ad idem. Rx. succi solatri vel burse pastoris vel semperuiue. ℥. iij. et misceatur cum bolo armenico sang. draco. terra sigillata et albumine oui et ponantur supra oculum et timpora et frontem. Cura eius que fit ab humore acuto vel salso est vt premissa digestione materie cum sirupo de fumoterre vel si non fit post isto aliud cum sirupo acetoso et aqua decoctionis rerum ducentium virtutem sirupi ad oculum: vt feniculus eufrasia nux muscata. purgetur cum pillulis cochijs de reubarbaro dictis caplo de dolore capitis. Post hoc flebothometur cephalica partis eiusdem et super frontem et timpora ponatur emplastrum. Rx. boli armenici. ℥. ß. masticis dragaganti. ana. ʒ. ij. puluerisentur et misceantur cum albumine oui vel muscillaginis dragaganti. Supra oculum vero ponantur petie infuse in succo semperuiue vel solatri mixto cum agresta et puluere glandis. mirrhe et boli armenici: intra oculum ponatur collirium album: quod diximus capitulo de obtalmia sanguinis. Cura eius que fit ab humore aquoso est vt premissa digestione cum sirupo de sticados. vel si post isto non fit aliud cum oximelle composito et aqua decoctionis fen. vel basiliconis. Purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis vel yerapigra vel medicina de turbith. deinde fiat cauterium in vertice capitis vbi terminatur medius digitus quando radix manus patientis ponitur super radicem nasi et profundetur vsque ad craneum et dimittatur apertum vno mense integro: ita vt omni die purgetur a sanie bis: vel rubificetur idem locus cum emplastris calidis acutis dictis capitulo de litargia. atque scarificetur abrasis primo capillis. Similiter et super collo vicibus frequentatis supra oculum et intra ponantur omnia medicamina iam dicta. Sepe abluantur oculi cum aqua pluuiali decoctionis gallarum thuris masticis mirrhe bolli ar. nucis cypressi et sit aqua actu calida apud eius visum. Cibetur ex cibis stipticis et carnibus assis conditis cum agresta vel vino granatorum vel berberis et huiusmodi sunt lentes excorticate: et aliquando sumat aquam pisorum et herbam feniculi. Bibat ydromel vel vinum rubeum debile limphatum cum aqua pluuiali vel cisterne. Sumat semper post prandium et cenam. ℥. ß. electuarij de citonijs vel. ʒ. j. dyaolibani et bibat desuper aquam calidam sed non frigidam: quoniam extat catharrosa: vt ait Mes. ca. de catharro.

Emperica.

In constrictione lachrymarum et consolidatione noui vulneris in oculo conferunt collirria dicta capitulo precedenti. Ca. de empericis: Confert ista confectio. Rx. tutie. ℥. ß. teratur perfecte in mortario mundo et addatur ei. ℥. j. aque ros. et. ℥. j. vini granatorum acetosorum in causa calida aut vini alb. veteris clari in causa frigida: et post incorporationem perfectam istarum rerum in mortario colletur hoc totum cum petia munda: et de ista collatura ponatur omni die mane et sero intra oculum et in breui tempore fiet lachrymarum constrictio et vulneris consolidatio. Premissis remedijs vniuersalibus. Item communiter operantes in cura lachrymarum premissa vniuersali euacuatione cum flebothomia vel farmacia supradictis incidunt venas et arterias frontis per transuersum et proprie si fluxus sit extra craneum: sed in hoc erit timor casus palpebrarum: quapropter alij faciunt cauterium cum acu ferrea ignita cum filo laneo grosso traducto super collo et pulpis aurium et dimittunt sic apertum donec multa aquositas effluxerit: quia per hoc fit diuersio materie vel faciunt vesicationem cum cantaridibus et fermento si patiens cauterium abhorreat. Deinde ponunt in oculum collirium album dictum vel confectionem ex tutia extincta. Item ad lippitudinem oculorum quidam accipiunt vitreolum mel et albumen oui. ana. partes equales et perfecte terunt et incorporant in mortario et ponunt super oculos sero cum itur dormitum: et mane abluunt oculos cum lacte mulieris. Collirium album sublime et expertum ad omnem maculam oculorum et lippitudinem et fluxum lachrymarum visum custodiens cum vertice

sic fit. ℞. armoniaci flo℞ eris arsenici ru. san
dal. an. ℥. ij. tutbie. ℥. s. vitrioli de quo fit in/
caustum. ℥. iij. celidonie rubee. an. m. j. succi
feniculi lib. s. et ℔. pistentur et simul misceanͭ/
tur et fiant madaliones et ponātur in alem/
bico super fornacem et distillentur sicut fit
aqua ros. Et ex eo stilletur in oculos omni
die mane et sero: quia mundificat: abster/
git: exsiccat et confortat oculos excellenter et
spiritus visiuos subtiliat. Sief de thure
quod ponitur in oculos in vlceribus eorum:
quia exsiccat: consolidat et incarnat et corneā
cōfortat ne rūpatur et vueam egredi nō per
mittit sic fit. ℞. armoniaci sarcocolle. an. ℥. v.
thuris. ℥. x. croci. ℥. ij. cōficiantᷣ cū muscillagi/
ne fenugreci vel seminis lini et fiant sief. i. tro/
cisci qui et cū vti volueris: puluerisentᷣ vt alco
hol et ponatᷣ ex eo in oculos vel dissoluatur
cūaqua ros. vel succo endiuie ad modū col
lirij subtilis. Sief de plūbo qđ incarnat et
ꝯsolidat vlceꝰ in oculo post rupturā obtalmie
vel casum vel ꝑcussionē et cōfert plurimū fi/
stule lacbrymali et dolorē oculo℞ sedat potē
ter sic fit. ℞. plumbi adusti gūmi arabici an
thimonij tutbie ablute vsti dragaganti. an.
℥. viij. opij. ℥. ℔. fiat Sief cū aqua pluuiali et
vtere eo sicut primo. Ars abstergēdi oēs ma
culas accidētales in oculis ꝓhibentes visuꝫ
que albumines vel vngule noiantᷣ et ꝓprie
cū fuerint molles tenere recentes hoc est qꝛ
dure antiquate solo ferro remouentᷣ. ℞. eris
vsti florū eris arsenici ru. vel citrini et ꝓprie
sublimati salis nitri vel salis armoniaci gū/
mi armoniaci vitrioli adusti vitri cōbusti sar
cocolle spume maris licij aloes rub. vōi mir
rhe croci mirabolano℞ citrino℞ bauracb of
sis sepie piperis longi oim eo℞ vel quocūqꝫ
ex ipsis volueris: tere vltimo atqꝫ cribella ꝑ
sindonem densum et ex ipsis in oculis pone
modicū omni die scꝫ mane et sero donec res
eis addite consumātur. Est nanqꝫ continēs
fere omnia corrosiua quare noia sortitur di
uersa: ita vt a quibusdam puluis ru. ab alijs
viridis ab alijs albus vel citrinus vel puluis
de vitreolo nuncupatur. qꝫ si mordicationeꝫ
et corrosionem oculorū timueris ex ipsis im
bibe per noctem vnā aut amplius pulvereꝫ
predictum in aqua ros. vel lacte mulieris.
deinde exsicca in vmbra et tere et cribella si/
cut prius ex stipticis incarnatiuis que sunt
tutbia abluta et spodiuꝫ et cāphora coralli ro
se sicce anthimoniū plūbū vstum atqꝫ thus.
Si vero puluerem predictum facere volue/
ris magis confortatiuum oculorū adde mar
garitarum et cathimie auri et argenti. Si ve
ro magis artificiosuꝫ imbibe ipsum vice vna
in vino albo veteri claro et vice alia in vrina
hominis sani perfecti: vel in vrina capraruꝫ
et vice tertia in aqua feniculi vel succo eius
si tempus fuerit: et vice quarta in succo ru/
bee: et vice quinta in aqua celidonie: ita vt
post quanlibet imbibitionem perfecte exsic
cetur et iterum terantur et cribellentur vlti/
mate. Si autem collirium ex ipso facere vo/
lueris ad easdem operationes pone res om
nes in alembico post quintam vel quartam
imbibitionem cum sunt sub forma mellis
currentis et distilla sicut aquam ros. ex qua
omni die bis stilletur aliquid in oculo loco
pulueris supradicti. Aut decoque res om/
nes tritas in aqua clara vel vino albo pon/
tico vel mixto ex eis aliqualiter donec redie
rit ad quartam partem et sit proportio pul
ueris ad aquam vt vinum} sicut proportio
quarta ad sextam. Prior tamen modus per
fectior reperitur: aut dissoluitur puluis re/
rum in aqua decoctionis acori vel sene vel
rubee postqꝫ fuerit optime collata et cum ea
concassetur sicut decet collirium et ex ipsa
stilletur in oculos quia est fortitudinis extre
me: ita vt maculas abstergat in oculis equo
rum aut conquassentur res eedem cuꝫ aqua
ros. quia est lenior omnibꝰ supradictis. Et
si adhuc magis refrenare volueris eius mor
dicationem adde ceruse ablute bis in aqua
ro. vel amili et fiat ex eis collirium album de
quo stilletur in oculos sepius in ieiuno: et se/
ro cum itur dormitum sine cena: omnia aūt
sicca tere vehementer.

Canones.


Medicine que ponuntur in ocu
lis si sunt in substātia liquida: vt colliria de/
bēt esse in vltimo claritatis et puritatis. Si
vero in suba sicca vt sief. et pulueres debēt esse
i vltio puritatis et subtilitatis qđ apud medi
cos alcohol dr: qm̄ oculus est mēbrū tunico
sum pāniculosuꝫ sensitiuū cū acuitate vlti/
ma: quare medicine grosse nō penetrabūnt:
sed stātes circa supficiē tunice cornee et con/

fūctine ipsaȝ vlcerabūt. In medicinis pteꝛea oculoꝝ nō cōpetit vti calidis acutis nisi cuȝ stipticis reprimant: ne forte humiditates tres cristallinā albugineȝ ꝛ vitreā colliquēt ꝛ tunicas septē oculoꝝ corrodāt cū oculus ex pdnio cōstet aq̄o: vt pbat Aris. in li. d̄ sensu ꝛ sensato. ꝑpter qḋ accidit vt fum⁹ sulfur coit⁹ allia pip oculis noceāt vndiq̄uaq̄. Preterea dicit Rab. in diuisiōib⁹. ꝛ Mes. in suo de appropriatis. ca. pñti. ꝙ si fuerit effusio materiarū ad oculos p vias q̄ sunt intra craneū raro ē ei curatio nisi fit in pncipio et materia pauca qḋ ɔtingit ꝑpter difficultatē penetratiōis medicinarū. Et si q̄dē curari pōt aliquo mō curat̄ cū puluere isto ℞. tutbie ablute. ʒ. x. aloes coralloꝝ liciȷ gūmi armōiaci assi dragagāti masticis ematistis olibani oīm añ. ʒ. ij. corticū mirabolanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. iij. pipis longi. ʒ. ij. fiat pul. subtilissimus: vt alcobol. ꝛ ponatur intra oculos: est eñi vltimū in restringendo.

Pronosticatio.

Lacbryme si restrigi nō pñt humores nutritiuos oculoꝝ pmo diminuūt: deide hūores tres q̄ sunt cristallin⁹: vitre⁹ ꝛ albugine⁹. et tādē sbam ocl'oꝝ ɔsumēt. Et si fuerit acute vel salse corrosionē vel fistulā iducēt: ꝛ demū cecitatē cōpletā: q̄ꝓpt̄ i pncipio succurratur. Itē lacbryme accidūt vt plurimū habētib⁹ caput humidū catbarrosuȝ: ꝙ si fuerit ex regimine curat̄ faciliter: si p naturaȝ et ex genere difficile.

De debilitate visus. Cap. iij.



Ebilitas visus appellat̄ cum hō sine macula vel aliq̄ manifesta oculoꝝ passione diminute videt: neq̄ discernit res vt oportet velut accidit in senibus ꝛ decrepitis p materiā. siłr ꝛ q̄nq̄ iuuenibus ꝑpter aliquā cām non naturaleȝ: vtputa ꝑpter mutationem organoꝝ ƀm cōpositionem ꝛ complōnē. hec aūt mutatio accidit iuuentb⁹ ex mala complōne oculoꝝ calida vel frigida humida vel sicca. Senibus vero ex depascētia assidua hūidi radicalis a caloꝛe naturali: q̄ñ cum aliq̄ causaꝝ hmōi vebemēter cōfirmat̄ facit ipoꝝ tunicas inspissari necnō hūiditates accñtales augeri quib⁹ spūs visibilis obtūdit̄. siłr ꝛ spēs reꝝ visibiliū ꝑpbanet̄ur: verūtñ hec ꝑpēdit̄ necessitas mortis naturalis in aīali: q: ꝑpter actionē ɔtinuā calī naturalis in hūidū radicale mēbroꝝ: ꝛ ꝑprie cordis: tandē exiccat̄ corp⁹ ꝛ cōsumit̄ hūiduȝ: ꝛ p ɔñs coextiguit̄ calidū. Et istā actionem vocāt phī materie neitatē cū impossibile fit ipam nō repiri oī tpe in reb⁹ naturalib⁹ ɔuenietib⁹ i materia pma q̄ est yle. Fit aūt q̄nq̄ ex hūiditate ꝛ signa sunt: q: mľtiplicat̄ post cōestionē ꝛ nauseatiuā satietatē: ꝛ ꝑprie post expgefactionē a somno: q: tūc appet corā oculis ipoꝛum quoddā ad modū aq̄ vel nebule. Et ꝙ oculi emittūt lippitudinē indigestā: ꝛ ꝑprie post somnū. Fit etiā q̄nq̄ a siccitate. Et signa sūt ꝙ fortificat̄ passio tpe famis ꝛ i meridie: sed alleuiat̄ post cibū ꝛ somnū: ꝛ ꝙ oculi semp apparent sicci: ꝛ sentit̄ pruritus in ieiuno. Fit q̄nq̄ ex malicia stomacbi ꝑpter qḋ ista debilitas visionis nō est semper: immo fit fortis cum est satietas nauseatiua propter vapores diuersos ascendētes: ꝛ destruit̄ oīno tēpore famis sicut cōtingit ebriosis ꝛ bibulis ꝛ sentit citius alleuiationē ex medicinis mundificatiuis quando est ex stomacbo ꝙ̄ ex passione propria oculoꝛum.

Methodus.

Cura eius que est ab humiditate est vt digeratur flegma in capite cuȝ sirupo de sticados cuius descriptio ƀm Mes. hec est. ℞. floꝝ sticados arab. ʒ. xxx. albasce calamenti origani añ. ʒ. x. anisi piretri. añ. ʒ. vij. piperis lōgi. ʒ. iij. passulaꝝ enucleataruȝ ʒ. iiij. mellis lib. v. condiant̄ cuȝ cinamomo calamento aromatico croco. ʒʒ. pipe nigro ꝛ lōgo. oīm añ. ʒ. ß. ꝛ. ƀ. ƀ liga i pāno raro ꝛ suspēde in sirupo hora decoctionis. ƀ sirup⁹ a ꝑprietate respicit caput ꝛ digerit oēs materias flegmaticas i cerebro collectas: q̄ꝓpter ē cōferēs sode ꝛ catbarro frigido vł digerat̄ cū melle ro. collato addēdo in digōne cū ijs sirup. sticad. nucē muscatā ꝛ oīa ducentia ad caput. Post illḋ purget̄ cū pillis lucis minorib⁹ ł cocbijs vł fetid: vł cū pillis lucis maiorib⁹ q: a ꝑpetate purgāt hūiditates cerebri anťioris ꝛ sēsus oēs acuūt ꝛ ꝑpe vltiū q̄ sic fiūt ƀȝ meƀ. ℞. xiloƀ. oppoƀ. se. ru. sq̄n i ti masticis gario ƀ. añ. se. apij cassielig. croci

macis. añ.ʒ.ſ.roſ.viol'.abſinth. cubebe.ca/
lami aromatici nucis muſcate carpob.ſpice
añ.ʒ.ij.reubar.boni mirabola. oim agarici
ſene.añ.ʒ.iiij.colloquintide licij lap. lazuli
loti.añ.ʒ.vj.cōfice cū ſucco fen.vel rutbe vel
celidonie vel eufraſie vel vino claro al.vete
ri.⁊ da a.ʒ.ij.vſq; ad.ʒ. iiij.⁊ eſt deſcriptio
aggregata ex maioribus et minoribus qm̄
modicū differunt inter ſe ſm cōpoſitionem
vel virtutē vel cū pill'is de agarico q̄ ſic fiūt
℞.aloes.ʒ.ij.colloqntid.ſticad. turbith. añ.
ʒ.ſ.maſticis roſ.ʒʒ.caſſie lignee.añ.ʒ.ß.aga/
rici.ʒ.iij.fiant pillule cū ſucco rutbe quoruȝ
doſ.eſt a.ʒ.ſ.vſq; ad.ʒ.ij.Me pillule euacuāt
potenter flegma ⁊ oēm materiā groſſaȝ vi/
ſcoſam ⁊ ab oī parte corporis:⁊ ꝓprie a ca
liditate:⁊ ideo valēt in apoplexia epilepſia
paraliſi ſoda frigida catbarro.Cibet' carni
bus aſſis ⁊ cibis ſiccis:vtat' ſepe ſemi. fen.
in cibo ⁊ potu:ſimil'r ⁊ fiƺeleos. bibat ydro
mel vel vinū rubeū limpbatū parūper cum
aqua ſimplici ⁊ qn̄q; cū aqua decoctiōis ru
tbe vel in aqua vbi poſita ſit rutba.℞.ſe/
mel in ſeptimana.ʒ.ß. tyriace veteris bone
ſtomacbo ieiuno cū vino vel aqua decoctio
nis rutbe vel ſemis fen.eſt de melioribus re
bus in boc caſu.Exerceat' ꝑterea et ſudet ⁊
laboret in ieiuno modificet cibum ⁊ potū ⁊
ꝓpoſſe diſtillet in oculos aquā baſilicōis vl'
celidonie eufra. betbonice vel rutbe vel fel
capnū vl' fel galli vel faſiani vl' ꝑdicis cū mel
le crudo puriſſimo vl' collirīū de fellib⁹ vl' col
lirīū albū poſitū cap'lo de obtalmia vl' colli
rium de tutbia bonū ⁊ expertum qđ ſic fit.
℞.tutbie.℥.ß.calaminaris.℥.ſ.faui mellis.
i.mellis crudi ſicut exprimit' a fauo.℥.ij. ga/
rioſi.numero.ij. terātur vt alcobol ⁊ incor/
porentur cum vino al.veteri ſubtili: q; ſi ti/
mueris corroſionem ex tutbia ignitatur ſu/
per lamina ferrea.x.vicibus vel pluribus et
totiens extinguatur:vel in aqua roſ.vel plā
taginis ⁊ idem obſeruetur de calaminari.
Sic namq; lachrymas exſiccat:ſpiritus ſub
tiliat ⁊ vlcera conſolidat perfecte.Cura ei⁹
que eſt propter ſiccitatem eſt impinguare
corpus propoſſe cum piſcibus recentibus
bonis ⁊ iuribus carnium bonarum condi/
tis cum ſpeciebus dulcibus ſcilȝ cinamomo
cardamomo croco folio gallanga ⁊ ȝuccaro:
vtatur vino claro dulci.Comedat ficus ſiſti
cos auellanas pineas cicera fracta et piſa
oua ſorbilia ⁊ pultes cōditos cū lacte capri/
no dulci. Caueat a rebus acutis ⁊ oleo vi/
no puro veteri fumo vento a coitu ⁊ oculoꝝ
fatigatione plura ſcribendo vel ſtudendo:
ſepe balneetur in aqua dulci tepida poſt di
geſtionem primam preterq; ſudet aperian/
tur oculi ſepe in aqua frigida vel ſtilletur in
eos lac mulieris vel aſine vel oleum viol'.vel
abluantur quandoq; cum aqua decoctionis
violarum fenugreci ⁊ maluauiſci. Cura ei⁹
que fit vitio ſtomachi eſt vt rectificemus ſto
macbum digerendo bumores calidos cuȝ ſi
rupo acetoſo vel bumores frigidos cum oxi
melle cōpoſito.Poſt illud purgetur cum me
dicinis proprijs vtriuſq; cauſarum quas dice
mus ca.de ſtomacbi debilitate. verūtn̄ bic
pul.confert omniquaq;.℞.aloes.ʒ.ſ.mirrbe
ʒ.ſ.maſticis.ʒ.ſ.terantur oīa ſubtiliſſime et
cribellentur ⁊ trāſglutiat' totū ſimul cuȝ ȝuc
caro vel melle vel alia re offuſcāte eius ama
ritudinē.Aloes eīn̄ licet ſit indelectabile ori
eſt tn̄ delectabile ⁊ pficuū ſtomacbo:vt di.
Gal.ij.de ingenio ſanitatis.⁊ iō in eius ad
miniſtratiōe dȝ lingua patientis extrabi et
aloes inglutiri. Vtatur omī die in ieiunio
electuario pliris dyagallanga dyatriūpipe
ron:⁊ bibat deſup.℥.iij.vl'.iiij.aque calide.
Nutriatur cibis ⁊ potibus dictis ſupius ca.
de debilitate viſus ꝓpter bumiditateȝ.vtat'
etiam collirijs ⁊ aquis dictis ibideȝ.

Emperica.

Medicamen ſublime ad de
bilitatem oculoꝝ ex quacunq; cā.℞. tutbie
lib.ß.extingatur in vrina pueri nōdum pol/
luti tribus vicib⁹:⁊ in aqua fen̄. iij.vicibus
corallorum al.⁊ ru.añ.ʒ. iij.extinguat' in aq̄
fen̄.vicibus.ij.margaritarum.ʒ.ij.ſap biro/
rum ſpodij.añ.ʒ.ß.muſci.℈.ß.terantur oīa
vt alcobol.Poſtea ponantur in mortario et
addatur aqua fen̄.donec redeat ad ſpiſſitu/
dinem pulmenti vel mellis: ⁊ poſt boc ſub/
fumigetur cum ligno aloes exiccetur ⁊ iterū
perfecte puluериſetur ⁊ per ſindonē cribelle
tur.Et de boc puluere ponat' in oculos oī
mane ⁊ ſero ⁊ cum volueris :fac ex eo cum
aqua fen̄.collirīū virtutē viſiuam confortat:
bumiditates exiccat:macl'as abſtergit.Sūt
preterea q̄dam excellentes in bac arte qui

valde appreciāt hoc collirīū. ℞. sileris montani maiorane eufrasie rutbe celidonie feñ. añ.ʒ.iij.ʒʒ. spicenardi piperis longi gariofi. tutbie extincte in purissimo succo feniculi vł maiorane aloes.añ.ʒ.ʃ. fellis aquile accipitris birci incolentis montana fellis galli[per dicis fasiani lupi leporis vrsi vel vulpis vel vulturis vel capreoli ⁊ oīm animalium viuētium de rapina dummodo sint sana ⁊ etatis perfecte non decrepita de quolibet vnum fel.balsami.ʒ.ß.mellis roß. colliati.ʒ.ʃ. pulueri sanda puluerisentur: liquefianda liquefiant ⁊ cōquassanda cōquassentur in vltimo sicut decet colletur: ⁊ si sit estas misceanť in sole calido per dies.xl.quotidie semꝑ agitādo atq̄ cōmiscendo. Si xo fuerit hyems agitetur modo consili in vase duplici ad ignem lentū vel subtus cineres ⁊ arenā calefactaȝ: in fine xo colletur ⁊ conseruetur in vase vitreo ⁊ oculis instilletur. Est eñi tāte virtutis ꝙ ⁊ decrepitū faceret legere lr̄as minutas. Sunt alij qui magis appreciāt collirium de aquis distillatis quod sic fit. ℞. a que celidonie rutbe betbonice eufrasie feniculi memitbe caprifolij vel succi eoꝝ recentiū puroꝝ si sit tps: ⁊ succi maligranati acetosi mellis dispumati vini purissimi lactis mulieris. aque roß.fellis aquile vel vulturis oīm.xiiij. añ.ʒ.iij.aloes tutbie mirrbe catbimie auri ⁊ argēti sarcocolle licij amili costi ro.coralli al. ambre musci canfore.añ.ʒ.ß.balsami grana v.cōfice in vase vitreo vel argēteo ad solē vel supra cineres calidos lauenť aūt oculi ante ⁊ post collirīū cū aqua roß. vel plantaginis in cā calida: sed cū aqua feniculi sileris montani.in frigida nāq̄ potēs est ⁊ expertuȝ ad oēm visus debilitatē: vt asserit Guilbertus. Collirīū de balsamo visum recuperās etiā si tpe plurimo sit ablat⁹ saluo organo sic fit p eūdē. ℞. piperis longi al.ambre balsami fellis vulturis vel tauri.añ.ʒ.ij. mellis acuti.ʃ. optimi ⁊ purissimi.ʒ.ij.vini al. veteris cyatū.ʃ.i.pondus.ʒ.ʃ.et ß.canfore croci añ.℈.ʃ. tere diligēter ⁊ adde succum feniculi ⁊ simul cōfice ⁊ inūge. Sunt alij solēnes q̄ valde appreciāt hoc electuariuȝ in cā humida. ℞. se. feñ.lib.ij.sileris mōtani.lib.ʃ.camedreos li. ß.semis apij petrosil.añ.ʒ.iij. puluerisenť ⁊ cōficianť cū melle dispumato deť de ipso sero ⁊ mane: ⁊ multū valet ad purgādū renes ⁊ puocādū vrinā. Itē ad ideȝ dragea. ℞. se. feñ.anisi añ.lib.ß.vel lib.ʃ.gariof.macis nucis muscate.añ.ʒ.ʃ.puluerisenť spēs grosso mō: sed semina remaneāt integra.deinde addanť.lib.ij.zuccari ⁊ deť āte cibū ⁊ post. Itē ad idē electuarīū optimum siue visus debilitas fuerit vitio humiditatis in oculis siue vitio stomachi digestiuā nāq̄ cōfortat: renes mūdificat: lapidē frāgit: vētositates terminat.deť de ipso sero ⁊ mane.ʒ.ij. ℞. macis ʒ.ʃ.sileris mōtani.ʒ.ß. se.apij.feñ.añ.petro. cinamomi.ʒʒ.piperis pullegij floꝝ abrotani ysopi eufrasie.añ.ʒ.ʃ.saxifragie granoꝝ iuniperi.añ.ʒ.ß.cōfice cuȝ melle dispumato qđ sufficit. Itē nux muscata visus sanitateȝ custodit. Dicit Auic.iij.cañ.c.de debilitate visus.ꝙ fricatio capitis cuȝ pectine in ieiuno est valde vtilis in cōseruatione visus ꝓpter euacuationē vapoꝝ plīmoꝝ: silr ⁊ claras legere lr̄as ⁊ intueri res virides ⁊ mergere oculos apertos in aq̄ tepida ad frigidū vergente. Sed ca.de ꝯseruatione visus dicit ꝙ iacere supra collū ⁊ supine est malū ꝓpter fatigationem neruoꝝ obticoꝝ.silr ⁊ iacere sepe supra faciē est malū ꝓpter humoris īclinationem ad partē capitis anteriorem.

Pronosticatio.

Debilitas vidēdi ⁊ cecitas nō drñt nisi sicut magis ⁊ min⁹ q̄re est cauēdū a pncipio de cecitate ⁊ ꝓprie cū virt⁹ visiua sit delicatissima virtutū aīalsū q̄ sunt in nobis: q: plures rerū differētias nobis ostēdit: vt dicit aristoteles primo methaphisice.

¶ De fistula in lacbrymali.
Capitulum.iiij.



Fistula lacbrymalis appellať a phisicis cū angulus lacbrymalis oculi resudat ⁊ compimiť cū digito vir⁹ vel saníes emanat: ⁊ qñq̄ apparet eminentia in loco extrinseco que multotiēs aperiť. ⁊ cū cōprimitur: concurrit saníes ad lacbrymale: ⁊ tunc vere diciť fistula: ⁊ aliqñ non aperiť sed expirat per cōpressioneȝ ad lacbrymale. Signa fistule sunt humiditas currēs cū expressione a lacbrymali

⁊ rubedo ⁊ largitas lachrymalis ⁊ eminentia apparens aliquãdo in parte exteriori ⁊ fetor oculorum.

Methodus. Cura hui⁹ passionis ē vt statim a principio digerat̃ materia flr̃ ⁊ purgetur put docuimus capl'o de fluxu lachrymarũ. Post illud fiat cauteriũ pũctale cuʒ acu obtusa argẽtea ignita p̃missa ei⁹ exsiccatione ⁊ abstersiõe cũ aq̃ rutbe vel feñ. vel cuʒ aqua mell'. vel cũ vino stiptico vel cũ liquore mixto ex his fundẽdo in fistulã hora post horaʒ ⁊ exprimẽdo cũ digito donec vir⁹ ex ea egrediat̃: ⁊ cũ hoc abstineat patiẽs a salsis acutis cholericis ⁊ flegmaticis: ⁊ ꝓpꝛie a vino forti. Medicamen nobile sic fit. ℞. olei veteris vini veteris boni ⁊ electi añ. lib. ij. ⁊ ß. ⁊ litbargiri pulverisati ⁊ cribellati: vt alcohol lib. ß. coquant̃ ista sil' in casola ad ignẽ p diẽ itegrũ donec nigrũ relucẽs fiat. deinde ex eo fiãt tente. i. figure ad modũ acus q̃ ponãtur in fistulis. de ꝓprietate em̃ eradicãt fistulã ⁊ exsiccant ⁊ ꝓpꝛie si est apta. Ad aũt qd' est valde vtile qñ saniés expirat solũ a lachrymabili: ⁊ nõ est vlc⁹ neq; aptio in extrinseco ē iponere pulverẽ citrinũ q̃ sic fit ẽm Almã. ℞. ziniar ⁊ viridis eris sive flor̃ eris qd' idẽ est vitreoli vsti añ. ʒ. vj. arsenici rubei hauracb spume maris ʒ. ß. salis armõiaci. ʒ. ij. dissoluat̃ armoniacũ in succo rutbe ⁊ icorporẽtur spẽs cũ illo succo ⁊ fiãt trocisci ⁊ exsiccentur: ⁊ cũ necesse fuerit: terant̃ sup marmore vl' in mortario bñ loto ⁊ mũdato vt alcohol ⁊ ponat̃ in lachrymabili. Et q̃daʒ addunt holli armenici balaustie antbimonij aloes: sarcocolle alumis sanguis draconis thuris mirrhe aristologie rotũde añ. ʒ. ß. qm̃ fit magis consolidativum.

Emperica. Colliriũ probatũ in fistula lachrymabili sive sit apta sive nõ. ℞. tutbie cõtrite super marmor ꝯtritiõe vltima dissoluat̃ cum collirio albo posito. c. de obtalmia. ⁊ post dissolutionẽ collet̃ cũ pãno mũdo lineo ⁊ reponat̃. Et de hoc liquore stillet̃ oi die bis in lachrymabili: ⁊ iaceat supra lat⁹ sanũ: q2 finaliter exiccat fistulã: ⁊ ꝓpꝛie nõ aptã. Itẽ inũgat̃ ois ãgulus fistulat⁹ oi mane ⁊ sero vsq; ad dies tres vel. iiij. cũ oleo ro. feruẽti fuerit. Si fistula fuerit apta sine nõ mũdificata carn fex osse corrupto sanabit̃. Et spál'r si cuʒ vadit dormitũ ponat̃ supra oculũ hoc empl'm̃ repercussivũ ⁊ stipticũ. ℞. mũmie holli armenici tutbie masticis añ. ʒ j. ex oib⁹ pul. subtilis q̃ incorporet̃ ad modũ empl'i cũ vino rubeo stiptico cũ fistula lachrymabilis nihil fit aliud q̃ vlcus ꝓfun. saniosuʒ: queãdmodũ ⁊ fistula mẽbrorum maiorum cũ vlcus aũt sit terminus apostematis erupti vel flux⁹ corrosiui necessariũ videt̃: vt dictũ ca. de lachrymis ⁊ ca. de obtalmia presenti ca. suffragentur.

Pronosticatio.

Fistula nisi curata fuerit corrosiões oculi minat̃ cũ suarũ. vij. tunicarũ cõsumptiõe: flr̃ ⁊ humiditatis cristalline colliquatione q̃b⁹ succedere facit cecitatẽ que fex est ⁊ amurca corporalium erũnarum.

¶ Tractatus quartus prime sectionis. De aurium passionibus.



Aurium passiones famose ⁊ de q̃b⁹ phisicuʒ sollicitari oportet sunt q̃tuor. prima tinnit⁹. scda surditas. tertia a͞pa sive dolor. q̃rta vlc⁹. Cũ aũt dico aurẽ itelligo ⁊ miringas ⁊ pãniculos ei⁹ qui sunt intra craneũ virtuti auditive servientes.

¶ De tinnitu auriũ. Capitulũ. j.



Aurium tinnit⁹ trib⁹ põt fieri de causis: aut ꝓpter repletionẽ capitis flegmaticã vel vẽtosaʒ. Et hoc est vt plurimũ: aut ꝓpter debilitatẽ nervi auditivi ex raritate sue cõplexionis vel delicatia complexionis. sicut accidit cõvalescentibus: aut ꝓpter acuitatẽ sensus auditus. Signa eius que de repletione sunt q̃ accidit post satietatem nauseativam ⁊ potum vini superfluum: aut post cibum illico superfluum: aut propter stipticitatem vẽtris vel tempore frigido humido. Signa ei⁹ que de debilitate nervi sunt q̃ omnis sonus fortis ledit ⁊ non percipit nisi sonos dearticulatos: ⁊ q̃ sempꝰ sentit sibilũ in aure. Signa ei⁹ q̃ ex acuitate sunt q̃ magis infestat̃

Aurium Tinnit⁹ trib⁹ de causis fit.

Aurium passiones famose .4.


hora famis: sed post cibum et somnum quasi non sentitur.

Methodus.

Cura eius q̄ de repletiōe siue ista repletio fit in cerebro: siue in stomacho est vt purget cū pill'is cochijs vel feti dis vel yerapigra pmissa digestiōe materie cū sirupo de sticados vel cū oximelle cōposito dato septem dieb⁹ cū aqua decoctiōis feniculi: et sit aq̄ quadrupla ad oximel. deinde stillet in aurē oleū de rutha vel de spica cū succo porri et felle ouino: in quo dissolutū sit castoreū et euforbiū: inclinet sepe aurē suam stomacho ieiuno supra aquā calidam decoctiōis sauine sambuci camomille mellilotí origani ysopi recipiendo vaporē p trasectorium. Abstineat a cibo et potu vaporoso: vt sunt brodia piperata allia porri nuces et vinū purū. Abstineat a cibis ventosis: vt sunt legumina rape: vtat cibis calidis siccis. Bibat ydromel et vinū limphatū: modificet cibum et potū pposse: laboret in ieiuno et fiat sternutatio et sudet in sicco balneo. Cura ei⁹ que ex debilitate nerui est vt stillet in aurē acetū in quo decoctum sit absinthiū aut sticados vel poliū vel vinū in quo bullierint rose et rutha recipiat vaporē cū trasectorio aque decoctiōis absinth. sticad. et ros. Cura ei⁹ q̄ ex acuitate et subtilitate sensus ē vt distillet in aurē oleo ro. decoctū cū aceto. Et si nō sufficit: stillet in eo oleū ro. cū aceto. In quib⁹ dissoluta sint duo vel tria grana opij vel aliq̄d de aq̄ decoctiōis iusq̄ami: aut oleū coctū cū semine papaueris et mirtillorum. Vtatur p interuallū pillulis cōfectis de mastice et aloe post cibū: q: corpus mūdificant et mēbra cōfortant. Vtatur vino granatorū vel berberis vel aq̄ decoctionis sumach et agresta in cibo et potu vitet vaporosa: ventosa quecunq;.

Pronosticatio.

Tinnitus si pdurauerit tpe lōgo neq; remedia rōnabil'r exhibita cōtulerint surditatem mōstrat futurā: et pprie in senib⁹ ppter oppilationē viarū et alterationem miringarū auris velut a causa.



De surditate. Cap. ij.

Surditas quedā est naturalis: et hec facit hoiem mutū: vt dicit Arist. in lib. de sensu et sensato. quare nō curatur cum medicus sit nature minister. Quedam vero est aduenticia et accītalis: de cuius cura loq̄mur. Fit duabus de cāis in gnē vel propter oppilationē auris: vel ppter malā cōplexionem diuersaz. Sed oppilatio ē multiplex. s. ppter apa vel carnē verrucosam. propter sordē. ppter flegma et ventositatē ppt aliq̄d cadēs in aurē. vt est lapis vermis. Mala aūt cōplo diuersa est miringarū frigiditas vitiata. Signa surditatis ppter apa dicent ca. de dolore auriū. vbi et curā ponem⁹. Signa eius q̄ est ppt carnē additā sunt ei⁹ appitio cū aspicit in aurē apud solē: et cum eger sentit quandā grauitatē in ea: et q̄ fetor expirat ab aure. Signa ei⁹ q̄ est ppter sordē collectā ex visu etiā discernunt. Signa eius q̄ ppter flegma et ventositatē grossam sunt grauitas cū superfluitate in aure et agitatio cū sonitu: et q̄ in nocte et tēpore frigido magis infestatur. Signa eius q̄ a mala complexione frigida sunt frigiditas capitis apud tactū et vrina lactea: et forte antecessit ambulatio in aere frigido.

Methodus.

Emplastrum expertum siue dolor sit a cā calida: siue frigida: quod positum exterius supra mandibulā actu calidū ilico omnē dolorem tollit. ℞. radicis maluauisci duodecim numero coquātur bene in aqua: deinde scindantur per mediū et extrahatur lignū et mundentur a cortice exteriori et incidātur frustratim et pistentur perfecte donec ad modū axūgie cōuertantur: et misceatur cū eis farina istarum rerum. ℞. farine fenugreci seminis lini aneti florum camomille an̄. ℥. ß. farine ordei. ℥. quatuor incorporētur oīa simul. et in fine addātur olei camomille vel de aneto. ℥. iij. De proprietate enim suorum simplicium sedat omnē dolorem et maturat oēm materiā: et finaliter ipsam resoluit.

Pronosticatio.

Scias quod dolor dentiū factus propter corrosionem et corruptionē substantie in eis vel propter vermes nō curatur perfecte neque sine timore reciditur: nisi eradicetur cū ferro vel medicinis. Et vtile consiliū est vt potius eradicetur cū ferro: quia eradicatio cū medicinis inducit dolorē vt plurimū perdurantē. Item sollicitandū in mitigatione doloris cū anodinis: ne forte dolor vel timetur et frenesim inducat.

¶ De mobilitate dentium. Cap. ij.



Mobilitas dentium siue fixionis debilitas accidit dentibus propter mollificationem gingiuarū et ligamentorum que sunt in radice dentium. Mollificatio autē fit propter fluxū humiditatū ad gingiuas dissoluentiū earum compositionē quinque marcefacientiū subiectum.

Methodus.

Cura eius est vt digerat flegma cum oximelle composito vel squillitico: et purgetur cum pillulis cocbijs vel yerapigra: et dicibus pluribus alternatis. Fiat preterea masticatio eradicans flegma ex pipere sinapi piretro mastice cimino simul cōcussis grosso modo. Similiter et gargarismata ex sinapi cōdita cum melle vel oximelle squillitico. Similiter et scarificatio sub mento et super collo: post hoc mundentur omni die dentes cum stillo acuto et abluantur cū vino rubeo pontico actu calido. Deinde ponatur omni die puluis stipticus de corallo et mastice et olibano puro an̄. partes equales tritis et cribellatis perfecte: nequaquam mastice et cibos duros et solidos.

Emperica.

Dicit hebemesch in suo de appropriatis quod expertus est puluerē istū ad stringēdū dētes mobiles si ānectatur radici dētiū. ℞. stercorum capre adustorum. ʒ. iij. aluminis iameni. ʒ. x. piretri spice an̄. ʒ. ij. nucū cipssi adustarum. ʒ. ij. et ß. cornu cerui adusti cētauree an̄. ʒ. vij. fructus tamarisci. ʒ. iij. mirrhe sumach balaustie apij corticis gladiū an̄. ʒ. ij. salis gēme assi. ʒ. ij. et ß. terantur et cribellentur oīa. Et de rebus melioribus est illud. ℞. arsenici sublimati. ʒ. ß. thuris albi. ʒ. ß. fiat ex ipsis puluis cribellatus: de quo omni sero ponatur supra dētes et gingiuas: et maxime abluantur cū ydromelle calido vel vino pōtico vel aceto: quia hūiditates reumaticas exsiccat vlcus a carne putrida mundificat: et post illud carnem duram curat: quare confert omni passioni dentium et gingiuarum que est cum putredine vel mollificatione. Similiter et illud. ℞. ossis sepie coralli albi. ʒ. ß. fiat sicut prius. Similiter. ℞. spume maris masticis an̄. ʒ. j. fiat sicut prius. Aliter istud cum presto non est illud. ℞. coralli aluminis corticis salicis combusti an̄. ʒ. ij. fiat sicut prius. Quidam addunt cinerem ossis vel ossium dactili vel capre combustorum. Item gallarum balaustiarum roß. sumach. yreos corticum granatorum an̄. ʒ. ij. mirrhe aluminis ana. ʒ. vnam fiat ex eis linimentum supra gingiuas cū aqua rosarum vel vino pontico albo.

Abluatur os cum aceto in quo decocte sint res eedem.

Canones.

Qis volēs cōseruare dētes sanos caueat a masticatione rerū durarū vel viscosarū vel calidarū vel frigidarū: dura nāq; dislocāt: viscosa adherēt ꝛ putrefaciūt. Sed calida resoluūt spiritū vitalē ꝛ laxāt ligamē dentiū. Sed frigida mortificāt calidū naturale qḋ in eis est et neruos debilitāt. Itē studeat oī die eos mundificare a sorde ꝛ a rebus interiacentibus post cibū cū ligno vel ferro vel sepia. Itē abstergat eos semel in septimana cū tartaro vini albi trito ꝛ cribellato: vt alcobol fricādo eos ex eodē puluere: ꝛ post fricationē abluēdo cū vino albo claro vel vino rubeo stiptico. Dicit eñ Aristoteles quinto de generatione aīaliū caplo de dētib⁹. ꝙ dētes aīaliū differūt ab omni altero genere ossiū in quatuor conditionibus. Prima: qm̄ sensum habent tactus quo cetera sunt penit⁹ priuata. Scd̄a: q: nō nascunt a principio generationis: sed post partū. Tertia: q: permutantur: q: cū nascunt a principio molles sunt: quare ipsos natura permutat in boibus apud annū decimum vel circa: sed in equis circa quartum solidos procreando. Quarta: quia crescunt omni tempore vite animalis fm̄ longum vsq; post statum perfectum apud trigesimum annum vel circa id.

Pronosticatio.

Dentes si ceciderint ante vigesimū annū nascuntur: postea vero minime.

¶ De corrosione dentium ꝛ gingiuarum. Capitulum .iij.



Orrosio dentium ꝛ gingiuarum fit ex materia putrefacta marcida penetrāte in substātiaȝ dentis ꝛ gingiuaruȝ que alterat eorum complexionē et compositionē: sicut lutū alterat cōplexionē ligni ꝛ incinerat ei⁹ cōpositionē: cū cinis sit terminus putrefactionis vltimate: vt dicit .iiij. Metheoroꝝ. Fit etiam corrosio quandoq; ꝑpter vermes natos in eis ex materia putrefacta. Sed signa ꝛ causam eorum diximus iā capitulo de dolore dentiuȝ. Signa corrosionis dentiuȝ ex humore sunt concauatio ipsoꝝ patens ad sensum: ꝛ fetor quasi cibus in concauitate illa quādoq; retinetur. Signa autem corrosionis gingiuaruȝ sunt sputum sanguinolentū: ꝛ cum aspicitur in os apparent gingiue marcide corrose liuide cum fetore plurimo.


Methodus.

Purgetur cū pillulis cochijs vel fetidis: mundētur dentes ꝛ gingiue omni die ter cū aceto squillitico in quo dissolutum sit alumen iamenū aut tartarum subtiliter tritum. vel ponatur sup loco corroso vnguētuȝ viride positūȝ capitulo de surditate. Et post mūdificationē ponatur supra locuȝ puluis cōsolidatiuus ꝛ stipticus faciens nasci carnem ꝛ firmari eam. ℞. masticis thuris corali rubei añ. ℥. ß. ꝛ cribellent. Et pōt addi boli armenici sanguinis draconis ꝛ sarcocolle. Et abluatur locus quādoq; cum vino decoctionis ysopi ycos ꝛ mellis.

Emperica.

Communiter opantes circa dentē corrosuȝ fetidum nil aliud faciunt: nisi quia ipsum cū ferro extrahunt vel ipsum adurunt cum cauterio: quia sicut dictuȝ est caplo de dolore dētium. Dens dolorosus: dens mobilis: dens corrosus ꝛ fetidus curationem perfectā non recipit nisi per extractionem.

¶ Tractatus octauus prime sectionis. De passionibus gingiuarum.



Ingiuaruȝ passiones de quibus adhuc restat loqui sunt tm̄ due. Prima est fluxus sanguinis. Secunda vicus seu putredo. Nam de fetore earum dictuȝ est caplo de fetore oris. de mollificatiōe eaꝝ dictū est ca. de mobilitate dētiū. de apostemate ho cum de dolore dentiū loquebat.

¶ De fluxu sanguinis gingiuarum. Capitulum primum.



Ccidit quibusdam hominibus vt ex gingiuis eoꝝ fluit sanguis cum abluunt os fortiter vel pressenint eas digitis vel cum alia

passio gingiuaꝝ due

re aspera ⁊ sunt cuȝ fetore. Ista passio pue/nit ex materia currēte a capite ad gingiuas ⁊ dentes que ibidē diu stās imbibit substantiā gingiuarū ⁊ ex oī leui cā effluit saliua/tim: verū si antiquatur ⁊ putruerit: vlcus seu putredinē causat in gingiuis.

Methodus. Fricentur dentes cuȝ puluere istoꝝ trociscoꝝ que sic fiunt premissa scarificatione sub mēto et super collo. ℞. arsenici citrini ⁊ rubei calcis gallarū aluminis. aā. ʒ. ij. fiant trocisci cū aceto forti. ⁊ cum ipsis vti volueris: teraꝰ vnus ex ipsis subti/lissime ⁊ fricetur locus cū eo: tunc q̄escat per horā ⁊ teneat in ore aquā roꝭ. vel oleū rosa/tum: ne forte puluis corrosiuꝰ ⁊ abstersiuꝰ in/ducat adustionē in mery vel partibꝰ circūiacentibus. Postq̄ hoc factū fuerit p aliquos dies donec mūdificate fuerint ⁊ putrefactio oino remota ponaꝰ supra locū tale incarnatiuū. ℞. masticis thuris coralli rubei. aā. ʒ. ß. fiat puluis subtilissimꝰ vt alcohol qui po/naꝰ sup gingiuas qꝛ facit nasci carnē ⁊ indurat eā. Idē facit puluis factꝰ ex olibano aloe sarcocolla sanguine dracoñ. sumendo ex eis partes equales. Itē vnguentū pbatū cōtra scabiē labioꝝ. ℞. muscilaginis dragaganti olei viol'. aā. ⁊ cum cera fiat vnguentum sa/tis spissum ⁊c.

¶ De vlceribus gingiuarum. Capitulum. ij.

Ulcredo seu vlcus gingiuarū est terminus corrosionis quē admodū ⁊ corrosioꝰ est termi/nus antiqui fluxus ex eisdeȝ: q̄m inter ista tria hic est or/do. Primo nāq̄ gingiue mollificantur ⁊ imbibunꝰ a materia reumatica descendēte a capite per modū catharri. Secundo sanguinē emittunt ppter dissolutio/nem sue cōpositionis. Tertio corrodūtur et concauātur manifeste propter humorē vlcerantem ⁊ denigrantur et putrescunt donec cadant.

Methodus. Cura pu/trefactiōis gingiuarū colligitur ex dictis in capitulo de fetore oris ⁊ capitulo de mobilitate dentiū. ⁊ capitulo de exitu sanguinis ex gingiuis.

Pronosticatio.

Putrefactio quidē si valde pcesserit raro curatur sed facit hoiem edētulum. Item vlcus gingiuarū si fuerit carnosum mortale ⁊ pro pter cū tetigerit epyglotum ⁊c.

¶ Sectio secunda incipit.



Xpleta cuȝ dei auxilio sectiōe prima que fuit de cura mēbroꝝ integrantiū ventrē aialē qui ptendiꝰ a vertice capitis vsq̄ ad epiglotū seu princi/piū cāne pulmonis exclusiue. Volumꝰ nunc ingredi sectionē scđam que erit de cura passionū membroꝝ ɔstituentiū ventrē qui pce/dit ab epygloto vsq̄ ad furculā inferiorē vbi est os stomachi. Iterū vna cū rasi in lib. suo diuisionū gratiā dei implorantes. deū itaq̄ posco cōcessorē ad rectificationē sermonū ⁊ operis ⁊ auxiliū ꝑm q̄ sibi placet.

¶ Tractatus primus scđe sectionis.



Utturis passiones famose sunt tres. Prima est squinātia. Scđa catharrus. Tertia raucedo vocis. Cuȝ aūt dico guttur itelligo aggregatū ex gula siue carnositate exteriori ⁊ cāna pulmōis ⁊ epygloto ⁊ me/ry siue ysophago ꝑm q̄ alligaꝰ ⁊ coextendiꝰ canne pulmonis.

¶ De squinantia. Ca. i.



Quinātia est apostema colli qđ cūq̄ pbibēs anhelituȝ ⁊ deglu/tionē cibi. Et dicitur ab Auicē. q̄ est decollatio: strāgulatio vel suffocatio. Squinātie tres sunt species. Prima quādo epyglotum ⁊ musculi eius apo/stemantur. ⁊ est oino mortalis propter ablationem anhelitus. Est aūt epyglotus vt di/cit Auerro. ij. colliget. prima pars canne pulmonis ⁊ suprema solidior ⁊ densior alijs eiꝰ partibus habens in medio foramē strictū vt fistula in quo formatur vox. Et ideo cuȝ sufflamus fortiter in cānam pulmonis ali/

cuius aialis egredit̃ vox q̃ assimilat̃ voci illius aialis. Et sup illud foramē impositum est illud coperculū cartilaginosum mobile sursum ꝛ deorsum alligatū versus os liberuz versus cānā pulmonis ad defendenduz a rebus q̃vadūt ad ysophagū ne egrediant̃ ipsum: qꝛ moreret̃ homo ꝑ viā suffocatiōis: ꝛ ꝓpter hoc qñ intrat aliqd etiaz parue q̃ntitatis: sicut cōtingit inglutiētib⁹ cibū cū rident illud mouet tussim. Scd̄a qñ pulmonis canna ꝛ musculi ei⁹ apostemant̃: ꝛ est etiā mortalis: sꝫ nō ita subito sicut prima. Tertia qñ gula ꝛ carnositas gutturis apostemat̃ ꝛ est salubris: sꝫ nō apud ignaros. Fit autē qñq̃ squinantia a sanguie: qñq̃ a cholera: qñq̃ a flegmate: sꝫ nō a melācholia. Signa squināntie in cōmuni sunt apostematio gutturis ꝛ suffocatio prefocatiua ꝛ difficultas transglutiēdi cibū ꝛ anhelādi siue equaliter siue inequaliter ꝓm q̃ apostema magis declinat ad vias anhelit⁹ ꝛ ad vias mery ꝛ ysophagi Si autē fit a sanguine cū predictis apparet rubor faciei cū carnositate: dulcedo salive: dolor grauatiu⁹ cū acuitate aliqua ꝛ antecessio ciboꝝ multiplicātiū sanguinē. Et est vt plurimū cū fe. Si aūt fit a cholera apparet cū predictis color citrin⁹ facies macra dolor acut⁹ sitis ꝛ inflāmatio vehemens ꝛ saliua amara ꝛ antecessio ciboꝝ corruptoruz. ꝛ est etiā vt plurimū cū fe. Si aūt fit a flegmate cū p̄dictis apparet ml̄titudo saliue aquose raucedo vocis dolor grauatiu⁹ sine acuitate color faciei cuz pauca rubedine ꝛ habitudo flegmatica ꝛ antecessio ciboꝝ flegmaticoꝝ: ꝛ est vt plurimū sine fe. vel cum fe. lenta. Signa prime speciei sunt vt dicit Ypo. iij. ꝓnosticor. q: non apparet rubor neq̧ tumor foris exterius in ceruice: nec interius qñ inspicitur in os egri: verūtamen est ibi dolor acutissim⁹ ꝛ anhelit⁹ difficilis valde que significant apostema latitare in ꝓfundo gutturis vbi est epyglot⁹. Signa secūde spēi sunt: qꝛ appet tumor ꝛ rubor interi⁹: sed nō exteri⁹. Signa tertie speciei sunt qꝛ apparet tumor ꝛ rubor exteri⁹ in trāsglutiēdo: sed nō appet interi⁹: neq̧ apparet plurima difficultas anhelandi ꝛ transglutiendi.

Methodus. Cura cuiuscūq̧ triū specierū squināntie est: vt si fit: fiat illico die, vel nocte flōmia basilice in brachio vel in manu si virt⁹ nō sit debilis ꝛ extrahat̃ sanguis mult⁹. Postea eodē die post sex horas flōmetur vene q̃ sunt sub lingua: neq̧ tardet̃ cum sit necessaria talis flōmia. Post hoc fiāt fricationes ꝛ ligatiōes extremoꝝ dolorose. Et si fuerit difficultas in anhelitu pone ventosam sup collū vbi est prima spōdilis cū reiteratione frequētata. Et si ꝓ̄ter sit cōstipatus fiat clistere lenitiuū dictum ca. de frenesi. Post flōmiaz gargariset cōtinue vsq̧ ad tres dies dyamorō vel vinum granatoꝝ vel succū solatri vel agreste cū aqua balaustiarū vel succū corticū nucū viridiū cū aqua calida: vel gargariset acetū ꝛ aquā calidā vel aquā roſ. cuz zuccaro quocūq̧ presto sit ad repercutiendū apostema.

Dieta. Et nutriatur succo ordei vel auene vel sorbeat ius pullorum conditū cum vino granatorū vel berberis vel cum aqua decoctionis sumach. Bibat vinum ponticum limphatū vel aquā ordei vel iulep: ꝛ si possibile fuerit mundificet̃ cum apozimate purgante sanguinē ꝛ educente humores acutos magis lubricum faciēdoq̧ attrahēdo ne fe. inflāmentur: quod sic fiat. ℞. medulle cassie fistule. ℥. ſ. manne tamarindo. aā. ℥. j. ꝛ semis dissoluantur omnia cum. ℥. iiij. aque decoc. prunoruz. Si ergo per hunc modū liberet̃ vsq̧ ad quattuor vel quinq̧ dies bonum est. Sin autē bonū est fieri vētosationē in spatulis propter maiorem diuersionem: deinde si materia tota fluxa est: ꝛ morbus est in statu vel in fine augmēti fiant gargarismata resolutiua bis in die vel ante prandium et ante cenam ex. ʒ. ſ. mirrhe dissoluta in. ℥. ſ. oximellis compositi vel cum aqua decoc. prunorum calida vel cum oximelle squilliticorum aq̄ eadē: si aūt nō resoluitur: fiāt emplā resolutiua exterius circa gulam que sic fiūt. Recipe farine ordei fenugreci, se. lini. ana. ʒ. j. se. maluauisci floris camomille ysopi yreos ꝛ adipis anatis ana. ʒ. ij. bulliantur insimul vsq̧ ad spissitudinem in aqua cum oleis dictis: ꝛ totum ponatur calidū super locum. Et si via ysophagi cōstringat̃: pone ventosam magnā sup ceruicē quādo deglutiet cibum q̃diu ibi steterit: ꝛ et reitera se-

plus eius potum. Cura eius si fit a cholera est vt primo clisterisetur si est possibile cum clisteri lenitiuo predicto: postea fiat flobomia basilice in manu vel in brachio vel ventosa tio in spatulis. Postea fiāt gargarismata re percussiua predicta deinde in statu & fine au gmēti fiat vt in sanguinea. Et si necesse fue rit: purgentur cum decoctione p̄dicta. vel cū ista. ℞. māne. ℥. s. reubarbari boni. ʒ. ij. dissol uantur in decoctione prunoꝝ feruenti et di/ mittantur sic per horā. s postea collentur et detur totum ante diem. Et sit aqua q̄ntita/ tis. ℥. iiij. vel. v. ad plus. Vtatur dieta dicta vel parum magis declinans ad frigiditatē. Cura eius si fit ex flegmate est vt a princi/ pio purgetur si est possibile cum pillulis co/ chijs vel medicina de turbith vel clisterise/ tur ex clisteri acuato cum agarico & colloq̄n/ tida an̄. ʒ. s. Deinde fiat gargarisma reper/ cussiuum: sicut in sanguinea preter quod nō est opus tanta repercussione sed maiori di/ uersione & euacuatione. vltimo fiāt garga/ rismata acuta & incisiua & emplastra resolu tiua sicut prius.

Emperica.

Cōmuniter operātes fa/ ciunt in omni specie squinantie quacūq̄ hora diei etiam super cibum flobomiā de cephalica fortem ꝓ/ pter diuersionem materie subitam: nec ꝓhi bet illud antecessio flobomie non longo tempo re dūmodo v̄tus constet: quia timor suffoca tionis subite moram non concedit. Et hec quidē flobomia licet nō sit regularis in flegma te & cholera ratione qualitatis: est tn̄ rōne q̄ntitatis siue multitudinis: vt p3 per Auic. iiij. p̄mi. Nec semp est forte possibile pur gari corpus cū medicinis ꝓpter impedimē tum qd̄ est in glutinatione. post flobomiā ꝓce dūt circa gargarismata & empla: sicut in me thodo dictū est. Et post minoratione īme/ diate datur sepe dyaolibanū cū aqua ordei q: resoluit materias oīno qn̄ non est timor de attractione materie: tunc nāq̄ gargari/ set cū dyamoron & aceto & aqua ros. simul mixtis. Itē Ras. Auic. Serap. cōueniunt q gargarismus factus de stercore canis albi comedētis ossa vel stercore lupi cū aqua ros. vel plantaginis sanat omnē squinātiā. Si/ militer & emplastrū vel linimentū factū ex eisdē stercoribus exiccatis & cū melle mixtis et linitis circa collū vndiquaq̄ confert post euacuationē vniuersalē. & ꝓprie cū materia tota fluxa est: nec timor fuerit de vlteriori at tractione. Fac circa gulā emplastra acuta rubificatiua: vt materia trahat̄ ad extra ex sinapi melle ficubus siccis furfure mirrha thure yreos & cepa squill. & ꝓprie in cā fle/ gmatica: q: in hmōi nō ēst timor de inflāma tione &c. sicut in alijs. Neq̄ flegma est adeo faciliter trahibile sicut cholera vel sanguis Similiter & emplastrū ex mica panis incor/ porati cum melle approximans duabus vl̄ tribus appositionibus qd̄ nūc decoquitur cum succo apij. Et deinde tunc magis cum stercore columbino vel anetino.

Canones.

Quis squinātia aut terminatur ad resolutionē & est salubris: aut ad sanationē & apertionē: & est timorosum: aut ad permutationē eius ad alia loca. Et si sint nobilia erit mortale: & si ignobilia salubre. Preterea ꝓpter casū vel percussionē in collo fit dolor qui sic attra/ hit materias: & fit apostema squinātícum cuius cura est penit⁹ eadem cū illa que fit a sanguine predicto. Caue p̄terea ne empla/ stra rubificatiua per exteri⁹ vel gargarisma ta acuta ꝑ interi⁹ administres: nisi materia tota fluxa sit vel quasi tota: q: ap̄a augmēta bis & egrū suffocabis. obserua igit̄ ordinem in methodo predictum.

Pronosticatio.

Dicit Ypo. iij. ꝓno. q prima spēs squinan tie prima die interficit egrū: & ad plus infra quartum. Scd̄a spēs & si mortifera sit tn̄ pi/ grior est: q: forte interficit infra q̄nq̄ dies. Tertia v̄o spēs nisi rubor & tumor ad interio ra declinauerint: & materia ad epyglotum raptum habuerit spe salutis nō oīno resistit si medicus in cura recte ꝓcesserit. Et ex hoc videre potes q tres species squinātie ↄtra rio modo se hn̄t. Itē dicit Ypo. ibidē q si tu mor & ap̄a in tertia specie rapiat̄ ad interio ra: ita q exterius in gula nō appareat oīno & fiat nō in die cretico neq̄ superuenerit ap̄a creticū sup aures vel alibi: neq̄ eger saniem expuerit & anhelitus magis ac magis angu/

fietur oīa ista mortē vel recidiuationē signi ficāt futurā: quia materia raptū habuit ad pulmonē vel cor vel pect⁹ quare suffocatio- nē inducet īfra septimā diē si nō expuat̄: re- quiet igit̄ mitigatiuū doloris hora illa non est credendū q: mēdax est. sed tibi ꝓnosticā- dum de egro et ab ipso fugiendū. Itē ibidē di. ypo. ꝙ bonū est tumorē apparere exteri⁹ et quāto magis tāto salubrius erit. Item si squināntia illa terminet̄ ad sanationē: et si exitura sanies fluit ad pulmonē et fortassis expuet̄ et est salubre et fortassis suffocabit egrū infra. vij. dies ad plus: et fortassis corro det pānniculos et substātiā pulmonis si īfra xl. dies a die rupture non purget̄ et inducit ptisim vel frenesim ꝓpter cerebri cōpassio- nē. Itē squināntia terminat̄ infra. vij. diē et si hūc effugerint sani fiunt: qm̄ in morbo acu- to vincit natura aūt vincit̄ sine expectatiōe ampliori. Itē dicūt quidā ꝙ signa mortalia sunt in squināntia. Si spuma euenerit in fe. acuta cōtinua quacūq; ī die cretica vel non cretica et talis crisis est sinthomatica nō na turalis. Silr̄ et sincop̄. vehemēs anhelitus: disnia: oregmon: difficultas trāsglutiēdi ci- bū ⁊ potū cū rejectione ei⁹ p nares: vox catu lina quasi loq̄ret̄ p nares: spuma ī ore: emis- sio lingue frequēs sicut in equo fatigato: co lor niger vel liuidus in lingua ore labijs et ocl'is necnō frigiditas extremitatū. Item di. ypo. iiij. pti. āph. si a fe. habito tumore nō ex- eunte in faucib⁹ suffocatio repēte superuene- rit mortale. Itē. ij. amph. Stangulatoꝝ ⁊ dis solutoꝝ nondū mortuorū nō referunt quib⁹ spuma fuerit circa os semp vt plurimū: vt di cit cōmentator. Itē salubria atq; signa vita- lia sunt quies somnus alleuiatio doloris bo nitas anhelitus facilitas transgluttiendi: ⁊ priuatio omniū predictoꝝ. Itē squināntia cū fe. forti plus est timorosa: q: sunt ibi necessi- tas adaucta ⁊ euentatio cordis diminuta q̄ re cor extinguetur. Itē squināntia maxime ac cidit in vere: vt dicit ypo. iij. parti. amph.

¶ De catharro brāco ⁊ corriza. Cap. ij.



Reuma dr̄ omnis fluxus ma- terie de mēbro ad membrū in quacūq; parte corpis. ⁊ ideo Gal'. in tegni tractatu de cau sis ca. de curis apatum ait. do lor enī exacuit reuma. Catharrus vero dr̄ descensus materie a capite ad partes spūa- les ⁊ naturales. s. pectus ⁊ pulmonē ⁊ stoma chum. Corriza aūt dr̄ descēsus materie a ca pite ad nares. Et si materia ista acuta vel cholerica fuerit vel de flegmate salso mordi cante collatoria nasi in radice cōtrahet̄ cere brū in se ⁊ expellit illā materiam cū sono et vehementia q̄ dr̄ sternutatio. Et ex hoc ptz ꝙ sternutatio nō accidit in cerebro nisi cali- do natura vel accidēte. vn̄ Ipo. vij. pti. Ster nutatio fit in capite calefacto cerebro. Brā cus dr̄ descensus materie p os ad collatoriū palati cū screatu vel rascatione: verūtamen hec tria noīa pro seinuicē sepius ponunt̄ in scientia medicine. Iste igit̄ passiones q̄n̄q; fiunt a cā frigida vel calida. A calida quidē dupliciter. s. effectiue ⁊ subiectiue. Effectiue quidē vt si stomachus calidus sit vaporosus q: materia dabit multas sup̄fluitates cere- bro que frigiditate sua cōuertet̄ in flegma. Similiter ex mora sub sole vel statione ad ignē ⁊ ambulatio in aere calido humido vl' vento austrino ⁊ ꝓpter sup̄ cibū. Similiter et ex clamore ⁊ vociferatione ⁊ inclinatione capitis deorsum: quapropter quodlibet eo- rū attrahit sup̄fluitates vaporosas ad se: q̄ postea colliquate seu cōgelate descendunt. Ex quo scire potes ꝙ mala sit cōpaginatio stomachi frigidi cū cerebro calido vel econ- uerso. ꝓpter qd̄ ait Aui. p̄mo can̄. fen. ij. ⁊ ca plo de signis cōplexionis pessime. ꝙ deter- rima cōplonum est in qua mēbra et proprie principalia sunt diuersarū discrasiarū ⁊ cō- trariarū. Subiectiue vo vt si materia fluēs sit cholera vel flegma salsum. A cā frigida silr̄ duplr̄. effectiue ⁊ subiectiue. Effectiue vt si stomach⁹ patiat̄ indigōnē ꝓpter qd̄ re plebit̄ flegmate qd̄ sursuz euaporabit: vel si cerebrū sit frigidū humidū naturalit̄ vl' ab extra: vtpote ab aere aqua frigida neq; be- ne digerens suum propriū nutrimentū qua re colligunt̄ superfluitates. Subiectiue ve- ro si materia sit flegma aquosum vel visco- sum. Signa materie calide sunt ardor ⁊ pru ritus ⁊ asperitas in locis super que currit ⁊ sitis et extenuatio ⁊ rubor faciei ⁊ amaritu do saliue vel salsedo sine manifesta causa. Signa materie frigide sunt eminentia ocu- lorum cum tumore ⁊ pallore faciei et oppil- latio nariū ⁊ collatorij post somnum et spis

situdo materie cũ viscositate: vel si sit subti-lis aquosa. Silr̃ ⁊ difficultas anhelitus et asma ⁊ diminutio odoratus.

Methodus. Cura oĩm istaꝝ passionum si sint a causa calida est vt mundificetur corp⁹ cum pillulis de reubarbaro que sic fiũt. ℞. mirabolanorum citrinorum absq̧ nucleis. ℥.ß. reubarbari boni.ʒ.j. aloes.ʒ.quinq̧. scamonee.ʒ.ß. masticis liquiritie. añ. ℈.j. fiant pillule cum muscillagine psillij vel seminis citoniorum dẽtur sero absq̧ cena ex eis a.ʒ.j. vsq̧ ad duas: vel cũ apozimate de reubarbaro quod sic fit. ℞. reubarbari.ʒ.ij. incidatᷣ frustratim ⁊ ponatur in.℥.v. feruentis aque decoctionis prunorum ⁊ dimittatur sic per xij. horas. Deinde colletur ⁊ addatur sirupi roß. vel viol.℥.ij. et detur totum in matutinis pmissa digestione materie cuꝫ sirupo de mellilloto dicto in cap. de fetore nasi. vel cum sirupo roß. vel viol. de nenuphar. dando ex eis omni die cum aqua decoctionis iuiubarum vel sebesten vel passularum. Post purgationeꝫ vaporetur os ⁊ facies cũ aqua decoctionis viol. siccarum ordei excorticati florum camomille papaueris alb. retinẽdo vaporem calidũ in os ⁊ nares vel cum aceto profecto in lapide ignito. Vngantur nares ⁊ labia cũ oleo roß. vel viol. odoret q̃nq̧ viol. siccas vel ro. cũ campbora vl̃ continue teneat sub lingua vel etiam deglutiat pillulas: quia inspissant catharrum acutũ ⁊ ad screandum preparant ⁊ lenient asperitatẽ que sic fiunt. ℞. gũmi arab. dragaganti amili succi liquiritie seminis citoniorum psillij. añ. q̃tum vis: fiant pillule admodum ciceꝝ vel fabe cum muscillagine psillij nutriatur cum ordeo farre auena ⁊ lentibus. q̧ si virtus debilis sit vel sit cum fe. Comedat pullos alteratos cum portulaca cucurbitis lactucis, nequaq̃ vinũ bibat: quia a proprietate causat istas passiones cum vinum mentem percutiat: vt dicit Ipo. in regimine acutorum. Sed bibat aquam ordei vl̃ decoctionem liquiritie ⁊ zuccari vel aquam calidam in qua sit sirupus roß. vel viol. Cura coꝝ est si sint a causa frigida vt primo purgetur cũ pillulis cocbijs vel fetidis dando.ʒ.j. sero sine cena premissa digestione cum oximelle composito vel sirupo de sticad. pdicto. postea fricetur caput rasum cum cepa acuta: aut squillis aut panno aspero: ⁊ post ponatur super ipsum medicamen rubificatiuum vsq̧ dum fiat vesicatio ⁊ aspersio sicut est emplastrum tale. ℞. stercus columbinũ sinapi affodillos coquantᷣ in aqua ⁊ melle: vel in aqua tantum, pistentur omnia ⁊ ponatur calidũ supra caput abrasum ⁊ calefactum per fricationem. Subfumigetur in declinatione morbi cum thure vel mastice vel gũmi armoniaco vel ligno aloes aut storace calamento bdellio vel mirrha vel rutha: sed non in principio ⁊ ante euacuationem: quia impediretur resolutio materie: ⁊ aliquid ipsorum deglutiat sero cum itur ad lectum. Fiat etiam masticatio eradicans flegma ex piretro pipere longo cubeb. pipere mastice. añ.ʒ.ij. passularum quantum volueris et reponantur simul. Et inungatur sepe cum vnguento marciaton ad solem vel ignem diligenter fricando abrasis sepe capillis. Bibat omni die in ieiuno similiter ⁊ sero cum itur ad lectum vnciam vnam boni vini in quo drachma vna masticis aut olibani fuerit infusa vel liquefacta. Saccelletur postea caput cum sale milio et sinapi calefactis super lapide ignito vel vaporetur cum aqua decoctionis rosarum absinthij. mellilori. camomille. donec reliquie omnes resoluantur. Vtatur dyacitonitem post cibum: sed aurea alexandrina vel pliris ante cibum. Abluatur caput cum lixiuio decoctionis raphani ⁊ sticados postea cum vino decoctionis gallarum nucis cypressi ⁊ baccarum lauri vel sulphuris vel balaustie. Comedat carnes assas vel elixatas cum feniculo. Bibat ydromel cum aqua decoctionis ysopi liquiritie et melle: odoret nigellam ligatam in panno lineo subtiliter tritam ⁊ torrefactam. Costi ⁊ nigelle subfumigium expertum est: et sudare in loco calido stomacho ieiuno proposse vt est sanus: ita vt caput sit siccuꝫ et pedes aspergantur aqua calida plurima ⁊ laborare: sitim ⁊ famẽ tolerare: pposse cenaꝫ subtiliare: cibos siccos

sumere: et somnū tardare sup cibum. Si aūt hec oīa non contulerint .velicetur caput vbi est cōmissura recta cū cantaridibus et aperiantur vesice cum acu. Et si hoc nō sufficit cauterizetur locus: et permittatur diu apertus donec cerebrum exiccetur.

Emperica.

In causa frigida cōmuniter operantes faciunt remediū premissa euacuatiōe vniuersali dant sero cum itur dormitū ʒ.vnā ʒʒ.cōditi: et post illud immediate potū aque calide: q: digestionem stomachi pcurat: vapores reprimit: catharrum maturat: potus vero aque frigide catharrum multiplicat. Similiter et potus vini vaporosi et proprie versus noctē. Itē in pricipio nō cōpetit gargarismus q: materias facit fluere: in medio cōpetit incisiuus: in fine vero stipticus. Itē in omni catharro et tussi catharrali conferūt he pillule. ℞. mirre pure ʒ. sex. olibani. ʒ. s. opij iusquiani. añ. ʒ. quattuor. et sic fiant pillule de quib⁹ detur cum itur dormitum de sero a. ʒ. ß. vsq ad. ʒ. vnam: q: omnē fluxum descendentē ad stomachum restringunt: et pprie post purgationē. Item pferūt inspissantia vt subtile acutuz qd descendit ad guttur ingrossetur et non descendat in profundum stomachi vel pectoris sed aduneē et expuaē et ex hoc facientib⁹: vt dicit Mes presenti capitulo. est ibus dragantum et muscillago psillij vel seminis citoniorū vel iuiube et sebesten et sirupi et lohoch factum ex eis. sed flebothomia vt asserit in hac egritudine solum est in tribus casibus necessaria. Prim⁹ si catharrus sit calidus et in corpe calido cuz rubore ocło et plenitudie venarū. Secūd⁹ si catharrus descendit ad oculos et pulmonem vel membra nobilia. Tertius si accidat catharrus cū feb. in alijs autem est inutilis.

Canones.

Omne reuma descendens a capite deorsuz trib⁹ intentionibus curatur. Prima quidem per confortationem stomachi ne vapores cibales transmutātur ad cerebrum: et hoc fit per stiptica. Secunda per rectificationem capitis et cerebri: ne grauide humiditates in se ne ipsas deorsum mandet: et hoc fit per emplastra et vnguēta resolutiua et rubificatiua. Tertia fit p cōfortationē pector et pulmonis ne recipiat a cerebro supfluitates delegatas sz receptas maturet p noctē vt in crastino excreationi sint parate quod fit per lohoch screatiuum et per pillulas bichichias et per electuaria stiptica et per debitum decubituz capitis in somno qui est vt iaceat patiens super altero laterum capite valde exaltato et versus faciem reflexo: vt sic oēs superfluitates eius in somno declinent ad os et nares nec raptum ad cannā pulmonis habeant et ysophagum. Ista autem clarius et plenius dicem⁹ infra ca. de ptisi. et ca. de asmate tussi et empimate.

Pronosticatio.

Sternutatio supueniēs in corriza litargia soda epilepsia frenesi apoplexia arthetica si sit post digestionē materie bonum facilitat atq vel ocitat cuz ei⁹ expulsiōe. Ante signū digestionis malū: q: demostrat materiā augmentari et proprie in pleuresi peripleumonia et squinātia. Reuma si descēderit ad stomachum inducit primo indigestionē pter cibi fluctuationem et stomachi infrigidationem. secūdo lienterias pter stomachi mollificationem et retentiue debilitatez: q si materia sit calida acuta causabit feb. tertio dissiteriam propter intestinorum corrosionem. Item si reuma descenderit ad pulmonē vel eius cannam inducit primo tussim cronicam. secundo asma siue maliciam anhelitus propter oppilationem cānularum in pulmone. tertio suffocationem si fluxus sit plurimus. Sed si materia sit acuta inducit corrosionem pulmonis. deinde ptisim finaliter et mortem. Item catharrus in senibus raro curatur quia suffocat ante maturationem propter defectionem excreandi. vnde Ypocra. secunda parti. Branchi et corrize non valde maturantur in valde senibus. Sunt autem valde senes qui sunt in quarta etate que est apud annum septuagesimum. Senes vero absolute qui in tertia que est apud. lx. annum. Item catharrus cum dolore capitis perduraā. difficulter curatur quare debilitatem significat

consum/matā. Itē autumno multiplicat̄ ca/tharrus ꝓpter ineq̄litatem aeris: ſꝫ in hyeme ꝓpter aeris frigiditatē: estate ꝓpter colliquationē: vere ꝓpter multitudinē hūorum. Itē reumatici nō fiunt splenosi. Itē cathar/rosi dispositi fiunt ad apoplexiā ⁊ epilepsiā si materia sit frigida: ad ptisim vero si sit calida nitrosa.

¶ De raucedine vocis. Cap. iij.




Aucedo vocis qn̄qꝫ est a natura ꝓpter malā cōplexionem inequalē epigloti ⁊ cāne pul/monis hūidam oppilantem vel siccā exasperantē ⁊ ista est incurabilis. qn̄qꝫ est accidentalis ⁊ de cura isti⁹ loq̄mur. Fit aūt trib⁹ modis. vno mō a catharro frigido flegmatico viscoso oppilā te epiglotū in quo format̄ vox ⁊ vocalē arteriam totā. Et signa ⁊ curatio ei⁹ habet̄ completa ex capl'o de catharro. ⁊ ca. de tussi de causa frigida. Adhuc ꝓpter illic dicta cōfe/rūt loch factū ex dyaprassij parte vna ⁊ dyacalamētī vl' dyayris ptib⁹. ij. addēdo succi liquiritie ⁊ mellis dispumati quod sufficit. ex quo lambat̄ mane ⁊ sero paulatine inglu/tiendo. Scd̄o modo fit a siccitate: plūma illarum partiū exasperāte supficiē ipaꝝ: ꝓpter qd̄ aer inequal'r ꝑcutit̄ ad ipam. Cū aspertas nihil aliō fit ꝙ̄ ineq̄litas ꝑ̄ꝫ durū corp⁹ vt dicit gal'. in teg. trac. de signis. c. de signis cāne pulmonis. Et ista spēs accidit habitātibus in sole vel vēto siccovel corp̄ib⁹ siccis ꝑ naturam. Et signa ⁊ cura habent̄ plene ca. de ptisi. Preterea ꝯfert lohoch ex dyapras/sij parte. j. dyagragāti. p. ij. ⁊ dyapenid. ad/dendo succi liq̄ritie ⁊ zuccari qd̄ sufficit. Tertio fit a caliditate accidētali. cōsumēte hūi/ditates lubrificas ⁊ corrugante vias: sicut cōtingit febrīētibus: ⁊ proprie febrib⁹ cronicis ⁊ ethicis. Et signa ⁊ cura cap. de tussi habentur. Preterea lohoch ex parte ꝑ̄. dyapenid. ⁊ pte. j. dyaprunis ⁊ partibus. ij. dyagraganti addendo zuccari viol'. quod sufficit vel succi liquiritie.

Emperica. Sirupus bo/nus ad hoc: et proprie in flegmatica cā. ℞. passularum pinguiū liquiri/tie ysopi yreos ficuū pinguiū siccarum capilli veneris calamenti sicci añ. ʒ. vj. dragaganti masticis añ. ʒ. iij. croci. ʒ. ſ. decoquant̄ ista in quattuor. ℥. al's lib. succi caulium vel aque decoctionis eorūdem vsqꝫ ad cōsumptionē medietatis: ⁊ collent̄ ⁊ fiat sirup⁹ cū melle et zuccaro añ. ꝑ̄. vel añ. lib. ſ. dent̄ omni die mane. ℥. ij. cū aqua decoc. ficuum ⁊ vue pas/se. Itē lohoch ad idem. ℞. aque decoctionis caulium lib. iij. mellis dispumati lib. ſ. deco/quantur simul lento igne donec aqua consumat̄ ⁊ mel remaneat: aut mel soluꝫ capiat̄ ⁊ cum ipso incorporet̄. ℥. j. ⁊ ꝑ̄. radicum raphani crudi atqꝫ mūdati pfecte ex ipso lābat̄ frequēter i ieiuno. Et sunt aliq̄ q̄ loco rapha/ni squillā vel yreos vel se. vrtice vel cepe as/sum cōmiscēt potens est ⁊ exptum. Item lo/hoch de squilla sublimē dicemus ca. de tussi cuꝫ de empicis loq̄mur. Itē electuarium ad idē. ℞. dyaysopi dyacalamēti dyayris dya/graganti añ. partē. j. dyapapaueris partes ij. dyapenid ꝯ̄tum de oib⁹ misceant̄ simul et lambat̄ omni sero repcutit feruorē: ⁊ qd̄ fluxum est: digerit ⁊ expellit. Itē ad ideꝫ. ℞. succi liquiritie zuccari albi añ. partē. j. ami/di draganti gūmi arabici olibani añ. par. ꝑ̄. ꝑ̄. pillule cū albuminib⁹ ouoꝝ quoꝝ trāl/glutiant̄ omni sero quattuor vel quinqꝫ.

Canones. Abstineat a potu vini pontici ⁊ aceti ⁊ oīm rerū asperarū ⁊ diligāt dulcia: sicut sunt mel zuccarum aque decoctionis passularū iuiuba/rum sebesten ficuum siccarū dactilorum et similium: nisi intendat ad incisionem reu/matis: tunc conferunt acuta: sicut est ysopus et sinapis condita cum melle.

¶ Tractatus secundus secunde sectionis.



Ectoris et pulmonis passiones sunt septē Prima tussis Secunda asma ⁊ disnia ⁊ orœgmon siue ortonia. Tertia pleu/resis. Quarta peripleumonia. Quinta em/pima. Sexta ptisis. Septima sputum san/guinis. Cum autem dico pectus ⁊ pulmo/nem comprehendo costas pleuram thora/cem pulmonem mediastinuꝫ pectoris ⁊ dya/fragma. Et hec sunt omnia membra spiri/tualia preter cor ⁊ eius capsulam. de quibus

dicetur primo tractatu. Est autē ipsorum compago talis in anathomia: quoniam sub parte concaua costarum transit panniculus circumquaque qui pleura dicitur vt pulmonē defendat et cor ab earum duricie et asperitate. Est nanque cor cū eius ministro proprio psone locatū inter ossa circunquaque per orbē queadmodū dominus et rex inter firmos muros: ita vt pulmo totū locum occupet ex omni parte preter quod cor et eius camera que capsula dicitur parti sinistre pulmonis residenter alligata. verum quoniam principē decet esse tutū: diuisit natura pulmonē per medium secundum longū panniculo subtili qui mediastinum pectoris appellatur ne forte sanies vel catharrus partē dextrā occupans interficiat et sinistrā. Quapropter accidit in empimate et emptoica passiōe vt sanguis et sanies vnius lateris expurgari nō valeat per lateris alterius aperturā. Ordinauit preterea et alium pāniculū diuidentē corpus per medium: velut tympanū ortū a finibus costarū mēdosarū qui transit super stomachū et epar et splenē et oia membra nutritiua: vt cor ab eorum vaporibus qui surgūt hora digestionis secūde preseruaret. et iste pāniculus dicitur dyafragma. Cuius est et aliud iuuamētū secundum Gal. vi. de iuuamētis. vt. s. suo motu sursum et deorsū anhelitū pficeret et pulmonē adiuuaret velut accidit in follibus fabrorum.

¶ De tussi. Cap. i.

Tussis est motus fortis pectoris et pulmonis cōpositus ex naturali et voluntario ad expellendū rem que infert nocumentū in anhelitu vel organis ipsius. Fit autē propter malam cōplexionē diuersam sine materia vel cum materia. Et si sine materia illud est dupliciter: quia vel ista cōplexio est a causa intrinseca vel extrinseca. Si intrinseca sic est a caliditate vel siccitate pulmonis. Si extrinseca sic est a frigiditate ipsius ratione aeris continētis. Si vero fit cū materia hoc iterū dupliciter: vel cum apostemate: vel sine. Si cum apostemate sic est a pleuresi: vel peripleumonia. Si sine apostemate hoc iterū dupliciter. vel illa materia causat tussim cum sola quantitate vel quantitate et qualitate. Si quātitate sola vel est humor: et sic ē propter catharrū: vel est sanies et sanguis: et sic est propter empima. Si quantitate et qualitate simul sic est ratione ptisis. in ptisi nanque est sanies vlcerans pulmonem sui acuitate: oppilans sui quātitate. et sic patet quod in genere sunt octo cause tussis. Prima est caliditas. secūda siccitas. tertia frigiditas. quarta pleuresis. quinta peripleumonia. sexta catharrus. septima empima. octaua ptisis. Signa igitur tussis que fit a caliditate pulmonis sunt vehementia sitis quā non extinguit aqua frigida sed magis aer frigidus et magnitudo anhelitus et pulsus atque rubedo faciei. Signa eius que fit a siccitate pulmonis sunt: quia tussis fit absque sputo et alleuiatur post sorbitionem penidiarum amili. et post somnū: cibum: et balneum aque tepide: sed fortificatur post sitim: famē: vigilias: et est cum strictione anhelitus et corporis extenuatiōe et pulsu paruo spisso et quandoque cum fe. acuta. Signa eius que fit a frigiditate aeris sunt nota ex relatione infirmi. Signa eius que fit a pleuresi sunt dolor lateris pungitiuus fe. cōtinua acuta et oia signa pleuresis. Signa eius que fit a peripleumonia sunt signa peripleumonie scilicet fe. acuta dolor pectoris grauatiuus pulsus mollis vndosus. Signa eius que fit propter catharrū sunt: quia si catharrus sit de materia frigida flegmatica grossa apparet exitus flegmatis grossi viscosi et fortificatur post somnū et quietē. Si vero catharrus sit de materia calida acuta vel de flegmate salso subtili sentitur ardor circa labia et sitis quā tollit aqua frigida et aer frigidus simul: neque fortificatur post somnū et antecessio ciborum acutorū et caput sentitur calidū: et est eius sputū modicū subtile salsum et quandoque cedit ictui aeris feruentis. Signū autem cōmune ad omnē catharrum quod nō fallit est cum infirmus senserit quoddam stillare cōtinue paulatim ad os et partes gutturis deorsum. Signa eius que fit propter empima sunt antecessio catharri vel pleuresis. vel peripleumonie post quod remanet tussis cū sputo saniei et sanguinis et dolore pectoris grauatiuo et anhelitu stricto. Signa eius que fit propter ptisim sunt sputum saniei vel sanguinis cū fe. cōtinua lenta pulsu paruo spisso collo longo. Et quia corpus continue exiccatur de die in diem et certissimū signum est si cortices similes pelliculis subtilibus albis egrediantur cū sputo vel pellicule rotunde.

Methodus. Cura ei⁹ q̃ fit a caliditate est vt sumat omni die de sirupo ros. si vẽter sit bñ obediens vel de sirupo viol. si fit stipticus cũ aqua calida vel cũ aqua decoctionis lactuce portulace vel prunorũ. teneat in ore candi et muscillaginẽ psillij vel semen citoniorũ fiat loboch. ℞. dyagragãti ptes duas peid. partẽ vnã. s. mellis qd̃ sufficit ad dissoluendũ. habitet eger in aere frigido regat vt febriens: vngat pectus ⁊ spina tota cũ populeon dissoluto cũ oleo viol. ⁊ modico dyaltee Cura eius q̃ fit a siccitate est vt impinguet et humectet corpus pposse sicut dicetur in scdo libro de fe. ethica. q si cũ hac tussi feb. putrida cõplicetur: bibat in mane lib. ß. aq̃ ordei ⁊ post tres horas cũ cibus iste sit digestus intret balneũ tepidũ aque decoctionis viol. maluarũ bismaluaꝝ ⁊ foliorum populi in quo parũ moretur neq sudet: neq corpus reddat vaporabile. Et post illud cibet succo ordei vel farris ⁊ carnibus pulloꝝ edorũ alteratis cũ portulaca endiuia ⁊ lactuca. Bibat vinũ debile limphatũ cũ aqua decoctionis liquiritie iuiubarũ hora somni. Bibat iulep cũ aqua cucurbite vel psillij. Teneat sub lingua pillulas bilzilzias q̃ sic fiũt. ℞. succi liquiritie zuccari al. añ. ʒ. x. se. cucur. se. citru. se. portulace. añ. ʒ. v. conficiant cum muscillagine psillij vel albumie oui. Iste pillule sub lingua tente pterq̃ inglutiant humectant caput guttur ⁊ linguã ⁊ caliditati feb. resistunt. Itẽ alie. ℞. succi liquiritie zuccari al. añ. ʒ. x. amili dragaganti amigdalaꝝ dulciũ excorticatarũ. añ. ʒ. v. fiant pillule cũ muscillagne psillij vel seminis citoniorum: ⁊ iste pillule multũ conferunt in causa calida Si vero patiens sit sine fe. putrida tunc loco ptisane sumat panẽ cũ lacte dulci recẽ. capre vel asine pascentis ordeum ⁊ herbas humidas: q si timor fuerit de coagulatiõe lactis in stomacho addat aliquid zuccari vl' mellis: vt dicit Gal'. vij. de ingeñ. sanitatis. vel comedat carnes p̃dictas alteratas cum herbis predictis vtat in cibo specieb⁹ aromaticis dulcibus que sic fiunt. ℞. cinamomi electi. ℥. ß. cardomomi croci. añ. ℥. ſ. fiat puluis cribellat⁹ vngatur pectus vel nucha cuz oleo ros. vel viol. mixto cũ muscillagine psillij vel cãphore. Cura eius q̃ fit a frigiditate aeris est cauere ab ipo oĩno ⁊ fomentare pectus cum pãnis calidis. Cibet preterea brodijs calidis carnũ bonarum conditis cum cinamomo cardamomo ⁊ croco. Bibat ydromel vel vinũ calidum limphatuz ſm medietatem. vtatur dyagallanga: vel dyazinzi. sero cum vadit dormitum: post illud bibat aliquid aque calide vel vini calidi limphati. Post declinationẽ morbi balneet in aqua decoctionis camomille ysopi mellilotí. Si autẽ per ista nõ curaret: sequitur q materia est fixa. quare purgetur cũ pillulis cochijs vel medicina de turbith. ⁊ ſ̃ p̃terea per ordinem localia predicta. Cura eius q̃ fit ppt pleuresim vel peripleumoniã est cura ipaꝝ. Cura eius q̃ fit ppter catharrũ est q si catharrus sit de materia frigida velut accidit senibus et flegmaticis nõ potẽtibus dormire de nocte ppter impedimentũ tussis. Sumat omni die. ℥. ij. sirupi de ysopo cũ aqua decoctionis vrticarũ q̃ sic ſ̃. ℞. ysopi se. vrticarũ capill'. veneris se. vel rad. raphani. añ. ficuum numero. x. decoquant in aqua cum dactillis totidẽ ⁊ ſ̃. sirupus bene coctus cũ zuccaro in estate ⁊ in iuuenibus: vel cũ melle in hyeme: ⁊ in senib⁹ purget postea cũ pill'is cochijs ⁊ yerapigra. Si aũt flegma sit grossum viscosum opꝫ p⁹ purgationẽ oĩ sero cuz vadit dormitũ vt sumat. ʒ. ſ. vl'. ij. cũ aqua calida pulueris q̃ sic fit. ℞. yreos ysopi liquiritie croci. añ. ʒ. ij. terant ⁊ cribellent. vngatur gula ⁊ nucha ⁊ caput abrasis capillis ⁊ corp⁹. totũ mane ⁊ sero cũ vnguẽtis calidis marciaton vl' arrogon: ⁊ sup locũ vnctũ apponatur calidus pãnus ad ignẽ calefactus. Et si per hoc nõ restringatur catharrus fiãt emplastra rubificatiua sup caput dicta caplo de catharro. vltimo vero fiat cauterium in vertice capitis. si nihil hoꝝ cõtulerit: nutriatur bonis carnib⁹. Bibat vinum limphatũ vltra mediũ. Sumat etiaz qñq qñ itur dormitũ post purgationẽ pprie. ℥. ß. ʒ. conditi vel dyagallange vel dyacardamomi. ⁊ post bibat aliquid vini vel aque calide. Si autem per ista non curatur: sumat de confectione que sic fit. Recipe succi liquiritie dragmas decem. ysopi capillis veneris. yreos. carui. croci. piperis. aristologie rotunde amigdalarum amararum nasturcij

añ.ʒ.v.fiat electuarium cum melle vel zuccaro detur ex eo ad modū nucis. hoc enim educit flegma grossuꝫ ⁊ saniē ex pectore pulmone stōacho ⁊ gutture. Teneat in ore pillulas bilulitias que sic fiūt. ℞. piperis mirrhe carui.amigdalaꝝ amaraꝝ.añ.ʒ.ij.assefetide.ʒ.ſ.cōficiātur cuꝫ vino:q2 incidūt materias grossas.vel transglutiat quattuor vel qnqꝫ de ijs pillulis sero cum vadit dormitū ℞. mirrhe storacis liq̄de thuris opij.añ.ʒ. ij.q2 remouet tussim impedientē somnum ⁊ dormire faciūt rōne opij licet mūdificēt pectus ⁊ pulmonē ex materia frigida rōe mirrhe storacis ⁊ thuris. Et cōferunt etiā ꝯ aerem pestilentialē si transglutiātur ex eis oī mane due vel tres. Si autē patiens nō possit eis vti propter amaritudinē addatꝰ zuccari succi liq̄ritie.añ.ʒ.ij.vel plus. Si aūt catharrus sit de materia cal'a acuta.ſ. chol'a vel flāte salso:tunc cura ei⁹ est vt bibat oīni mane.ʒ.ſ.sirupi de papauere vel ro.⁊ gargariset de eo cū aqua decoctionis ro.balaustie iuiubaꝝ sebesten granoꝝ pini mundatorum vel de ozizaccara vel dyamorō ⁊ aqua calida. Teneat sub lingua in ieiuno ⁊ añ cenam cōtinue pillulas q̄ sic fiāt.℞. amili dragaganti amigdalaꝝ dulcium fabaꝝ excorticatarum vel lentiū excorticataꝝ papaueris gūmi arab.boli arme.añ.ʒ.ij.cōficiantꝰ cum muscillagie psillij vel se.citonioꝝ q2 oīa ista inspissando materiā acutam digerūt ⁊ habilem faciūt ad screādum. Nutriatꝰ succo ordei vel farris vel risi aut frmenti vel carnib⁹ assis pulloꝝ aut castratorum. Potetur vino dulci limphato cum aqua frigida. Et modus curatiōis habet etiā locuꝫ in tussi q̄ est cum fe.⁊ etiā cū apostemate calido. Si autē per ista nō curaretꝰ ꝓpter acuitatē materie et multitudinem fluxus sumat.ʒ.ij.vel.iij.de pillulis q̄ sic fiāt sero cuꝫ vadit dormitū.℞. thuris mirrhe opij croci añ.ʒ.ß. liq̄ritie.ʒ.ſ. fiāt pillule cū rob vini vel vino debili. Abradatur caput post ista ⁊ lauetꝰ ex sinapi cōfecta cū decoctione ficuū donec rubificetꝰ.vngatur caput totū cum oleo roß. ⁊ oleo camomille mixtis. Et forte necesse est purgare totum corp⁹ cuꝫ pillis de reubarb. positis ca. de catharro.q̄ si oīa non ꝓficiunt:fiat vltio cauterium in anteriori parte capitis vbi est cōmissura ⁊ dimittatꝰ apertū longo tēpore.

Scias preterea ꝙ cauteriuꝫ multū valet in omni tussi ex catharro. Silr ⁊ in catharro descendēte ad stomachum oculos vel pectus. Scias etiā ꝙ ista tussis vtplurimum ducit hoiem ad ptisim.⁊ ideo sollicitanduꝫ est in eius cura. Itē post purgationes localia p̄dicta sumat oī die ⁊ sero cum vadit dormitum vnā raꝺ.ʒinꝫ.⁊ post ipsam comedat.ʒ. ſ.zuccari ro.veteris.⁊ post illud bibat aliq̄d aque calide:q2 digestionē confortat ratione ʒinꝫ.⁊ materiā acutam stipticat ⁊ fluxum ꝓhibet rōne zuccari roß.vel aque. Curā eius q̄ fit ꝓpter ēpima ⁊ collectionē saniei vl' sanguinis in pectore. Silr ⁊ curam eius q̄ fit a ptisi dicem⁹ cū de illis passionib⁹ scribem⁹.

Emperica.

Puluis expertusq̄ datur cōtra tussim humidam siue sit cum fe.siue sine fe. sic fit. ℞. capillis veneris se.vrtice yreos ysopi añ.ʒ.ſ. liquiritie.ʒ.ij.cardamomi.ʒ.ß.cinamomi electi.ʒ.ij.cassie ligee ʒinꝫ. folij nucis musc.añ. ʒ.ß.macis croci añ.ʒ.ß.piperis longi.ʒ.ij.terantur ⁊ cribellentꝰ: dentur in aurora.ʒ.ſ.vel ij.cum vino dulci vel aqua decoctionis ysopi vel liquiritie vel succo facto ex farina ordei vel spelte vel frumenti vel mixtis simul: et condiatur succus cum lacte amigdalarū. Hic namqꝫ puluis materiā humidam digerit ⁊ resoluit ⁊ ipsam leuiter expuere facit. Item cōe remedium ad oēm tussim ex materia frigida ⁊ ventositate est vt patiens vtatꝰ mane ⁊ sero hac confectione.℞. pul.cimini.ʒ.ß.dyatriū pipereon cōfecti cum melle. ʒ.ß.misceatur ⁊ facta purgatione vna vel duabus videbis mirabile. Item cōmuniter operantes in catharro siue calido siue frigido faciunt cauterium dictum in methodo. vel loco eius causticant collum ⁊ spatulas cum cantaridibus incorporatis cum fermēto positis finitur supra collum donec vesicetur ⁊ materia diuertatur ⁊ euacuetur. Item rubificant caput abrasis capillis cuꝫ emplastro ex sinapi melle fimo columbino ficubus siccis raphano succo opij aneti yreos ⁊ similibus. Item lauare caput cum lixiuio facto de cinere quercus vel vitis in quo decocta sint folia lauri sticados ysopus maiorana flores camomille mellilo ti et similia. Iteꝫ saccelletur caput cū milio

tus sed grauatiuus: quia substantia pulmonis non sentit sed panniculus eius inuoluens et mediastinus. Siml'r et difficultas anhelitus fiet maxima cu͂ co͂tinuo timore suffocationis et dolor declinabit ad partes pectoris posteriores iter duas spatulas vel ad anterius no͂ aute͂ ad latera et rubor apparebit in maxillis. Item materia pleuresis tra͂smittit ad cor: et tu͂c fit sincopis: et forte mors quandoq; ad cerebru͂ et tunc fit frenesis et nigredo lingue cu͂ ariditate et vrina remissa cum prius esset tincta valde et dolor lateris diminuit vel aufert quandoq; ad pulmone͂: et tu͂c dolor no͂ est adeo acutus sicut prius: sed anhelitus difficilior fit. Unde ypo. vij. parti. amphor. In pleuresi de peripleumonia malum quandoq; ad neruos et tu͂c fit spasm9. Quandoq; post ascellas: et post aure͂ vel post alia͂ parti culam exteriore͂: et tu͂c apparet ad sensum tumor et alleuiatio infirmi. Signa vero longitudinis pleuresis sunt q͂ diu durat ei9 principium vniuersale et sputu͂ indigestu͂ et grossum viscosum et similia: et tussis sicca difficilis: q2 qua͂ do principiu͂ est longu͂ tp͂a erunt longa: vt d2 primo de crisi. saluo q͂ virtus sit fortis: q2 si esset debilis et alia mala signa apparent: posset abreuiari ad morte͂. Signa vero breuitatis ad salute͂ sunt co͂traria et proprie breuitas p͂ncipij et cita apparitio digestionis in sputo et infra primos tres dies et eius facilis eductio: et vl'r oi͂a signa salutis sine permixtione co͂trarij. Signo℞ pronosticorum quattuor sunt modi. Nam queda͂ significant bonu͂ absolute: queda͂ malu͂ absolute queda͂ salute3: quedam mortem. Signa bona absolute sunt si sputu͂ cito a p͂ricipio egritudinis et infra tres primos dies fit facile sine multo labore tussiendi vel screandi et fit subrubeum sano sputo admixtu͂ a p͂ricipio vel statim post: neq; perseueret in septimu3 die͂ in colore subrub. sed albescat. Et vniuersaliter omne sputu͂ cu͂ diminutione doloris veniens est bonu͂. Signa mala absolute su͂t vt dicit ypo. sc͂do p͂nosticorum. si sputu͂ sit tardu͂ in principio: et si rub. postq͂ euenerit aut citrinu͂ purum cu͂ laboriosa tussi vl' albo sputo co͂mixtu͂: vel si sit rub. oi͂no velut sanguis quod rupturā vene significat. Sputu͂ vero viride vel citrinu͂ vel subcitrinu͂ cholericam. Sed albu͂ sputu͂ viscosu͂ globosu͂ flegmatica͂

Et sputu͂ liuidu͂ vl' nigru͂ mela͂cholica͂ denotat materia3. Materia igitur sanguinea est mala: flegmatica peior: cholerica magis mala: melancholica pessima. Item sternutatio veniens in principio et cum materia est adhuc i fluxu siue sternutatio p͂cesserit pleuresim siue coequa sit: malum est quia auget apostema. Sternutatio vero superueniens in declinatione et cum materia tota fluxerit et tota digesta est bonum: significat eni͂ virtutis expulsiue fortitudinem et materie euacuationem. Ite͂ omne sputu͂ cum quo diminuitur dolor et malicia anhelitus est bonu͂. Item sputum subrub. a principio apparens et vsq; in. vij. diem vel amplius perseuerans ita q͂ neq; dealbatur: neq; sano sputo permisceetur malum. Item si medicus recte operet neq; ex hoc eger se melius habet malu͂. Item si lingua sit liuida frequens et vrina subtilis aut grossa valde et pulsus debilis malu͂. Ite͂ si superueniente sputo vel solutione ventris vel exuberantia vrine vel farmacho adhibito vel quolibet alio co͂pete͂ti medicamine velut est sudor fluxus sanguinis narium calefactorium et similia: dolor lateris nequaq͂ minoretur malum est: quia significat q͂ pleuresis non terminabitur per sputum sed per saniatione͂. Signa salutis sunt cum signis bonis predictis consta͂tia virtutis bonitas pulsus et anhelit9 facilis excreatio sine plurima tussi calor naturalis equalis in toto: membrorum flexibilitas sitis pauca et vrina egestio et sudor et somnus bene se habea͂t. Hec eni͂ omnia si vsq; ad septimum diem perseuerauerint: promittunt salutem in. xiiij. vel circa. Signa mortalia sunt cum signis predictis malis debilitas virtutis malitia pulsus et anhelitus: ita vt sit spissus debilis anxius valde continuus exspiratio laboriosa et parua cum tussi plurima sitis intensa. calor intensus: ita q͂ venter et latera sint calida plurimum sed frons et extrema frigida. Similiter vrina egestio sudor et somnus male sunt se habentia. Et per sputum fetidum vel nigrum grossum vel viscosum cum oregmone citrinum cholericum purum sine omni albedine. Hec omnia si perseuerauerint vsq; ad septimum die͂ vel plurima eorum in die. vij. aduenerint mortem signant in nona vel. xj. die vel ad plus in decimaquarta. Item

Signo℞ pronosticorum 4 modi

si materia pleuresis rapiat ad pulmonem vel ad cor ⁊ cerebrũ mortale. Si vero post aures vel subascellis vel ad aliũ locum ignobilem: ⁊ cũ eger alleuiatꝰ fuerit salubre. Itẽ si multũ expuit: deinde cito retinet grauedine ⁊ dolore remanẽte mortale: qꝛ significat prefocationem multitudine materie. Itẽ signa salutis pleuresis cum teriatur ꝑ sanationem sunt: vt dicit Ipo. ij. pnosticorũ. qꝛ calor fe. minuitur: vel ex toto recedit in die rupture: et tũc redit appetitus cibi neqꝫ sitiunt. Et est egestio tẽperata nõ liquida neqꝫ dura: et sputuꝫ ⁊ sanies laudabilis: scꝫ alba lenis eqlis: vt yposta sis exiens sine labore oĩ vel cuꝫ modica tussi. Hi nãqꝫ in breui tẽpore sanãtur. ⁊ qui plurima eoꝝ habent citius sanant circa id hꝫ qđ significat salutẽ apparẽt plura vel pauciora. Signa mortis in talibꝰ sunt remanentia caloris fe. post diẽ rupture: ⁊ ꝙ febris redit quasi furtiue ⁊ aspera siti: ⁊ fastidio cibi ⁊ egestionem hñt liquidã ⁊ sputum eoꝝ est liuidũ vel viride vel flegmati visco so permixtum ⁊ spumosum difficile exiens et cũ mlta tussi ⁊ laboriosa in quibꝰ apparẽt oĩa ista signa pituros nõ dubitabis. Signa dubia predictoꝝ sunt: qm̃ qui habent quedam eoꝝ: sed non oĩa ij moriũtur: hi saluantur: vtriqꝫ tñ exitũ difficilẽ consequentur.

¶ De peripleumonia. Cap. iiij.



Peripleumonia est apostema pulmonis ⁊ velaminũ eiꝰ que sunt duo: scꝫ velamen circũuoluens pulmonẽ totuꝫ ⁊ mediastinum pectoris quod est velamẽ diuidens pectus ⁊ pulmonẽ per mediũ ꝫm longum: ita vt maior pars pulmonis sit in latere dextro. Minor vero in sinistro ꝑpter cor quod sinistre parti extat alligatum Fit igit ex oĩ genere qttuor humoꝝ queadmodũ ⁊ pleuresis. Verũtñ differt qꝛ sicut pleuresis vt plurimũ fit a cã subtili cholerica. Ita ꝑipleumonia vt plurimũ fit a materia grossa flegmatica decurrente ꝑ venas ⁊ arterias in substantiã pulmonis. Et nõ dicat aliqs ꝙ fiat a reumate ꝑ venas descẽdente a capite per cannã pulmonis: qꝛ sicut probatum est ca. de pleuresi. circa pncipia tale reuma potest causare catharrum vel empima: sed nõ apostema: licet aliqua accidentia apostematis cõmunia vel propria cum cõsequant que sunt fe. continua asma tussis ⁊ sitis. Fit etiam quãdoqꝫ ꝑipleumonia ex pleuresi qñ materia stillat ex pleura in cõcauitatem pectoris. Deinde ingreditur orificia vene arterialis ⁊ arterie venalis que sunt vene sparse per totam substantiã pulmonis ⁊ causat ibi apostema quãdo putrefit. Si eñ ingrederetur ora ramoꝝ canne pulmonis nõ causaret peripleumoniã: sed esset male terminationis pleuresis per resolutionẽ: vt dictũ est ca. de pleuresi. Signa peripleumonie in cõmuni sunt fe. cõtinua pulsus vndosus rubedo maxillarũ tussis multa anhelitus maximus cũ continuo timore suffocationis dolor pectoris põderosus declinãs ad ante et retro inter spatulas. ⁊ qꝛ non potest iacere supine neqꝫ in ventre pre suffocatione cum dolor pleureticus ad latera declinat. Signa peripleumonie a sangnine sunt cuꝫ ꝑdictis habitudo carnosa mũda rubedo cum rubore fortissimo maxillarũ tussis valida cũ sputo subrubeo vel spumoso fe. continua acuta valde etas iuuẽtutis: tempus veris: vt plurimum vrina rubea clara ⁊ grossa. Et antecessio potus vini plurimi: ⁊ dolor pectoris grauatiuꝰ cũ punctura multa: pulsus vndosus et velox cum mollificatione arterie. Similiter ⁊ apertio venarum grossarum repletarum per membra corporis omniũqꝫ. Signa vero peripleumonie ex flegmate sunt cum predictis habitudo flegmatica: etas senectutis: antecessio satietatis antiquate cum multitudine fluxꝰ catharrosi cui successit tussis difficultas anhelitus cum oregmone et fe. lenta sputum album spumosum viscosuꝫ vrina grossa ⁊ remissa: vel karopos pulsus rarior ⁊ mollior predictis. ⁊ grauitas in pectore maior sine dolore pungitiuo plurimo lingua alba mollis in principio egritudinis et sine asperitate languescente. Signa eius que a causa cholerica sunt cum signis quibus sputum subtile citrinũ spumosum amaritudo oris pulsus spissior ⁊ vrina citrina valde subtilis ⁊ clara dolor pungitiuus acutissimus. Similiter habitudo complexio etas et tempus cholericum ⁊ asperitas lingue cum nigredine ⁊ fe. continua arsiua. Signa eius que de causa composita sunt adunatio signorum predictorum. Signa eius que fit ex pleuresi sunt antecessio signoruꝫ pleu

resis: quibus succedũt signa ista illis cessan-tib' in toto vel in parte. Si tamẽ ambo sic apparerent: essent pleuresis ꝛ peripleumo-nia simul necessario ꝑpter materie multitu dinem exuberantem.

Methodus.

Cura peri pleumonie de cã cal'a est vt primo fiat flebotomia de vena media fortis vsq ad sincopim quãdo virtus sufficeret: vel fiat scõatio flebotbomie si eger con-suetus sit. Postea die scõa vel tertia fiat cli-stere lenitiuũ dictum in frenesi vel supposi-toriũ si virtus sit debilis: ꝛ hoc continuetur omni die: neq permittat exiccari quocunq mõ cũ emplastris vnguentis electuarijs ci-bo ꝛ potu ꝛ similibus: fiat sicut in pleuresi de cã calida. ꝑpter qd indigemus fortioribus screatiuis: vt materia cũ tussi euacuet cũ in ea sit maior timor suffocatiõis q̃ in illa. Cura eius q̃ est a cã frigida est vt primo purgetur cum pillis cochijs vel cũ beneð. vel cum medicia de turbith dissoluta in sirupo viol'. ꝛ in aqua mell. vel in aqua decoctionis liq̃-ritie ꝛ ysopi. Postea die scõo vel tertio fiat flõmia de vena mediana: i alijs fiat sicut in pleuresi de cã frigida. In cã vero composita fiat cõpositio medicinarũ sĩlr ꝛ diete.

Emperica.

Dia q̃ scripta sunt in cap. de asmate. reumate. tussi. ꝛ pleuresi vtilia ad educendũ mate-rias ex pectore ꝛ pulmone cũ screatu sine tussi vtilia sunt p̃nti ca. Subdã adbuc p̃ter illa vnũ lohoch mes. positũ in suo lib. de appropriatis cõferens vitio pectoris oiquacq. ℞. papaueris albi spodij se. lini croci amigdalarũ dulciũ ana. ʒ. iij. amili dragagãti gũmi arabici se. citonior se. cucurbite añ. ʒ. vj. se. nasturcij se. borraginis amigdalarũ amararum fabarũ añ. ʒ. j. ꝛ ß. pentð. ʒ. lxx. dissoluantur pentð. in aqua fontis ꝛ coquantur ꝛ cetera cõficiant cũ duabus lib. zuccari albissimi lãbatur ex eo frequẽter inglutiendo paula-tine. Itẽ electuariũ ad idẽ. ℞. pinearũ mundatarũ amigdalarũ dulciũ añ. ℥. iij. ysopi. ℥. ß. draganti se. lini assi añ. ℥. ß. fenugreci amili succi liq̃ritie añ. ʒ. ij. se. cõium frigidorũ excorticatarũ. ʒ. ß. se. bombacis excorticati ʒ. ij. terant ꝛ conficiant cũ lib. vna zuccari: et fiat electuariũ ad modũ dyapentð. Itẽ si materia sit frigida viscosa ꝛ se. lenta confert lohoch de squilla positũ ca. de tussi i ẽpericis.

Canones.

Dia scripta in canonib' pleuresis conferunt p̃senti ca. Sed recordare q peripleumonia terminat altero triũ modorũ: sicut ꝛ pleuresis scz ꝑ resolutionẽ vel ꝑ sanationẽ vel ꝑ indurationẽ. Ex quo scire potes in pleuresi dictũ est q si peripleumonia nõ terminat per fluxũ sanguinariũ infra primos. iiij. dies vel sudorem pectoris decurrentẽ: vel nõ purget per sputũ infra. xiiij. dies in principio: terminabitur per saniationẽ ꝛ faciet empima: quare pro cura eorum recurre ad ca. de empimate Si vero a die. xiiij. vsq ad. xl. nõ mundificet a sanie ptisim efficit: quare ꝑ cura eoꝝ recurratur ad cap. de ptisi. Recordare p̃terea q qñ das sirupũ digestiuũ in aurora vel in vesperis nequaq debes dare aquã ordei: sz ante vel post per duas vel tres horas. Similiter neq cum cibo dabis aquam ordei: sed potum alium: vtpote iulep vel mellicratũ aquosũ vt sitis necessitas aut sputi siccitas ipsum postulauerit.

Pronosticatio.

Dia dicta in pronosticatione pleuresis conferunt in p̃senti ca. verũtamen dicam' ꝛ alia famosa. Peripleumonia est piculosior pleuresi propter maius impedimentũ qd fit in anhelitu q̃ in pleuresi. Itez peripleumonia fit plurimum ex pleuresi ꝛ raro per se incipiendo: ꝛ siue trãseat pleuresim siue nõ semper malum est: quia materie multitudinem vel venenositatem al's ventositatem significat. Unde Ipocra. vij. amphorismorum. In pleuresi peripleumonia maluz. Itẽ si in die quarta vel septima peruenerit fluxus sanguinis plurim' vl' sudor pectoris exuberãs constãte virtute ꝛ alleuiatione sequẽte salubre. Itẽ peripleumonia aut interficit infra vij. dies: aut transit in ptisim vt plurimum. Item si materia peripleumonie terminetur ad vias vrinales vl' faciat apostema creticũ post aures vel in inguinib' vel in alijs partibus corporis: ꝛ ꝑprie post signa digestionis in sputo et vrina ꝛ alleuiatiõe infirmi si-

gnificat salutē:finautē mortē. Itē Ipo. ij. pro-nosticorum. Si in peripleumonia an bene⁹ conspissetur sine manifesta cā: vel postq̄ causa peripleumonie cōueniēs fit vt ypocūdria et partes inferiores sint oīno absq̄ dolore ꝛ calore significat apa creticū futurum post aures: quare materia rapit ad supiora. Mō si hmōi apa maturet ꝛ saniē laudabilē generet: deinde rūpatur ad exteriora significat salutē: finautē mortē ꝑpter lesionē cerebri ꝛ timorē frenesis ex dolore forti. Itē Ipo. Peripleumonia maxie accidit gradeuis ꝛ illis qui sunt in tertia etate que senectus dr̄: ꝛ est circa. xl. annū. Ut nāq̄ pereunt ex ipsa qn̄ terminatur in eis per saniationē magis q̄ p sputū. Juuenes vero magis pereūt a pleuresi in alijs apatibus interioribus tendētib⁹ ad saniationē: cuius cā credit ex illa. Peripleumonia vt plurimū est a cā frigida: pleuresis vero ꝛ alia apata a causa calida. Item di. Ipoc. vj. amph. A pleuretide habito aut peripleumonia dyarria superueniens malū. sic si fit ꝑpter cōpassionē epatis vel multitudinē materie: sed per euacuationē creticaꝫ erit bonum. Itē si peripleumonia permutet in subeth vel litbargiā malū. Itē Ipoc. vij. parti. amphor. In peripleumonia frenesis malum supple ꝛ omnis alienatio mentis.

¶ De empimate
Capitulm quintum.



Empima dicit collectio saniei in substantia pulmonis vel ramis tracbee arterie dispse per totam eius substantiā in multa quantitate: quemadmodū in ptisi sub quantitate modica. Similiter ꝛ in pectore ꝛ in loco medio inter concauitatē costarum ꝛ cōuexum pulmonis. Fit autem ista passio aut post cathar-rum quādo nō purgat per sputū infra. xiiij. dies a sui principio: aut post pleuresim vel peripleumoniā qn̄ nō terminat per resolutionem: sed per saniationē. Signa eius quādo fit post catharrū sunt: q2 patiens sentit in gutture descensum catbarri multotiens et post illud sequitur tussis cum proiectione sputi saniosi multi vel pauci vel difficultas anhelitus quandoq̄ cū orgmone vt accidit vt plurimum pluribus flegmaticis senibus et humidis circa caput ꝛ pectoralia: ꝛ est vt plurimum cum feb. propter caliditatem saniei inflammantis cor ꝛ propter diminutaꝫ euentationem cum necessitate adaucta. Signa eius quando fit post pleuresim vel peripleumoniam sunt antecessio signoꝝ pleuresis aut peripleumonie. Et deinde per quattuordecim dies vel circa id augetur fe. ꝛ dolor pungitiuus ꝛ aduenit egestio quandoq̄ rigor ꝛ anxietas: ꝛ vniuersaliter oīa signa dicta capitulo de pleuresi. paraffo. ¶. de signis terminationis pleuresis per saniationē Fit autē quandoq̄ ista passio a casu vel vulnere penetrante in concauitatem pectoris quando sanguinis emorosagia nō fit ad extra: sed ad intus: neq̄ statim purgatur per sputum neq̄ per vulnus: quare conuertitur in saniem vel rem ventosam: nisi forte illud subito suffocatio antecedat. Unde Ipocra. vj. amphorismorum. Si sanguis in ventreꝫ effusus fuerit necesse est in saniem conuerti. Et intellige per saniem virus ꝛ omnem materiam corruptam.

Methodus.

Cura isti⁹ passionis per emplastra ꝛ vnguenta maturatiua ꝛ saniei generatiua posita supra pectus: ꝛ deinde per lohoch ꝛ sirupos screatiuos ꝛ electuaria ꝛ omnia mundificantia membra spiritualia a sanie: quorum quidem copiam reperies capitulo de tussi. ꝛ capitulo de catbarro. prout ista passio est a catbarro. Sed in capitulo de pleuresi prout fit post pleuresiꝫ vel peripleumoniam. Sed preter dicta illic addem⁹ adhuc alia. Ungatur ergo pectus totum ꝛ spina cum oleo de lilio vel aneto vel camomille vel nardino vel mixtum ex ipsis addendo aliquid butiri cere ꝛ croci: hoc enim vnguentū mitigat dolorem sui resolutione leui generat saniem sui caliditate ꝛ viscositate: vt dicit Galenus. xj. de ingenio sanitatis. Sanies generatur per medicīas calidas assantes et viscosas oppilantes poros: ita vt neq̄ resoluatur subtile ꝛ remaneat grossum: neq̄ calor naturalis euaporet: debet tamen oppilatio non esse fortis ne forte calidum naturale suffocetur: quia tunc nō generaret sanies laudabilis: sꝫ virus: ꝛ denigrare

tur membrū: et forte putrefieret et corrūperetur. vel vnguatur cū dialtea vel cum vnguento marciaton. si materia sit grossa viscosa. Et super vnguentū ponatur emplastrū tale maturatiuū calidum. ℞. radicis maluauisci cocti et mūdati intus et extra. M. ß. florū camomille viol. añ. ℥. ij. farine ordei. ℥. q̄nq; coquātur perfecte et pistentur et incorporentur cū oleo camomille et anetino qd sufficit. vel cum oleo viol. si fe. sit intensa: et cum infrigidatum fuerit statim reiteretur. Sed si materia fuerit grossa et fe. lenta adde in emplastro farinā fenugreci se. lini dragaganti gūmi arabici amigdalarum dulciū ana. Et si materia sit adhuc grossior fiat emplastrum ex semine nasturcij et se. apij et melle dispumato. Vtatur cōtinue screatiuis: scꝫ dyapenidō. dyagragāto in causa calida dyaysopo dyayris dyacalamento dyaprassio in materia viscosa frigida et mixtis i materia mixta dissolutis cum sirupo viol. vel cum melle dispumato. Dieta etiā consistit in prohibitis et permissis. Prohibita sunt oīa grossa viscosa vt carnes porcine bouine antique caseus pasta tortelle. Silr et oēs pisces nisi petrosi et cibus ois assus vel frixus et omnis cibus acetosus ponticus vel acerbꝰ et oīa acumina vt allia sinap. cepe. nisi forte q̄nq; sinap. condita cū melle vtatur lambēdo moderate ꝓpter screatū: et oēs ficus p̄ter ficus siccas pingues iuiubas dactilos: vuas maturas et auellanas. Permissa vo sunt oīa screatiua apitiua lenitiua: vt panis furfuraceus bene fermētatus bene sa. liꝰ bene coctus vniꝰ vel duoꝝ dieꝝ. Et carnes edorum⁹ pullorū perdicū auium pũarū vitelli ouoꝝ sorbiliū et vinū dulce subtile. Et iulep aut ydromel aut aqua decoctionis liquiritie ysopi. Abstineat a somno sup̄fluo proposse et proprie diurno vel ilico post cibum: neq; iaceat supine. vtatur in cibo speciebus nō acutis: vt est macis cinamomū cardamomum liquiritie crocus et similia. Sumat mane et sero d̄ isto electuario. ℞. succi liq̄ritie ysop. capill. veneris añ. ʒ. v. cardamomi piperis amigdalarum amararū aristologie rotunde se. vrtice. añ. ʒ. ij. et ß. Conficiant̄ cum melle dispumato. Hoc enī superfluitates grossas de pectore expellit. Item dragetā ad idem. ℞. liquiritie. ʒʒ. cinamomi electi. añ. ℥. iiij. garofil. ℥. ij. anisi ameos. añ. ℥. xiij. passularuꝫ enucleatarum q̄ntum de oibus: incidantur oīa grosso modo p̄ter anisum passulas et ameos et misceantur simul.

Emperica. Cōiter operātes primo digerunt materiam antecedentē si corpus est plectoricum et virtus fortis cum oximelle composito vel squillitico vel melle ros. dando quinq; diebꝰ cum aqua decoctionis passularū liquiritie ysop. vel cū aliquo sirupoꝝ dictoꝝ caplo de tussi. et caplo de pleuresi respicientiū membra spiritualia ex ꝓprietate. Post hoc ipam educunt victibus gradatiuis cum pillulis cocbijs in causa frigida vel cuꝫ pillulis de reubarba. in causa calida. Remota vero causa antecedente digerūt coniunctā cum vnguentis et cerotis dictis ibidem et est hoc. ℞. ysopi humide. ℥. xij. cere citrine. ʒ. x. olei mirrhe bdellij muscillaginis fenugreci et se. lini. añ. ʒ. vij. terebentine resine. añ. ʒ. vs. muscillagi. se. altee. ʒ. viij. redigantur mirrha et bdelliuꝫ in puluerem subtilem et cum muscillagine dissoluātur. Deinde omnia simul incorporentur cum oleo et adipe dissolutis ad ignem in casola et fiat vnguentū quod tepidum liniatur super pectus: vel fiat ex eis cerotum super coriū album molle extendat̄. Post hec vero omnia ministrāt medicinas screatiuas gradatim ad fortes ascendendo ne educat̄ sanies subtilis et grossa inspisset̄ donec suffocet vel ptisim causet. In fine vero rei totiꝰ exiccant pectus pulmonem et cerebruꝫ cum subfumigio ex thure mastice mirrha et similibus. Item electuarium pectorale et magistrale sic fit. ℞. iuiube sebesten ana. centum numero liquiritie mund. ʒ. xx. decoquantur in. vj. lib. aque donec medietas sit consumpta: colletur et addatur libra. ſ. penid. et iterum coquantur vsq; ad spissitudinē. Deinde addatur iste puluis. ℞. dragaganti gūmi arab. succi liquiritie amigdalarum dulciuꝫ amili. ana. ʒ. x. semi. portula. cucurbi. melo. mund. ana. ʒ. iiij. fiat electuarium. Confert passioni pectorali cum materia vel sine etiā cum feb. Preterea si nihil phisicalium remediorum confert: fiat cauterium cuꝫ ferro ignito in latere leso inter. vj. costā et septimā vbi est finis costarum verarum et principiuꝫ

mendosarũ et dyafragmatis: nec trabatur sanies tota simul: sꝫ paulatim. Et si sanies sit in vtroqꝫ latere oportet fieri cauteriũ in vtroqꝫ: qꝛ materia nõ potest fluere de latere ad latus pãniculo mediastino ꝓhibente: et fit cauteriũ latum: subtile ꝛ actuale. Consulo tamẽ ꝙ tales operationes potiꝰ relinquãt.

Canones.

Si fuerit a pleuresi vl' peripleumonia cura pficitur duplici intentione: scꝫ cũ maturatione saniei ꝛ mũdificatione eiusdẽ. Sꝫ a catbarro tribus indiget: qm̃ vtraqꝫ pred. ꝛ cõfortatione particule mãdantis ne trãsmittat superfluitates ꝛ cõfortatione recipientis ne recipiat ꝛ boc p stiptica. Prima igitur intentio oportet vt premittatur in ordine: quoniam non fiet error debite curationis.

Pronosticatio.

Empima ꝛ emorroys raro in senibꝰ maturant: imo suffocãt ante maturationẽ ꝓpter debilitatẽ caloris naturalis ꝛ multitudinẽ materie a frigiditate. Itẽ empima cum oregmone ꝛ difficultate anbelitus plurima et sputo modico mortale. Itẽ empima si non mundificet infra .xl. dies a die gñationis saniei transit in ptisim ꝛ post in mortem.

De ptisi. Capitulũ .vj.



Ptisis est vlcus pulmonis cũ cõsumptione totiꝰ corporis a calore febrili etbico siue calore artificiali occulto lẽto mẽbris ꝛ bumiditatibus eoꝝ in toto. Fit aũt ab omni qd̃ corrodit ꝛ vulnerat substantiã pulmonis vl' velamina eius q̃ sunt decem numero. Primum est catbarrus acutꝰ de cbolera vel flegmate salso cronicus ꝑdurãs. Scd̃m est squinãtia vel apostema vuule quãdo facit rupturam ꝛ sanies descẽdit ad pulmonẽ. Tertiuꝫ est pleuresis aut peripleumonia qñ terminat per saniationẽ: ꝛ sanies nõ purgatur infra .xl. dies a die rupture. Quartum est retentio menstruoꝝ ꝛ emorroidaruꝫ q̃ diu in corpe retenta corrũpunt in pessimas qualitates et transmittũt fumos venenosos ꝛ caprinosos ad pectus: boc tñ raro fit. Quintũ est frigiditas aeris inspirati cõstringẽtis membra spũalia: vt accidit pastoribus ꝛ viatoribus. Sextum est caliditas aeris exiccãtis ꝛ scindentis ptes pulmonis: sicut in fabris ꝛ aratoribus. Septimũ est irregularis atqꝫ diminuta cordis euẽtatio: sicut accidit babitantibus in mõtibus ꝛ cauernis. Octauũ est tussis assidua cronica q̃ suo motu forti rumpit velamina pulmonis: sicut accidit senibꝰ dormire non potẽtibus ex catbarro: ꝛ etiam fit a motu forti: sicut accidit excãtantibꝰ ꝛ leuãtibus res ponderosas cum retẽtione anbelitus vebementi. Nonũ est sputum sanguĩs quod si cõsolidari non potest: conuertitur in saniem que sui nitrositate ꝛ caliditate corrodit pulmonẽ cum oĩs sanies generetur ex bumoribꝰ per viã assationis. vt ignis generat ex lignis viridibꝰ per viã adustionis: vt dicit Gal. in cõmento illius ampbo. secunde particule. Circa generationẽ saniei ꝛc. Decimũ est vomitus laboriosus: qꝛ propter fortem motum stomacbi ꝛ ysopbagi ꝛ retẽtionem anbelitus ꝛ attractionẽ bumoꝝ ad pectoralia rumpũtur vene debiliter cõtexte in pectore ꝛ pulmone. ꝛ ꝓprie in babentibus membra spiritualia rara ꝛ debiliter ꝯtexta Sed ex quacũqꝫ causa veniat ptisis eadem sunt signa: cura: ꝛ ꝓnosticatio. Signa ptisis trabũtur ex quinqꝫ rebus. Prima est tussis: quoniã in ea fit tussis frequens: ꝛ ꝓprie per noctẽ cum proiectione sputi saniosi vel sanguinolenti. Secunda ab babitudine corporis: quia fit in ipsa collum gracile ꝛ corpus macrum quod de die in diem minuit ꝛ epyglotus eminet. Tertia a calore: quia est cum febre lenta ad tactum primum: sed acuta ac vebemens quando manus diu ponitur super corpus ꝛ ista fe. inflãmatur magis solito post sumptionem cibi per vnã vel per duas boras quando nutrimentum spargitur supra membra: sicut aqua frigida super calcem viuam que sunt propria signa etbice. vt dicit Galenus. x. de ingenio sanitatis. Quarta a pulsu: quoniam fit necessario subtilis. paruus debilis strictus. Quinta ab vrina: quia est subtilis nõ tincta. sed valde oleaginea in superficie. Hec ergo omnia aggregata conferunt ꝛ ptisim signant perfectam et presentem. Sciendum preterea ꝙ vlcus pulmonis vel est recens non confirmatum. Cuius signa sunt: quia nõ expuitur sanies

Sig ptisis ... ex .5. rebꝫ

pura: sed sanguini permixta. Similiter et est modica quare recipit curationem et perfectam consolidationem: vel est largum et confirmatum et antiquum. Cuius signa sunt: quia sputum est saniosum purum et liuidum fetidum plurime quantitatis: quare recipit curationem non perfectam: sed blanditiuam solum que consistit in prolongatione vite: quod quidem propter assiduum motum et fortem pulmonis: quia est vlcus non potest consolidari cum ad hoc requiratur quies diuturna. Unde refert Auicenna. iij. canon. fen. x. cap. de ptisi. quod conseruauit quandam veterem mulierem ptisicam quatuordecim annis et dabat ei zuccarum rosaceum vetustissimum ad manducandum omni die quantum sumere poterat etiam loco panis et alteriusque cibi.

Methodus. Cura ptisis prout fit a catharro continet in se omnes cautelas et medicinas vtiles atque necessarias pro cura cuiuscumque ptisis: quare de ipsius cura loquemur principaliter quemadmodum in libro regi. acutorum. assumit pro exemplo pleuresim: verumtamen intelligit curam omnium egritudinum acutarum tam cum apostemate quam sine apostemate cum in cura pleuresis concurrunt omnia necessaria in cura cuiuscunque febris acute. Cura istius ptisis in duobus consistit: scilicet dieta et medicina. Dieta est ordinatio sex rerum non naturalium ad temperamentum: declinando tamen aliquantulum ad frigidum et humidum. Aer igitur sit coopertus ab omni vento et proprie meridionali et septentrionali. Camera eius subfumiget in hyeme ligno aloes vel mirrha storace et iunipero. Si in estate et rosarum sandal. nenuph. folijs populi vitium et salicis. Panis similagineus non bene fermentatus: vtatur riso vel farre condito cum butiro. similiter et pulmento facto ex decoctione ordei excorticati vsque ad fracturam granorum: quod deinde colletur: et in collatura amilum condiatur cum lacte vel butiro. Et si debilem habeat stomachum addatur modicum de puluere cinamomi. Sed caueat a rebus acutis omnino: et proprie a pipere et sinapi: quia sanguinem acuunt et vlcus faciunt elargari. Utatur carnibus pullorum edorum perdicum fasianorum et magis assis quam elixis: nisi debilitas stomachi contradicat. Similiter vtatur bonis piscibus de aqua currenti petrosa preparatis cum aneto et sale vel piscibus maris. Similiter cancris pinguibus nutritis cum lacte ablatis primo extremitatibus et ablutis cum lixiuio perfecte. Item vtatur lacte asinino vel caprino cum mica panis vel cum melle vel cum zuccaro vel modico salis: nisi fuerit venter solutus superflue tunc enim non ponatur sal: sed proijciantur in eo lapides igniti vsque ad consumptionem sui totius. Et cum ipso non vtatur diuersitate ciborum: duobus duntaxat quia corrumperetur omnino: Et decoquantur interdum carnes leues in lacte: sicut perdicum caponum pullorum: verumtamen oportet vt sint sepe elixe priusque ponantur in lacte. Et iterum vtatur pultibus ex farina simile vel auene conditis cum lacte: et iterum ex lacte et vitellis ouorum: fiat sorbitio delicata. licet sunt mulieris lac sit maxime proportionatum corpori nostro: tamen propter abominationem postponunt ipsum. In potu autem vtatur vino dulci et suaui. vina autem fortia calida et vaporosa vel stiptica et acerba omnino deuitet: quia fortia corpus exsiccant: sed acerba sputum prohibent. Misceat autem vinum suum cum aqua pluuiali et zuccara cum qua conuenit vt coquantur etiam sua cibaria: vel cum aqua fontis vel fluminis currentis: de oleribus vtatur parum et raro: de fructibus vtatur vuis iuiubis auellanis. Sed piris nequaquam: nisi fortassis post cibum cum zuccaro conditis et assatis. Gaudeat ocio tripudijs et gaudijs et solatijs ac omni quiete: quia omnis motus acuit sanguinem. Similiter et grandis vociferatio quecunque: dormiat non super cibum: sed quasi facta prima digestione et iaceat erectus quasi sedens propter facilitatem anhelandi et expuendi: non in die dormiat nisi somnum nocturnum perdiderit: caueat ab ira tristitia et omni passione prepostere a coitu omnino abstineat. vtatur ista dragea. R. passularum enucleatarum partes duas: liquiritie minutissime incise se. communium frigidorum ana. partem vnam. Cura autem per medicinas consistit in tribus: scilicet in remotione cause reumatice: et cura vlceris: et remotione accidentium que concomitantur. Causa autem reumatica dupliciter curatur. Primo quidem cum prohibitione rerum nocentium. Secundo cum approxima-

tione iuuantium. Res nocentes sunt reple/
tio cibi potus ⁊ vsus vini: quapropter opor
tet vt non detur nisi parum ⁊ adaquatum val
de cū aqua mellis vel zuccari. Similiter ⁊ vi
gilie nocturne ⁊ somn⁹ diuturnus: ⁊ proprie
super cibum aut capite depresso. Similiter
⁊ sternutatio cum cruditate materie: post ma
turationem vero est optima: ⁊ frigiditas ae/
ris ⁊ omnis vomitus ⁊ balneari post come/
stionem cibi ⁊ post ablutionem capitis: opor
tet bene cauere a frigiditate aeris continen
tis: tamen conuenit quandoque balneari post
comestionem propter extenuationem corpo
ris superfluam: quam postea dicemus. No
cet preterea motus capitis: sed prodest mo/
tus membrorum inferiorum. Res vero iuuā
tes sunt quatuor. Prima est euacuatio mate
rie a cerebro. Secunda est diriuatio eius ad
nares. Tertia adequatio materiei. Quarta
prohibitio fluxus ad pectus. Euacuatio fit
cum pillulis cochijs famosis quas dicemus
capitulo de debilitate stomachi cum de em/
periciis loquemur. verūtamen non fit huius
modi euacuatio propter ptisim: sed propter
catharrum: et proprie premissa materie di/
gestione cum melle rosato collato ⁊ sirupo
acetoso composito ex oximelle composito quō
cunque ex eis presto fuerit. Et oportet vt po/
tetur hic sirupus septem diebus assiduis in
aurora dādo. ℥.ij. cum aqua decoctionis yso
pi liquiritie cubebe nucis muscate ⁊ similiū
ducentium virtutem ad caput. Et ijs die/
bus calefiat omni mane caput eius cum pā
nis calidis vsquequo sentiat penetrare cali
ditatem ad interiora. Facta aūt purgatiōe
fiat omni septimana semel euacuatio cū cli/
steri attractiuo et geralogodio dissoluto et
mellicrato ⁊ decoctiōe rute ⁊ maiorane nisi
venter esset per se solutus. Deriuatur vō ma
teria ad nares ⁊ ad alias partes vicinas cū
pillulis dyacastorei dissolutis in succo rute
que sic fiunt. ℞. castorei apij croci. ʒʒ. piretri
euforb. elaterij mahathematicon leucopipe
ris nigelle stafizagrie epithimi spice ellebori
albi āā. ʒ. j. confice cum succo blete vel caulis
in forma piperis: ⁊ oportet vt corpore iacen
te supino naribus suggat vehemēter: ⁊ post
hoc ore aperto ⁊ facie reuersa dimittat egre
di omnino. Post illud vero fiat sternutatio
omni die in ieiuno cum hoc sternutatorio. ℞.

castorei condisi cubebe rof. masticis partem
j. piperis longi. par. ß. musci grana. xx. Item
super caput ponantur (pilis abrasis) rubi/
ficantia sicut est emplastrum ex sinap. ⁊ mel
le ⁊ stercore columbino et sale quod teneat
omni nocte: primo tamen calefaciendo cum
pannis calidis antequam emplastrum appona
tur. Cum autē vadit dormitum fiant frica/
tiones circa brachia ⁊ crura: quod si omnia ista
non contulerint: fiat cauterium in cōmissura
cranei. Adequatio materiei fiat cum odora
tionibus euaporationibus ⁊ inunctionibus.
Odoramenta sic fiunt. ℞. storacis calamite
lapdani. ana. par. j. ligni aloes boni nigelle
romane cubebe mirrhe. āā. par. quatuor: fiat
pomū cū cera ⁊ pice sufficientibus ad cōglu
tinationē. Euaporationes fiunt cū milio et
sale ⁊ stercore columbino facto supra caput
tpe calido. Si vō talis euaporatio vigilias
educeret: fiet solū cū ligno aloe storace cala/
mita ⁊ cū ꝓdicta medicina. Unctiones autē
fiunt circa extrema ⁊ testiculos cū oleo sam/
bucino ⁊ oleo de lilio ⁊ silibus desiccātibus.
Et caput epithimetur cū costo spica mir/
rha et pauco castoreo tritis subtiliter et in
oleo rof. dissolutis. Prohibitio autem flu/
xus cōplet sex rebus. s. gargarisatione subfu
migio retētis in ore odoramētis deglutiōib⁹
⁊ ijs que lambunt. Gargarismata sunt cum
vino decoctionis olibani aut san. draconis:
aut masticis: aut dragaganti. Fiant etiā for
me sicut auellane ex eis cum quibus fiat subfu/
migatio ex storace sicca ⁊ olibano ⁊ xiloaloe
⁊ san. draco. simul mixtis. Retēta in ore sunt
℞. olibani dragagāti mirrhe croci spice ma
sticis storacis. āā. par. j. opij tertiā illi⁹ partē.
Fiant forme siles lupinis et teneātur in ore
preterquam deglutiant saliue eoꝝ. Odoramēta
sunt. ℞. ligni aloes boni ⁊ electi ptes. vj. gal
lie muscate. p. iij. ambre bone. ptes. ij. musci.
p. ß. fiat ex eis pomū cū glutino dragagāti ⁊
odoret. Que lābunt ⁊ deglutiūtur sunt. ℞.
thuris masticis. ptē. j. mirrhe opij croci. āā.
p. illius tertiā. liqritie. p. j. fiāt pillule ⁊ admi
nistrent. Et hec sufficiāt de prima parte cu/
re principalis per medicinas que fiūt circa
remotionē cause catharri. Videamus conse
quenter de scđa que est vlcerum desiccatio ⁊
cōsolidatio: sed quia exsiccatio nō pōt fieri nisi
sanie mūdificata, opꝫ primo mūdificantia

catharrū ⁊ saniē pmittere. Ad saniem autē vel catharrū de pectore educendū quatuor fiunt medicine.s.sirupus electuariuz trocisci ⁊ pillule. Sirupus. ℞. liquiritie ʒ.ij. capill. veneris ʒ.s. ysopi sicce ℥.s.⁊ ℔. psyce super illud quatuor lib. aque ⁊ dimitte per diē ⁊ noctem: deinde decoquatur ad medium. Post/ea proijciat super illud mel zuccaruz penid. oīm. aā.℥.viij. aque rof. ℥.vj.⁊ ℔. ⁊ cuz aqua zuccari vel cum aqua ficuum administrētur. Electuarium est. ℞. papaueris alb. spodij se.lini torrefacti croci amigdalarum dulciū aā.℥.iij. amidi dragaganti gūmi arabi.se.citoniorum seminis bombacis amigdalarum amararum fabarum aā.ʒ.s.⁊ ℔. penid. ʒ.lxx. dissoluātur penidie in aqua fontis ⁊ coquantur ⁊ conficiant cum eis res predicte. Dos. ʒ.s. cum aqua mellis. Pillule sunt pillule bi/chilie diuerse addito ysopo in eis quas ifra dicemus. Ad vlcerum autez consolidationē cuz tempus affuerit qđ erit mundificato ipso a sanie possunt fieri quatuor remedia: scz sorbitio: mellicratum: confectio: ⁊ suffumigiū. Sorbitio fit ex pultibus supradictis. Mel/licratum sic fit. ℞. san. dracoñ. boli armenici terre sigillate dragaganti aā. partem.s. bul/liant cum aqua ⁊ melle ⁊ fiat ex eis mellicratum. Dosis. ℥.ij. cū aqua decoctionis passu/larum. Confectio fit sicut dyaciminum cuz athanasia mixtū. Suffumigiū cum trafecto/rio sic. ℞. arsenici pipis aā. p. equales. fiāt ex eis forme sicut aueliane cū albumine oui. Restat modo videre de tertio principali de remotione scilz accidentiū possibilium con/comitantiū hanc egritudinē ⁊ sunt multa scz feb. consumptio corporis totius fluxus san/guinis per sputum. fluxus ventris: constri/ctio ventris: difficultas anhelitus: debili/tas digestiue et appetitiue. Feb. autem si superueniant et consumptio totius corpo/ris curantur cum dieta humida ⁊ cum exhi/bitione lactis asinini vel caprini. Modus autem traditur a Gal. septimo de inge. sanitatis. Et ab Auicen. iij. canon. x. capitulo de cura vlceris pectoris ⁊ pulmonis quam plene scribemus capitulo de feb. ethica si deus voluerit. Verūtamen prout nunc sufficit premittatur balneum aque dulcis. deinde cum exierit: detur lac ad potandum vsq; ad v. vel. vj. ℥. ⁊ vngatur totum pectus ⁊ dorsuz cum isto vnguēto. Recipe populeon par. ij. butiri recentis partem.s. incorporentur simul cum oleo rof. Aut vngatur cum aliquo solo ex eis si presto singula non habeantur vel fomentetur cum pannis mollibus infu/sis in lacte receñ. vel cum huiusmodi. Reci/pe muscillagi. psillij muscillaginis draga/ganti ⁊ semi. citoniorum olei viol. lactis aā. partes equales. Et post balneetur iterum cum lac videtur esse digestum quod forte eē poterit transactis tribus vel quatuor ho/ris post assumptionem lactis. Aliquādo autem si velles augere screatuz cuz lacte oportet miscere puluerem cancrorum adustorum et ysopum. Si vero feb. augeatur post exhi/bitionem lactis tunc nō detur lac nisi de quo sit extractum butyrum. Fiat preterea epithima super epar. Recipe tamarindorum ab/sinth. solatri. aā. par. ij. spodij. par.s. cāphore. par. ℔. bulliat hoc totum in tribus parti/bus aque ⁊ in parte.s. aceti ⁊ epithimetur epar cum pecijs infusis ⁊ aliquantulum ex/pressis tepidis. Caueat tamē ne tāgat dya/fragma: quia propter frigiditatem induce/ret malitiā anhelitus spasmosam. Et aliud epithima fiat supra cor. ℞. se. rof. buglosse boraginis. aā. partem vnam. margaritarum partes duas. bulliātur primo semina in. xij. partib⁹ aq rof. ⁊ partē.s. aceti. Et post hoc addantur margarite ⁊ in ipso tepido pecie imbibite de sindone vel de scarlato frequenter supra cor ponātur. Cauendū tamen semper ne fortassis malitiā anhelitus inducat propter causam dictam: tunc enim remoueatur ⁊ fiat inunctio ex croco ⁊ butiro ⁊ detur predictus sirupus screatiuus. Detur pre/terea electuarium restauratiuum de testudinibus quod sic fit. ℞. liquiritie rof. zuccari. aā. ℥. vnam floris vue agrestis. ℥. ℔. succi li/quiritie amidi portulace. se. lactuce. semi. scariole. aā. ℥. ℔. gariofil. ʒ. x. cinamomi. ʒ. vnam zz. storacis. aā. ʒ. duas. croci. ʒ. vnam penid. ℥. duas. semi. melonis cucur. cucumeris citruli. aā. ℥. vnā ⁊ ℔. seminis citoniorum. ʒ. tres. amigdalarum pinearum sebesten. aā. ℥. vnā se. malue viol. aā. ʒ. duas. Conficiant cum sirupo rof. ⁊ vtatur hoc modo quo voluerit. Si autem vis ponere testudinem decoquat testudo bene postea pistetur ⁊ exprimat et ponatur collatura cum rebus pdictis ⁊ po/

tetur sirupus ros. si venter nō sit cōstipatus sed solutus: sed sirupus viol. si sit constipa/tus. Item potest fieri vestis quedam de sub tilissimo corio albo continens pectus et dor sum que tota perungatur ex muscillaginib⁹ predictis: ⁊ eger ipsam teneat in dorso post exitum balnei predicti. Ad tumorē pedū fiat ablutio de nocte cum vadit dormitum ex aqua decoctionis salute ⁊ camomille. ad flu xum sanguinis per sputum vel a malicia re/giminum fiat trocisci huiusmodi. ℞. terre sigillate. ʒ. tres: boli armenici ros. rub. aā. ʒ. decem: carabe granorum mirti. aā. ʒ. xv. co/ralli dragaganti spodij sanguinis dracon. lapidis ematistes aā. ʒ. quinq̄. gūmi arab. succi liquiritie aā. ʒ. septem. Conficiantur cum portulaca et aqua rosacea. ⁊ confician/tur ex eis trocisci. ʒ. vnius. de quibus biba/tur vnus cum aqua cisterne vl' aqua pluuia li. Caue tamen semper ne per hec stiptica sputum prohibeatur omnino vel fiat diffi/cultas screandi superflua: immo quādo hoc vides statim redi ad screatum. Ita vt modo ad stiptica modo ad screatiua procedatur: vt sic fiat vlceris vicissim mundificatio et sanguinis restrictio perfecta. Ad fluxum vē/tris si contingat: fiat puluis iste restrictiuus ℞. gummi arabici spodij bol'. armenici. se/mi. mirti. aā. ʒ. vnam. dentur in die de ipso. ʒ. tres. cum sirupo de papauere vel sirupo ro saceo. vl' rob mirtino. ⁊ ponatur in lacte eius zuccarum modicū ⁊ circa temporis prioris quia successiuum est. Si autem venter non lenitur sed est constipatus tunc multiplica sal in lacte ⁊ leniatur cū sirupo viol'. in quo dissoluatur māne aut cassiefi. ℥. ß. Ad difficul/tatem ānhelitus fiat vnctio cum butiro ⁊ pe/ctori superponatur. Et tunc vtatur omnib⁹ medicinis supradictis screatiuis postponē/do tunc stipticas. Et vniuersaliter scire de/bes ꝙ quando simul aduenit duo accidē tia contraria vt fluxus sanguinis: ⁊ difficul tas anhelitus: tunc oportet pariter intende re fortiori ⁊ quod magis timetur reliquum dimittendo donec primum mitigetur. Verū si contigerint ambo simul equaliter augmē tari: tunc eger in itinere mortis est quare ꝓ/nosti. relinquatur. Ad debilitatem digestiue stomachi fiat suffumigatio pannorum cū ligno aloes ⁊ masticis ⁊ thure combusto su/per carbones ⁊ supponatur stomacho actu calidus. Et deferat assidue puluinar de plu mis super ventre. Ad confortationem appe titiue fiat aliquando epithima super sto/macho ex ros. mastice absinthio. ⁊ vino cito/niorum bullitis in aqua ⁊ modico aceti vel vngatur stomachus ex oleo costino: ⁊ oleo ma sticino: ⁊ modico puluere gariof. mixtis ⁊ ca lefactis per se in vase duplici.

Emperica.

Licet intentiones in cura ptisis sint diuerse prout in canonibus dicemus Precipue tamen intendendo circa catharrū restringendum cum stipticis ⁊ circa vlceris mundificationem cū screatiuis. Pilliule bi/bilate ad screandum sic fiāt. ℞. succi liquiri/tie zuccari. aā. ʒ. x. amili dragaganti amigda larum excorticatarū. ʒ. v. informentur pill'e et teneatur vna sub lingua ⁊ degluttiatur ei⁹ saliua quia screare facit. Pillule screatiue ad catharrum sic fiāt. ℞. storacis dragagan ti olibani se. ros. granorum granatorum ber beris opij ana partes equales informentur pillule ad modum lupinorum ex quibus vna vel due patienti detur et aspergatur cum muscillagine semi. citoniorum in sero quando eger vadit dormitum quia cathar/rum restringunt. Electuarium preterea sublime ad consolidationem vlceris pecto/ris ⁊ pulmonis ⁊ eius mundificationem sic fit. Recipe succi liquiritie. ʒ. x. ysopi capil/lis veneris siccorum semi. vrtice yreos ana. ʒ. quinq̄ semis feniculi. ʒ. q̄tuor. pulueris plantaginis sicce. ʒ. x. ros. rub. siccarum. ʒ. se/mis pulueris cancrorū adustorum. ʒ. xv. co/ralli spodij. ana. ʒ. quinq̄. mellis ros. quod sufficit: conficiatur ⁊ fiat electuarium. Vel autem colletur: teneatur autē in ore vt lam bendo descendat. Confectio trocisci de pa pauere qui sunt vtiles ad mundificandum vlcus a sanie. ℞. se. papaueris albi medulle cucurbite ⁊ citrull. ana. ʒ. viij. amili dragagā ti gūmi arabici succi liquiritie. ana. ʒ. quinq̄ thuris boli armenici sanguinis dra. karabe ana. ʒ. duas mirrhe cinamomi opij ana. dragmam vnam. fiant trocisci cum rob de vino ⁊ sit vnusquisq̄ dragmarū duarum. su matur vnus mane ⁊ sero cū rob de mirtis. Ex confectionibus preterea sublimibus

ad mundificandum vlcus per screatum simi liter ꝛ ad consolidandum atqꝫ cacharrum re stringendum est dyadragantum famosum ꝛ vsitatum: quoniam est lenitissimum hume ctatiuum infrigidatiuum cuꝫ stipticitate oc culta infixa: sed in mundificatiuis delectabi libus ꝛ proprie in corporibus debilibus de licatis est dyapenidõ. quemadmodum ex screa tiuis fortibus acutis ꝛ proprie accidit asma ex sputo retento dyaprassium dyacalamen tum ꝛ dyayris ex quibus lambatur frequen ter. qꝫ si quandoqꝫ per huiusmodi electua ria sputum superfluxerit vel sanguis cuꝫ spu to abstinendum est ab eis ꝛ intendendum re strictiuis. Suffumigium subtilians sputum grossum in pulmone sic fit. ℞. aristologie ro tunde mirrhe storacis thuris. añ. ʒ. vnam ar senici rubei. ʒ. tres. Fiant pillule cum butiro vaccino ad modum auellane. Et cum tussis fuerit difficilis ꝛ sine sputo ponatur vna su per carbones ꝛ fumus omnis capiatur. In ptisi preterea cuius vlc⁹ est recens ita qꝫ ad huc expuitur: potest fieri flebothomia diuer tens a principio de vena mediana vel basi lica si virtus ꝛ etas consenserint vel vento satio in natibus: sed non in spatulis ne for te pectus anxietur. Similiter ꝛ super adiu toria super cubitum sine scarificatione. In ptisi similiter si venter restingatur: fieri po test clistere lenitiuum dictuꝫ capitulo de fre nesi. Et si necesse fuerit: possunt laxari cum. ℥. vna manne: vel cum. ℥. vna medulle cassie fistule dissolute in aqua decoctionis ordei vl' prunoruꝫ: sed non dentur medicine acute qꝛ acuerent sanguinem ꝛ augmentarent vlcus nisi forte cuꝫ duobus predictis ponatur reu bar. ʒ. ß. in substantia: aut. ʒ. ij. in infusione: quia licet reubarba. acuat sanguinem per se veruntamen infrigidat per accidens educen do choleram. Cibus preterea mundificati uus ꝛ consolidatiuus est sumere sepe in ieiu no ꝛ hora maioris quietis: ꝛ proprie si non sit ibi complicatio feb. putride lac recẽs asi ne vel capre cum zuccaro in quo sit aliquid thuris vel sang. dra. vel zuccari ros. veteris. Sed cibus nutritiuus ꝛ consolidatiuus con ficitur si ponant cãcri viui in aqua bona ca pti vel pisces petrosi parui in lacte recẽti ca prino vel in aqua ordei vel risi positi donec repleant. Deinde in codeꝫ lacte coquantur ꝛ comedant: deinde si potetur lac recens bul liat cum calibe ignito. Similiter ꝛ si pultes ex farina ordei vel risi vel simile vel amili cõ ficiantur cum eodem. Sed nutritiuus cibus mundificatiuus ꝛ consolidatiuus est lac ca pre pascentis herbas frigidas est bonũ se rum cum bibit recens atqꝫ calidum ex ma millis per se sine addito: ꝛ proprie in ieiuno vel hora maioris quietis si stomachus in ip sa delectetur: neqꝫ fe. putrida complicetur. Quoniã in lacte trina substantia reperitur. Prima serosa frigida et humida de natura aque: quare mundificat ꝛ abstergit. Et licet aliqui dicant qꝫ sit calida ꝛ sicca: intelligũt prout eis cõmiscetur coagulum: sicut accidit in sero cuius caseus est extractus. Secunda vero butirosa calida ꝛ humida: quapropter incarnat. Tertia caseosa frigida ꝛ sicca que consolidat perfecte. Ex confectionibus sub limibus preterea est zuccarum ros. purum vel sic mixtum. ℞. zuccari ros. lib. ſ. karabe margaritarum non perforatarum ossis de corde cerui sang. draco. añ. ʒ. ij. macis croci opij. añ. ʒ. ß. misceantur: ꝛ de ipso sumat om ni mane ꝛ semper ad modum nucis magne: quia calorem reprimit: corpus refrigescit: ꝛ vlcus constringit: ꝛ proprie si fuerit vetustuꝫ per vnum annum integrum reseruatum et virtus propinqua ꝛ consimilis est dyarodõ abbatis. Sed ad extinctionem caloris feb. ꝛ sitis vehementis ꝛ inflãmationis epatis et stomachi cõferunt trocisci de camphora qui sic fiunt ẞm Mesue. ℞. fol. ros. ʒ. iiij. spo dij. ʒ. ij. sandal. ci. ʒ. ij. ꝛ. ß. croci. ʒ. ſ. succi liqui ritie. ʒ. ij. semis citruli melonis cucumeris cu curbite draganti spice. añ. ʒ. ſ. ligni aloes cardamomi amili camphore añ. ʒ. ſ. zuccari tabarzeth terentabin añ. ʒ. iiij. Confice cum muscillagine psilij ꝛ aqua rosarum. Et si in confectione augmentes spodium ad. ʒ. iiij. ꝛ se. portulace ad. ʒ. ij. vocabuntur trocisci de spodio: ꝛ tunc fiunt magis infrigidatiui ꝛ ex tinctiui. Fiũt autem aliter trocisci huiusmo di. ℞. spodij. ʒ. iiij. ros. ʒ. vij. se. malue se. por tulace cucurbite draganti spice celtice gũ mi arabici liquiritie ligni aloes cardamomi añ. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. camphore. ʒ. ij. confician tur cum muscillagine psilij: ꝛ detur vnus se ro cum itur dormitum cum sirupo ro. ꝛ aqua psilij. Contra sanguinis fluxuꝫ superfluum

cum sputo dentur trocisci de karabe qui sic fiunt. ℞.karabe: gūmi arabici lacce balaustie ypoquistidos. ana.ʒ.v. thuris.ʒ.ij. opij.ʒ.ſ. fiant trocisci cum muscillagine psilij. detur. ʒ. vna cum.℥. vna aque sumach. Et descriptio fortior et melior eorum est hec. ℞. sanguinis draconis thuris ana.ʒ. tres et. ℈. vnum. karabe.ʒ. quinque. lapidis ematistes terre sigillate aā.ʒ quatuor alumis.ʒ.ij. et ß. balaustie.ʒ.iij. opij.ʒ.ſ. fiant trocisci cum succo plantaginis vel portulace. et quilibet.ʒ.ſ. vel ß. detur cum aqua decoctionis plantaginis vel portulace.

Canones.

Ptisis grece cōsumptio est latine. Quapropter oīs consumptio corpori nostro superueniēs pōt ptisis nominari. Propter quod sciendū ē qꝫ ptisis large sumpta est duplex: scilicet naturalis et innaturalis. Naturalis est illa que accidit senibus et defectis ex etate. Innaturalis est duplex: vt dicit ysaac libro suo de fe. quia quedam est cū feb. quedam est sine fe. Illa que est sine feb. est duplex. Nam quedam est que fit a causa calida: vt quando aliqui fumi adusti expirant. Idcirco et consumuntur humiditates capsule cordis ꝑut accidit illi synthe: de qua loquitur Gal'.ij. de interioribus. Non enim quelibet cordis inflāmatio est feb. licet econuerso. Quedaꝫ vero a cā frigida: vt in ethica senectutis: hec enim est mala complexio frigida et sicca valde que opponit̄ nutritioni quapropter in ipsa corpus consumitur vt accidit vt plurimū corporibus melācholicis per naturam. Que aūt cum fe. est duplex; quedam fit ꝑ se incipiendo et est de numero eorū que raro cōtingunt: vt dicit Gal'.ij. de crisi. circa finem. Alia vero consequendo egritudines alias et hoc dupliciter: quia vel consequitur fe. et ita fit vt plurimū. Nam vt plurimū omnis fe. putrida quādo ꝓlongatur: tendit ad ethicam et arefactionem: q: membra radicalia inflāmantur ꝓpter diuturnam inflammationem spirituū et humoꝝ vel consequit̄ pleuresim et peripleumoniā aut aliquā aliā decē causarū in principio capituli positarū et sic sumit̄ in presenti. Item sciendum qꝫ in cura pleuresis oportet medicū inspicere sex intentiones. Prima est ad mūdificationem vlcerū a sanie: q: vlcus est vulnus cōpositus cum sanie; quapropter nō consolidatur nisi prius exsiccetur: vt dicit Gal'. in tegni ca. de cura solutionis continui composite. et sic competunt acuta riptica velut sunt ysopus prassium et squilla. Scd'a vero ad consolidandum vlcus mundatum: et sic competunt sicca glutinosa vt trocisci de karabe. Tertia vero ad ꝓhibendum consumptionem corporis et sic competunt humida nutritiua vt lac carnes et similia. Quarta vero ad extinguendū calorem febrilem et sitim et sic competunt frigida omnino velut trocisci de campho ra et vnguētum populeon et similia. Quinta ad mitigationē doloris et sic competunt anodina vt camomilla vel narcotica vt opium. Sexta est ad restringenduꝫ catharrū in capite: et sic cōpetunt emplastra rubificatiua super caput et sic patet quare actores vtūtur medicinis contrarijs in capitulo ptisis.

Pronosticatio.

Ptisis antiqua nō recipit curationē verā sed blanditiuā et dilatoriā, sicut nec prima spēs ethice. Itē qn̄ sputū ptisici cadit sup terrā calidā vel lapidē vel carbones et fetet: mortale est. Caue tn̄ ne illud fit ꝓpter ēpima q: et illud fetet. Oportet igit̄ vt sit fetor grauis velut corij assum: qm̄ sic accidit ꝓpter substātiā pulmōis. vn̄ ypo. v. pti. amph. Qui a ptisi molestant̄ si sputū qd'cūqꝫ spuūt graue fetet super carbones effusuꝫ et capilli a capite fluūt mortale. Si sputū ptisici ad fundū aq̄ ceciderit: signat vlc' cōfirmatū nisi acciderit fortassis ꝓpter flegma grossuꝫ cōmixtū sputo. Distingue ergo īter saniē et flegma. Si vo natet in medio rūc vlc' tēdit ad ꝯfirmationē qꝫ si locū supremuꝫ obtinuerit vlcus significat recēter inchoatum cuꝫ bona spe salutis. Itē dicit Aui. In mulieribus pueris et senibus et carnosis pōt ptisis longo tpe palliari. Iteꝫ Ipo. v. pti. amph. A ptisi habiti dyarria superueniens malū. Itē si ceperint capilli cadere: vngues incuruari: appetitus ꝓsterni: anhelit' fieri difficilis: et os fetere: et sputū retinerit: venter fluere: crura inflari propinqua est morti. Iteꝫ ptisici plurimū moriunt̄ in antūno: sicut et ethici. vn̄ Ipo. iij. pti. āph. antūnus ptisicis malus. Et cauendum est

medico in cura ptisicorū ⁊ ethicorꝝ: quia moriendo loquūtur ⁊ loquēdo moriūtur. Item viris ⁊ mulierib⁹ ab ãno. xviij. vsqꝫ ad. xxxv. si ptiſ superuenerit raro curatur ⁊ raro occultatur ꝑpter caloris innati feruorē. ante ꝯo et post raro fit ⁊ plurimū occultatˀ. vñ Ipo. v. pti. amph. ptisis fit maxie etatib⁹ a. xviij. vsqꝫ ad. xxv. annum.

¶ De sputo sanguinis ⁊ emoptoica passione. Cap. vij.

Sputum sanguinis pōt ꝓuenire a q̃tuor locis scꝫ stomacho pectore capite ⁊ gingiuis. Et siq̄dem a stomacho ⁊ pectore emoptoica passio nūcupatˀ. Signa eiꝰ cuꝫ venerit a stomacho sunt. q: fit cuꝫ vomitu ⁊ sentitˀ grauitas in stōacho ⁊ forte antecessit retentio mēstruoꝝ ⁊ emorroidarū: vel fuit sanguis fluxus in toto corpe qui sine regimine nature regurgitat ad epar: deiñ ꝑ meseraicas ad intestina deorsum vel ad stomachum sursuꝫ sicut accidit membrū hñtib⁹ mutilatū: ⁊ tunc ꝯtus sanguis finitiua epatis corpori nō ꝓportionatur. Signa eiꝰ cuꝫ venerit a pectore vel pulmone sunt: quia venit cum tussi forti ⁊ sentitur grauitas in pectore: q: si fit a substātia pulmonis erit sanguis paucus ⁊ spumosus. vñ Ipo. parti. amph. Quicūqꝫ sanguinē spumosum expuunt iis ex pulmone fit eductio. Si aũt a ruptura vene erit sanguis plimus ⁊ lucidus. Signa eius cū venit a capite sunt: q: venit cum rascatione absqꝫ tussi. Signa eiꝰ cum fit a gingiuis sunt: q: gingiue apparēt sanguinolēte semper: s. qñ leuiter tangūtur: ⁊ de istiꝰ cura dicemus capitulo de fetore oris.

Methodus.

Cura eius qui fit a stomacho est vt primo fiat diuersio sanguinis ꝑ flebothomiā saluatelle que est in manu inter anularem digitum ⁊ auricularem ⁊ per flebothomiam sophene in pede in ꝓuocatione menstruorū ⁊ emorroidarū ⁊ prohibitione vomitus oino. Oportet autē vt flebothomia fit frequens nō multa simul nisi sanguis erubescens videatur super totuꝫ corpus. Post ista vero ponantur ventose sicce super epar: ligētur extrema dolorose. primo quidem inferiora ⁊ post hoc superiora. Aspergantur pedes ⁊ manus ex aqua calida: ⁊ corpꝫ cibus sit stipticus conditus cum agresta vel vino granatoꝝ acetosorum vel aque sumach vel mirtorum. Bibat vinum rubeum acerbū limphatum cum aqua fluuiali ⁊ plantaginis. vtatˀ dyacitonion facto sine speciebus. post cibuꝫ recipiat omni die vnum trociscum in aurora: vel ante cenam cum sirupo roſ. vel aqua mirtorum qui sic fit. ℞. boli armenici gummi arabici balaustie sanguinis draco. thuris masticis. añ. ʒ. j. fiant trocisci cum vino granatorum vel agresta vel aqua plantaginis quorum quilibet sit. ʒ. j. Supra stomachum ponatur cerotum istud. ℞. mummie masticis thuris nucis cypressi boli armenici sangui. draco. añ. ʒ. j. picis naualis ⁊ lapdani cere. ana. ʒ. quatuor. dissoluantur omnia ad ignem in casola ⁊ extendetur super corium. Balneetur in aqua: fricetˀ sale ⁊ furfure qm̄ materias resoluit ⁊ ad circūferētiā attrahit simul ⁊ sudorē ꝓcurat. Cura eius qui venit a pectore est vt primo diuertatˀ materia per flebotomiā basilice in manu ⁊ ventosatione in natibus nō in spatulis: ligentˀ extrema. Muniantˀ preterea mēbra spūalia cū electuariis ⁊ lohoch ⁊ sirupis screatiuis dictis cap. de ptisi. deinde cōsolidentˀ cū stipticis ibidē. Dietetˀ sicut ptisicus: q: si istud sputū pseuerauerit ⁊ cū fe. lenta fuerit fixã ptisim significat. vtatˀ ergo zuccaro roſ. veteri per se. vel sic. ℞. zuccari ro. ptes. xx. karabe boli armenici ypoquistidos. san. dra. añ. p. j. opij macis croci papaueris alb. añ. par. ꝓ. terantˀ ⁊ misceantur. q: si fortificare volueris in stipticando atqꝫ constringendo adde dragaganti coralli alb. ⁊ rub. acatie gūmi arab. torrefactis super prunas terre sigillate margaritarum et similium. Cōferunt preterea trocisci de karabe dicti capitulo de ptisi. ⁊ alios dicemꝰ capitulo de mictu sanguinis fortiores. Confert etiam linimentum super pectus si fluxus sit ex pectore ⁊ pulmone. Similiter ⁊ supra stomachum si fit ex stomacho quod fit eisdem trociscis dissolutis in succo plantaginis ⁊ portulace ⁊ mirtillis ⁊ barbe hyrcine. Ipsa nanqꝫ habēt proprietatem restringendi omnem fluxum. Teneat in ore continue portulacas vel plantaginem recentem. Bibat vinum rubeum stipticum limpha-

tum cum aqua mirtillorum vel extinctionis calibis: caueat a cibis acutis: parum loquatur et tacite semper. Iaceat quasi sit erectus. Sit semper in loco temperato declinante versus frigidum. Cura eius cum venit a capite predictis est facilior in qua non cadit timor: quoniam vt plurimũ illud rectificat natura per se verum si superfluat: fiat flebotbomia cephalice. Deinde gargariset cum succo solatri vel plantaginis dissoluto cum aqua decoctionis sumacb et mirtorum et oxizacara vel dyamoron propter repercussionem in declinatione cum melle rosa. vel zuccaro ro. et aquis eisdem. Vtatur stipticis in cibo et potu vt est panis azimus vinum rubeum ponticum lentes excorticate et similia.

Emperica.

Sirupus purgans pectus et pulmonẽ cum sputo et consolidans vlcus in eis sic fit. ℞. succi portulace et plantaginis consolide maioris vngule caballi. succi mirte. anã ℥. iiij. bulliant in istis succis iste res. ℞. thuris sang. dra. anã ʒ. iij. karabe. ʒ. v. lap. ematites terre sigillate. anã ʒ. x. aluminis scissi mirrbe balaustie anã ʒ. iij. reubarb. ʒ. ij. Postea etiam adiatur istud. ℞. ypoquistidos. ʒ. ß. et ß. ro. rub. ʒ. vnam boli armenici pulueris de cornu cerui vsti. anã ʒ. ß. et ß. opij. ʒ. vnam zuccari lib. vnã fiat sirupus bñ coctus et clarificatus detur de ipso omni mane ℥. vna vel due cum duplo aque pure vel aque plantaginis vel aque dragaganti et de eadẽ aqua limphetur vinũ suum. Pillule sublimes ad sputũ sanguinis restringendũ sic fiunt. ℞. boli armenici gũmi arab. dragagãti anã ʒ. ß. penidi. ʒ. ij. terantur oia subtiliter. Et si sanguis venit de pectore vel pulmone cõficiantur pillule late subtiles cũ muscillagine dragaganti infusi per noctem in aqua ordei quas patiẽs teneat assidue in ore vt sic paulatine dissolute redũdẽt ad spũalia cũ saliua. Si vero sanguis venit a stomacho et nutritiuis partibus conficiantur pillule cũ muscillagine gũmi arab. dissoluti in succo plantaginis et dentur in potu omni die in ieiuno cũ aqua pluuiali in qua ferrũ candens sit extinctum. Aut detur idem puluis cũ ouo sorbili: aut ex ipso et farina simile et albuminibus: fiant tortelle et in cibo ministrentur: aut clistere fiat ex ipso si fuerit vitio intestinorum: quoniam confert omni fluxui per quãcumque regionẽ fuerit. Itẽ puluis restringens omnẽ fluxũ sanguinis ex quocũque loco siue sumatur per exterius: siue per interius. ℞. karabe boli armenici balaustie. sanguis dracon. lacce. anã. par. equales dentur. ʒ. ij. cũ aqua infusionis sumacb. ℥. ß. opij. recentis sexta pars. ʒ. vnius valet sputo sanguinis fluxui sang. nariũ dissinterijs menstruis emorroidis vulneribus que sunt cũ emorosogia plurima quia sanguinem ingrossat et ora venarum stipticat. Itẽ trocisci constrictiui et cõsolidatiui sic fiunt. ℞. gũmi arabici dragagãti se. portulace. anã. ʒ. v. boli armenici terebentine scariole terre sigillate. anã ʒ. vj. ypoquistidos. acatie cornu cerui cõbusti balaustie ficuum siccarum cupularũ glandiũ extremitatũ ramorum rubi anã ʒ. iiij. lapidis ematites loti. ʒ. iiij. karabe ros. mirtilli anã ʒ. iij. se. papaueris albi. ʒ. vj. cancrorum adustorum. ʒ. xv. coriandri assi. ʒ. ß. fiat puluis cribellatus conficiatur cum aqua ros. vel succo plantaginis. Et adde si vis se. lini torrefacti et lentium excorticatarum anã ʒ. vj. Valent sputo sanguinis dissinterie lienterijs dyarrijs cronicis: et vltra omni fluxui superfluo per quãcumque corporis regionem. Detur vnus in aurora cũ aqua plantaginis vel pluuiali. Idẽ operantur trocisci de karabe alman. et dantur eodem modo cap. de ptisi. C. de empericis.

Canones.

Scias quod cura istarũ trium passionum: scilicet empimatis: ptisis sputi sanguinis conueniunt et differunt. Conueniunt quidem: quia in qualibet earum oportet medicum habere duas intentiones. prima scilicet in mundificando saniẽ et sanguinem per sputum. secunda in consolidãdo solutionem continui simplicem sine sanie: apud medicos vulnus appellatur. Sed differunt: quia in cura empimatis oportet esse maiorem intentionem in mundificando quam in cõsolidando: propterea quod in empimate nondum est factum vlcus: sed est futurum fieri si non purgata fuerit sanies tẽpore certo. Et per empima intelligo etiã pleuresim et peripleumoniam quando terminãtur per saniationem. In cura vero sputi sanguinis oportet principaliter esse solicitudinem in consolidãdo quam in mũdificando: eo quod sanguis est hu

mor beniuolus si nō corrumpat̃. Verū neq̃ vulnus neq̃ sanguis negligat̃: ne forte dilatetur ꝓpter cōtinuū ꝛ fortē motū pulmonis in anhelando. Sꝫ in cura ptisis ambe intentiōes sunt equales ex eo ꝙ ibi sunt sil' sanies et solutio cōtinui p̄ncipaliter: vt p3 p diffinitionē ptisis sup̄ dictaꝫ. Ex hoc cañ. sequit̃ alius: ꝛ est ꝙ oēs medicine istoꝝ capl'oꝝ sibi mutuo suffragant̃ cū morbi nō differant nisi s̄m magis ꝛ minus: prius ꝛ posterius.

Pronosticatio.

Ad sputum sanguinis si nō restringat̃ infra xiiij. dies vel infra. xx. ad plus sequit̃ sputuꝫ saniei: ꝛ p ɔsequens ptisis. Vñ Ypo. vij. pti. amph. In sanguis sputo saniei sputū: malū et paruꝫ post catharrū in supiori vētre. i. pectore in saniē cōuertunt̃. in. xx. diebus. Item screatus sanguinis sil'r ꝛ vomitus periodice factus: ꝛ cū alleuiatione infirmum liberat a multis malis passionib⁹: scꝫ ydropisi: lepra: ptisi: queadmodū ꝛ menstruoꝝ fluxus ventris ꝛ emorroidarū ꝛ flux⁹ san. narium cōcreticus ē et naturalis vt di. Auer. iij. colli. q̄propter nullatenus restringat̃: imo si fuerit difficilis restrict⁹ ꝓpter san. cōdensationē ꝓuocetur. Vbi gr̄a. Si venit a stomacho detur sinapis piper ꝛ gallāga. Sil'r ꝛ ex cōpositis dyatriōpipereon dyagallanga dyaciminū cum vino veteri amaro: q̄ñ sanguinē excoquunt. Nō si venit a pectore vel pulmōe det̃ yreos ysopus ꝛ squilla. Ex cōpositis dyacalamentū dyaprassiuꝫ ꝛ dyairis. Si vo fluxus hmōi fuerit sine hōmatic⁹: vt pote sup̄fluus aut inordinatus: aut egri virtutē diminuens p viribus restringat̃ ne fortasse ad ethicā vel ptisim deducat: ꝛ fortassis ad ydropisim ꝓpter infrigidationē. Itē Ypo. v. pti. amph. Mulieri sanguinem vomenti menstruis superuenientibus solutio fit.

¶ Tractatus. iij. secunde sectionis.



Cordis passiones famose sunt quattuor. Prima ē debilitas. Scđa sincopis. Tertia tremor siue tetigatio. Quarta dolor ꝛ apa. Cuꝫ aūt dico cor intelligo capsulā cordis ꝛ hūiditatē contentam in capsula madefacientē cor assidue ne ꝓpter motum cōtinuum ꝛ calorē exiccet.

¶ De debilitate cordis. Ca. p. j.



Debilitas cordis appellat̃ q̄ñ corp⁹ deficit sine manifesta cā in oībus suis virtutibus. ꝛ ꝓpter vitalib⁹ ꝛ corpus consumitur vel discolorat̃: ꝛ opa'tiōes eius precipue vitales debiles existūt nullo alioꝝ membroꝝ leso sensibiliter. Fit ab omi specie male cōpl'onis q̄ sunt octo: quattuor q̄dē simplices. s. cal'a. frigida. humida ꝛ sicca. ꝛ q̄tuor ɔposite ex ijs. Et loq̄mur nūc de mala cōpl'one sine ma'ia: q2 de ea q̄ cuꝫ ma'ia loq̄mur ca. de apate cordis. Signa debilitatis cordis a caliditate accidētali sunt vehemētia caumatis circa pectus sitis vehemēs quā sitim magis extiguit frigid⁹ aer ꝙ aqua pulsus magn⁹ spissus: nisi virt⁹ sit nimis debilitata: tūc est paruus spissus ꝛ frequens ꝛ delitia in vsu frigidoꝝ ꝛ extenuatio corpis de die i diē ꝛ dispō sil'is adeo donec forte supueniat eis sincopis: qđ quidē est necesse fieri apud oēm cordis debilitatē ꝛ tristitia nimia est vt pl'im cū fe. occulta. Signa debilitatis ei⁹ a frigiditate nō naturali sunt pulsus puus tardus ꝛ rarus: nisi v̄tus sit valde debilis: tunc sit frequēs vt succurrat necessitati: ꝛ anhelitus sil'r ꝛ dilectio vsus calidoꝝ et timor ꝛ tristitia vel diminutio letitie. Signa eius q̄ fit a siccitate aduentitia sunt corporis habitudo sicca: pulsus dur⁹ puus frequens ꝛ cōtinua siccitas lingue ꝛ palati. Signa eius q̄ fit ab humiditate sup̄flua sunt signa apoplexie vel paralisis: q2 humiditas accidētalis q̄ñ sup̄fluit in sub a cordis vl' vētriculis eius vel capsula eius suffocabit subito calorē naturalē imediate: queadmodū et hoc accidit in apoplexia mediate: q2 mediante impedimento anhelitus.

Methodus.

Cura debilitat̃ ei⁹ a caliditate est vt dentur omni mane in aurora trociscꝫ de campHora dicti capl'o de ptisi. cum vino granatoruꝫ acetosoꝝ vel berberis. Epithimet̃ pectus cū pānis sericeis vel de bisso infusis in aqua ros. in q̄ sit aliq̄d pul'. ro. cāphore ꝛ sandal'. Utat̃ dyarodō abbat̃ dyadraganti rosata nouella electuario restaurātiuo: qđ dicem⁹ ca. de fe. ethi. lib. ij. Bibat se

pe lac acetosum recens in ieiuno. Fiat autez acetosum statim postq̄ mulctū est: extingua tur in eo calibs vel lapis ignit⁹ qui cōsumit eius partes calidas butirosas facile inflam mabiles. Dieteť oleta frigida aromatisata. Cura debilitatis eius a frigiditate est vt oī mane sumat dyātbos dyamustum dyamar gariton pliris arcoticū cū vino bono aroma tico. Epitbimeť pectus cum oleo nardino in quo dissolutus sit musc⁹ vel ambra. Dietetur carnibus bonis cōditis cū spēbus aromaticis ꝛ ꝓprie croco macis spica garioful. cardamomo folio ꝛ gallāga. Bibat vinū bonum sed vsu moderato: ne forte inducat siccitatem. Sumat de tertio in tertiū in ieiuno ʒ.j. tyriace bone veteris cū vino decoctionis macis cinamomi. Cura eius q̄ a siccitate est vt regať patiēs regimine etbice. Impinguetur ergo ꝓposse cū brodijs pinguib⁹ carniū bonarum conditarum cū vitellis ouoꝝ alteratis cum cucur. lactucis. Bibat sepe in ieiuno lac recens asine vel capre in quo sit aliqd zuccari ne caseeť in stomacho. Epitbimeť pectus cū oleo viol. ꝛ roſ. ꝛ cōmixtis cū muscillagine se. lini fenugreci maluauisci. Post sumptionē lactis per tres boras balneeť in aqua dulci tepida in qua modicuz moretur ne corpus fiat euaporabile: bibat vinū dulce. Cura eius que est ab bumiditate est cura apoplexie proposse: qꝛ periculosa est bec debilitas propter subitā suffocationē q̄ timeť.

Emperica.

In omī specie debilitatis cordis cōuenit abstinentia a coitu oīno ꝛ labore ꝛ vti letitia ꝛ gaudio audiēdo sonos musice ꝛ fabulas nouas ꝛ vtiles: ꝛ videre amena: odorare aromatica: qꝛ cerebrū cor epar cuz sint mēbra principalia sibiinuicē mutuo cōpatiunť ꝛ cōfortātur. Et vnge pect⁹ cū oleo nardino ꝛ oleo roſ. ꝛ cera mixtis cū gallia mus. ꝛ suffumigiū cū alipta mus. storace calamēto ligno aloes tbure ꝛ silibus. Itē epitbima cōfortās cor a proprietate appropriatur et etiam fe. ℞. buglosse melisse boraginis sandali albi ꝛ rubei cāpbore ro. margaritaꝝ corali. añ. bulliant omnia preter lapides preciosos et cāpbora: in aqua roſ: vel in aqua et modico aceti boni donec medietas cōsumatur: tunc adatur puluis lapidis et campbora ꝛ infundantur pecie de sindone vel scarlato: ꝛ expresse aliquantulum ponatur super cor. Itē electuarium confortans a proprietate in omni causa. ℞. smaragd. biacynt borum sapbirorum añ. ʒ. ß. auri ꝛ argenti puri foliati. ana. ʒ. ij. margaritarum perforatarum ꝛ nō perforatarum añ. ʒ. j. ꝛ ß. buglosse melisse florū boraginis ozimi zedoarij been albū ꝛ rubeum gariofil. ligni aloes zinziberis cinamomi electi ꝛ mundati añ. ℥. ß. serici contriti nō combusti: quia melius est combusto trocisci de cubebe cardamomi calami aromatici spice galange musci campbore ossis de corde cerui ambre añ. ʒ. j. coralli albi ꝛ rubei sandal. roſ. spodij bellericorum terre sigillate coriādri añ. ʒ. ij. ꝛ ß. omnia terātur subtiliter: ꝛ ꝓ qualibet. ℥. specierū ponatur zuccari albissimi lib. j. ꝛ fiat electuariū. Est nancꝫ continens omnia simplicia cordialia vel plurima ꝛ deauretur exterius. Addatur ergo vel extrabatur ex calidis vel frigidis prout egri desiderium vel necessitas postulat. Item confectio ad idem. ℞. dyantbos dyaboraginis dyarrodon abbatis añ. ℥. j. dyamargariton. ℥. j. misceantur sil' aut qōlibet per se sumatur in fe. aut sine fe. ante cibum per boram vnā cuz vino albo. Fit autem dyaborrago ex florib⁹ boraginis ꝛ buglosse: quēadmodum zuccarū ro. ex florib⁹ roſ. ꝛ zuccarū viol. ex violis. Dicit ꝓterea Auer. v. ꝛ vij. colliget. φ ex cibis ꝛ medicinis oībus nibil est qđ equeť vino in confortatione cordis: qm̄ est penetrās est calidū: ē spūs gignitiuū etiā nature amicū a tota spē ꝓpť qđ dari cōuenit in sincopi fe. epidimali ēt in oī debilitate ꝛ corporis resolutione: ꝛ si non sit saltim refractum ꝛ limpbatum.

Canones.

Debilitas cordis vt plim fit a mala complexione frigida ꝛ sicca: quia maxime contrariantur principijs vite. Frigiditas autem aduenit cordi duobus modis. Uno modo per feb. vt cum ab bumoribus frigidis eleuantur fumi ꝛ vapores frigidi cor percutientes velut ydropisis vel etbica senectutis. Scđo mō per accidens: vt propter cōsumptionem bumidi radicalis quod est ꝓprium pabuluz radicalis calidi ꝛ naturalis quare simul euaporantur. vt in feb. cronicis etiam mor-

te naturali ꝛ senio cõtingit. Ex isto aũt seq̃tur canon ali⁹ ꝛ est ꝙ oĩs mor⁹ cordis ẽ duorum generũ: vt ait Arist. in lib. de longitudine ꝛ breuitate vite. Prim⁹ ẽ macror ꝛ est qñ calor cordis cõsumit suũ humidũ in quo cõseruabat: quare ꝛ ipm per accidẽs corrũpit. Scḋs ṽo marasmus: ꝛ est qñ q̃litas 𝔷rīa vitetꝫ frigiditas dñatur in cõplexiõe cordis. Nam tũc calor naturalis cordis destruit et frigidũ dñatur: ꝛ a q̇busdã extinctio nuncupatur. Ad quos quidẽ modos reducitur oĩs mors: siue fit naturalis vt in senio: siue nõ naturalis vt ab egritudine: siue violẽta vt a casu percussione incẽdio vel demersione: vt patet subtiliter speculanti.

Pronosticatio.

Omĩs mala ꝯplexio siue sit diuersa siue eq̃lis quãdo cõfirmat in corde est incurabilis et necessario mortalis ꝓpter cordis ꝑexcellentiã sup oĩa membra ꝛ ei⁹ necessitatẽ i vita aĩalis sine cui⁹ opatione animal non potest subsistere vnico momento. Item sincopis superueniens mortale.

¶ De sincopi ꝛ cardiaca passione. Cap. ij.

Sincopis est ablatio sensus ꝛ motus: ꝛ qñqꝫ pulsus exterioꝝ mẽbrorũ tempore aliquo ꝓpter cordis lesionẽ: q̃propter a philosophis mors tẽporalis vel cardiaca passio nũcupatur. Quãdoqꝫ est morbus quãdoqꝫ accidẽs. Morb⁹ quidem qñ causa cõtinetur in corde. Et hoc fit tribus modis. Uno mõ ꝓpter resolutionẽ spirituũ: quare depauperat cor spiritu ꝛ calore ꝛ deficit: vt patet in laborãtibus ꝛ sudantibus supflue. Scḋo mõ ꝓpter debilitatẽ cordis naturalẽ et frigiditatem. Tertio ṽo ꝓpter fumos venenosos ꝑcutiẽtes cor: sicut fit post sumptionem rei venenose. Est aũt triplex venenũ: vt ponit Auerroys. v. colliget. quoddã est a ꝓprietate ꝛ forma specifica: vt napellus ꝛ sputum vipe. quoddã ẽ a q̃litate: ꝛ hoc dupl'r: q: vel a frigida mortificãte spũs: vt est opiũ iusquiam⁹ mãdragora vel calida adurẽte ꝛ resoluẽte: vt arsenicũ: calx viua: realgar: auripigmentũ. Accidẽs ṽo dr̃ qñ consequitur morbũ aliũ et hoc dupl'r q: vel particularẽ vel vniuersalẽ. Et siquidẽ particularẽ hoc est dupl'r: q: vel fit ꝓpter cõpactionẽ ei⁹ ad cerebrũ. verbi grã. vt cum accidit ꝓpter terrorem vel timorẽ vel aliã actionẽ aĩalem subitã spũs aĩales ꝛ vitales conculcantẽ i corde ꝛ suffocantẽ vel segregantẽ siue dispgentem: sicut accidit in gaudio pnicioso. vel fit sincopis ꝓpter cõpassionẽ ei⁹ ad stomachũ et ꝓprie ad os eius. Ubi grã sicut fit qñ materia calida acuta mordicat os stõachi: q̃re leditur vehemẽter ad qḋ opatur plurimum acuitas sensus in eo: verũ qñ accidit freq̃nter hoc mõ sincopis apud ignaros noĩatur sincopis inter passiones stomachales. Siue ro sequit morbũ vl'em: sicut est sincopis que accidit in fe. sincopali in pncipio poxismi: vt in. ij. li. dicet. Signa sincopis ꝓpter debilitatem cordis vel resolũnẽ spũuꝫ sunt pulsus puus debilis natural'r vel ex tpe corpus rarum spõgiosum qḋ ex qualibet leui cã deficit anhelit⁹ paruus rarus. Signa sincopis ꝓpter fumos venenosos sunt antecessio rei suspecte in cibo potu vel medicina. Et si venenũ operat a ꝓprietate apparebit feruor rub. ꝛ sudor in facie ꝛ venarũ tumor ꝛ angustia ꝛ sitis ꝛ fetor oris ꝛ oculoꝝ citrinitas. Si ṽo a calida qualitate opetur: apparebit incensio ꝛ mordicatio siue incẽsio in aliquo loco vt stõacho ꝛ intestinis. Si ṽo a qualitate frigida apparebit subeth stupor alcuseth pigritia in motib⁹ ꝛ cõgelatio. Signa eius cũ fit ꝓpter actionẽ aĩalem sunt antecessio timoris subiti vel terroris vel gaudij super flui pnitiosi. Dicit eñ Gal. v. de accidenti. Ex terrore siue timore subito vel gaudio subito ꝛ supfluo potest q̇s sincopim incurrere et mortem: propter tristitiã vero nequaq̃: q: paulatiue fit nunq̃ subito: nec ab ira: q: per ipsam nõ deijcit virtus in summo cũ sit opatio actiua. Signa ei⁹ cũ fit ꝓpter lesionem oris stomachi sũt mordicatio ꝛ caliditas acuta circa os stomachi cui statim sincop. succedit. Signa eius q̃ fit propter poxismum fe. sincopalis sunt signa ꝓpria illius fe.

Methodus.

Cura sincopis duplex est: q̃dam est ante paroxismum ꝛ hec pficitur per actum preseruatiuum. Alia hora paroxismi per actum curatiuum. Cura igitur preseruatiua est vt si fuerit propter debilitatem

cordis fiāt illa q̄ sunt dicta in p̄cedēti ca. ꝙ
si ꝓpter raritatē corporis vel exhalatione
spūum acciderit: condensent̄ cuꝫ aq̄ frigida
vel aere frigido vel aq̄ ro. ⁊ puluere sanda/
lorum ⁊ cā phore epithimādo pectus faciē
et totum corp⁹ freq̄nter. Comedat carnes
bonas cōditas cum specieb⁹ aromaticis et
oua sorbilia ⁊ bibat vinū optimū. Euitet la
borem balneū calidum aerē calidū ⁊ coituꝫ
ꝓposse. Si v̄o sit ꝓpter sumptionē veneni
fiat cura cōis ꝯtra oīe venenū assumptum
in cibo vel potu q̄ est vt statim cū homo sen
tire incipit mutatiōes incōsuetas ⁊ angustiā
et estuatiōnē ꝓpter assumptiones alicuius
rei q̄ hmōi facere nō deberet. Repleat̄ aqua
tepida cui sit aliq̄d olei permixtū ⁊ aceti ⁊
confortet̄ cuꝫ impositione digiti vel penne
inūcte in oleo ⁊ euomat. Si aūt vomitus pi
gritaretur: coquat̄ raphanus ⁊ anetū in aq̄
et colletur ⁊ addatur sal mel bauracb ⁊ bi/
batur ⁊ interim ꝯfortetur vt euomat aliquo
tiens: ꝙ si non sufficit: suspendat̄ per pedes
capite depresso donec tota materia educat̄.
Post hoc v̄o considera si in inferiorib⁹ ven/
tris sentiat estuatiōnē ⁊ si sic: fiat supposito
rium vel clistere ⁊ detur ei tyriaca in potu ⁊
successiue purgetur cum pill'is cochijs vel
stomaticbis vel yerapigra. Si igitur post
oīa ista cessauerint accidētia mala libera
tus est. Sinautē considera cōditionem acci/
dentiū remanentiū: q: si senserit eger stimu
lationem incisionē in aliquo loco corporis
que sunt signa veneni calidi lac ⁊ butiruꝫ ⁊
oleum amigdalarū dulcium ad potandum
tribue: q̄m sedant malitiā ⁊ acuitatē veneni
Et proprie butirum recens: vt dicit Rab. in
diuisionibus ca. de sumptione venenoꝝ. Et
sic dentur electuaria frigida que eius calidi
tatem exprimant vt est dyapapauer ⁊ dya/
pentō. filonium recens zuccarū ro. vel vio/
latum. Si vero eger senserit feruorem ⁊ su/
dorem ⁊ oculi rubere ceperint ⁊ vene tume/
re ⁊ angustia ⁊ sitis ⁊ fetor oris ⁊ oculorum
citrinitas apparuerit que signāt venenuꝫ a
proprietate siue forma specifica detur aqua
frigida ⁊ nix ⁊ aqua ro. ⁊ acetum vel troci
sci de cāphora cum aqua simplici dicti cap.
de ptisi. Attribuat̄ in potu succus endō. cico/
ree cum aceto vt malicia veneni refringat̄.
Et si in aliquo loco corporis sentiat vehe/
mentē dolorem vel inflāmationeꝫ: fiat etiā
emplastrū ex lenticula succo solatri vel sem
peruiue ⁊ similibus ⁊ actu frigidum asper/
sum cum aceto gratia penetratiōis ilico sup
pone. vel fiat epithima ex eisdem ⁊ reiteret̄
donec locus stupidus fiat. Deinde psillium
et lac vaccinum: de quo extractum sit butirū
et succum fructuum frigidorum tribue. Et
si a principio signa repletionis apparuerit
manifeste ipm flebotoma. Si vero strictus
sit ꝑm ventrem solue cum medicina. Dein/
de ciba ipsum cum cibis frigidis: vt agresta
vino granatorum acetosorum lactucis por/
tulaca vel pedibus porcoruꝫ conditis cum
eisdem. Detur autē tyriaca noua vel filoniū
nouum. Et epithimetur cor ⁊ pectus totuꝫ
cum aqua ro. in qua dissolutus sit puluis
sandal. ro. camphore terre sigillate: q̄m
sui frigiditate confortant cor ne venenum
ad se trahat. Et similiter os ꝙ epar confor/
tetur cum eisdem. hec enim destruunt virtu/
tem veneni operātis a proprietate: ⁊ maxi/
me quādo in ipso caliditas reperitur. Si ve
ro eger ceciderit in subeth stuporem conge
lationeꝫ ⁊ alcuseth que sunt signa veneni fri
gidi: ciba ipsum cum allijs ⁊ sinapi: ⁊ detur
tyriaca vetus et metridatum vetus ⁊ dya/
triumpipereon ⁊ similia: neq̄ dormire ipm
permittas. Sitim etiā inducas proposse et
frica corpus eius ⁊ caput ⁊ pectus cū pan/
no calefacto ad ignem. Et quandoq̄ ster/
nutationem inducas cum pipere vel condi
si et os stomachi conforta cum vnguentis
oleis ⁊ emplastris calidis stipticis donec li
beretur. Si igitur post omnia ista acciden/
tia mala non diminuantur: immo eger con/
tinue mutatur ad deterius ⁊ incipit sinco/
pis superuenire cum frequenti dissolutione
virtutis significat egrum necessario moritu
rum a veneno sumpto: ⁊ ꝙ virtus veneni iā
peruenit ad cor: quia omnium accidentium
consequentium venena sincopis ⁊ defectio
virtutis sunt pessima. Hec est igitur cōmu/
nis ⁊ conueniens cura in omni genere vene/
norum assumptorum per interius. Qui ve/
ro desiderat curam ꝓpriam vniuscuiusq̄ ve
neni recurrat in tractatu de venenis lib. ij.
vbi de hoc scribemus auctoritate Auicēn.
quarto canon. fen sexta. si deus voluerit.
Cura sincopis ꝓpter passiōes aīales est: vt

ſi timor ſit cā inducat gaudiū ⁊ econuerſo. Et confortet̄ cerebrū cū pauco lapdani ambre muſci ſandal.ru.nucis muſcate florū cinamomi ⁊ ſimilium puluerisatoꝝ ⁊ cōfectorum cū lapdano vel aqua roſ.qḋ cōtinue deferat̄ in manu ⁊ odoret̄. Confortet̄ cor cū tyriaca veteri ſumendo ſepe de ipſa ante cibū ʒ.ſ. cū vino optīo vel dyantbos vel dyamargariton cū muſco vel ſine muſco: ꝓut maxīe patiens delectet̄. Fiat aliqñ ſternutatio cuꝫ iſto puluere: q: cōfortat oēs virtutes cerebri ℞.cōdiſi piperis longi caſtorei ellebori nigri piretri cubebaꝝ añ.ʒ.x.ſtoracis calamēte.ʒ.ij.euforbij bdellij añ.ʒ.ſ.et muſci.ʒ.ß. ff puluis inſufflet̄ in nares vel attrabat̄ ꝑ pānum lineū rarū cū anbelitu ſtomacbo ieiuno. Cura eius q̄ fit vitio ſtomacbi ē vt in ꝑncipio purget̄ ſtomacbus cū pillis cocbijs ſi materia ſit frigida vel cū bn̄dicta. Si vero ſit calida cū pillis de reubarbaro poſit̄ ca. de reumate ⁊ catbarro.vel electuario de ſucco roſ. laxatiuo vl' ſtomaticbo laxatiuo. Preterea ꝯfortet̄ cū ſirupis ⁊ electuarijs aromaticis ꝑ interi⁹ et oleo maſticino nardino ꝑ exteri⁹ vel trociſcis de maſtice factis ex lapdano gariof̄ij.ʒ edoarij gallāge cinamomo baccis lauri ⁊ ſilib⁹ cōtritis ⁊ incorꝑatis cū lapdano extēſis ſuꝑ corio albo mūdo. Cura ei⁹ q̄ fit rōne paroxiſmi fe. eſt cura illi⁹ fe.ꝑmo; ⁊ ꝯfortatio cordis cerebri ⁊ ſtomacbi cū reb⁹ iā dictis. Cura ſincopis iā facte q̄ fit ꝑ actū curatiuū eſt vt hora acceſſiōis roret̄ aq̄ frigida vel aq̄ ro.ſuꝑ faciē et pect⁹: ⁊ fricent̄ cuꝫ ea leuiter manus ⁊ pedes: ⁊ muſc⁹ ⁊ ambra vel vinū odoriferū iſufflet̄ in narib⁹: excitet̄ h̄r⁹ cōquaſſando corpus: ⁊ ligent̄ extrema ⁊ fricent̄ ⁊ caleſiat ſtomacbus cū pāno ſuffumigato ex ligno aloes et ꝯſtringat̄ naſus ſepe poſt inſufflationē muſci vel alteri⁹ odoramēti. ⁊ cū ſētire cepit: det̄ ei vinū albū clarū odoriferꝫ ꝑ ſe vel ꝑ artē limpbatū parūper

Emperica.

In cura cardiace paſſionis nō ſufficit apponere medicinas cordi: ſed ⁊ oīb⁹ ei⁹ miniſtris ꝑncipalib⁹: ſcꝫ cerebro epati teſticulis. Similiter ⁊ nobilibus: licet non principalibus: vt ſtomacbo ⁊ ſpleni. Cōfortet̄ aūt cor cū electuario de precioſis lapidib⁹ dicto ca. de debilitate cordis. ⁊ dyamargariton ⁊ dyātbos. Confortet̄ cerebrum cū odoratiōe talis pomi.℞.ſandal'.ru. foliorum mirti ligni aloes ana.ʒ.vj.cubebe gariof̄.gallie muſcate añ.ʒ.iij.ambre macis cāpbore añ.ʒ.ſ.ſtoracis calamēte.ʒ.iiij.terant̄ et incorporent̄ cū lapdano ⁊ aqua ro. Eſt nāqꝫ fere cōtinēs oēs medicinas cerebrales atqꝫ aromaticas virtutis aīalis cōfortatiuas. Qḋ ſi cerebrum ſit diſcraſiatū in calido multiplicent̄ roſe ⁊ cāpbora. Si in frigido multiplicent̄ cubebe gariofil'. ⁊ ſtorax. Et in iſto pomo quidam addunt folia mente calamentum aromaticum olibanum nucem muſcatam mirrbam et ꝓpe ſi cerebrū ſit reumaticū de cā frigida Sed gummi arabi. dragāti viol' ſicce. folia vel ſemina mirtilloꝝ in cā cal'a. Addēdū igr̄ et ſubtrabēdū cognoſcit̄ ꝓut egri deſideriū vel neceſſitas poſtulat. Confortet̄ aūt epar cū epitbimate iſto.℞.ſandal'.roſ.abſintbij floꝝ camōille cinamomi añ.ꝑtes eq̄les.oīa cū vino albo odorifero cū aq̄ roſ. ⁊ aceto vini boni ⁊ pbiltrū imbibitū ⁊ exp̄ſſuꝫ parūꝑ calidū ponat̄ ſuꝑ epar ſtomacbo ieiuno cōfert nāqꝫ in cauſis calidis ⁊ frigidis. Cōfortat̄ aūt ſplen cū vnguēto tali.℞.ſcorie ferri ſcolopēdrie tbamarici añ.M.ſ.capparis ciperi acori azari berberis cinamomi añ.ʒ.ß. bulliāt̄ in lib.duab⁹ olei veteris ⁊ lib.ſ.aceti fortiſſimi donec acetū cōſumat̄. Preterea diſſoluant̄ iſte gūme in aceto. ℞. ſerapini galbani oppoponaci bdellij armoniaci añ. ʒ.iij.fiat vnguentū cū ꝑdicto oleo ⁊ cera ſufficienti ⁊ vngat̄ cū oleo ſplen omni mane ſtomacbo ieiuno. Cōfortat eīm ſplenē a ꝓprietate ⁊ eius materiaꝫ ſubtiliat ⁊ opillationē eius remouet. Stomacbus etiā cōfortet̄ cū pāno laneo calido vel pbiltro ſuffumigato cum maſtice et tbure et xiloaloe poſito ſuꝑ ipſum in ieiunio frequēter. Similiter et cū cerotis que dicūtur in cap. de ſtomacbi debilitate. Confortent̄ vero teſticuli cum abſtinētia a coitu oīno ⁊ fomētatiōe ex aq̄ roſ. et pulueris ſandal'.et muſci et ſimilium.

Canones.


Sincopis ē duplex ſꝫ medicos quedam reparabilis.ſ.quando aufert̄ ſpūs animalis a mēbris totius corporis qui tranſmittit̄ a cerebro per neruos propter opilationē neruorū vel leſionē i cerebro factā: ⁊ dicit̄ lipotomia

grece: vel defectio animi latine. Alia est irreparabilis: scilz quādo simul aufert cum hoc spūs vitalis a mēbris qui transmittit a corde per arterias propter opillationē factam in ipsis vel propter debilitatē in corde. Et ad istā sincopim de necessitate sequit mors. Ex isto autem canone sequit alius ꝙ quando gal. precipit in. viij. de ingenio sanitatis. pcipit in cura sinoche fieri flebotbomiā vsqꝫ ad sincopim. Similiter ꝛ Auic. iiij. canon. fen. prima ca. de fe. sanguinea debet hoc intelligi de sincopi pma nō secūda: qꝛ nō lꝫ medico in sui cura deducere egrū ad sincopim mortalē cū medicus sit cōseruator sanitatis: vt dꝛ cōmento de igenio sanitatis. Ex quo cōcipere possumus qualiter concordari possunt Gal. loco allegato ꝛ Auer. vij. colliget. vbi increpat gal. de tali flebotomia rōnibus diuersis con tra ipsum arguēs fortiter atqꝫ necessario cōcludens ꝙ in cura sinoche nullatenus cōpetit flebotomia vsqꝫ ad sincopiꝫ neqꝫ secundare flebotbomiā. Gal. intellexit de prima. Auerroys de secunda.

Pronosticatio.

Sincopis supueniens sepe ꝛ pfunde in corde debili nō precedente cā primitiua: vt est terror vel gaudiū vel casus vel pcussio: neqꝫ cā antecedente vel accidēte humorali: vt est mordicatio oris stōachi a cholera vl' flegmate salso vel melancholia amara vel pontica vel vermibus mortale: qꝛ significat cordis extremam debilitatē ꝛ spirituū paupertatem. Añ Ipo. ij. parti. amph. Quicūqꝫ exoluunt frequenter ꝛ fortiter sine manifesta cā repēte moriūtur. Itē sincopis fortis superueniēs post assumptionē rei venenose per interius vel tactū vel morsuꝫ per exterius mortale: qꝛ significat virtutē veneni pertigisse ad cor: et proprie in corpore pusillanimo raro cholerico ꝛ cuius vene sunt aperte ꝛ cor debile per naturam.

¶ De tremore ꝛ sectigatione cordis Capitulum tertium.



Tremor cordis cafacaꝫ a modernis sectigatio cordis nūcupatur et est cum cor alto pulsu ꝛ forti mouetur quasi saltet: ideo precedit cā manifesta: scꝫ exercitiū forte vel estus timor vel ira. Fit vt plurimū a dñio caliditatis accidētalis cū materia vel sine mat'ia super cor. Fit etiā qñqꝫ sed raro ppter dñium melācholie naturalis cōuerse i materiā corruptā venenosaꝫ. Signa eius q̄ de calida cā sunt pulsus velox spissus velocitas ad irā caliditas pectoris siccitas lingue ꝛ palati cuꝫ siti plurima quā magis extinguit aer frigidus ꝙ aqua. Signa eiꝰ q̄ de melācholia sunt corruptio imaginationis timor siluestritas morū ꝛ habitudo nigra macra cū gracilitate ossium ꝛ mollitie cutis quodāmodo similiter et cum facilitate.

Methodus.

Cura salt' cordis a cā calida est vt pmo fiat flebotomia manꝰ cephalice sinistre vel mediane vel vētosatio in cruribus ꝛ hāchis vel cū decoctione purgāte mel'iaꝫ angustā dicta ca. de melācholia. vel cū dyasene Vtat' sepe lacte acetoso ꝛ trociscis de camphora dictis ca. de ptisi. Comedat zuccarū rof. vel' in quo sit pul'. iste. ℞. terre sigillate coralli rubei margaritaꝝ nō pforataꝝ ossis de corde cerui añ. ʒ. iiij. opij. ℈. ij. croci macis añ. ℈. s. terant' ꝛ misceantur cū lib. s. zuccari rof. Nutriat' carnibꝰ pulloꝝ edoꝝ cū agresta vel berberis vl' vino granatoꝝ. Bibat vinū delectabile limphatū mixtū cū aq̄ frigida vel aq̄ rof. Cura eius q̄ fit a melācholia est vt fiant oīa dicta ca. de pturbatione virtutis naturalis. scꝫ ex mel'ia naturali corrupta. Vtat' dyanthos dyamusco ꝗ suffumigationes ex ligno aloe rof. ꝛ filibus odoriferis. Vtatur coitu sed raro let' pposse: prouocent' mēstrua ex emorroide si est possibile cum flebotomia saphene q̄ est intus in talo et ppe pedis sinistri ꝛ cū appositiōe sangui suge circa anum vel emplastri rubificatiui facti ex affodilis sinap. melle crudo cepis tritis ꝛ incorporatis cum fermēto ꝛ vitello oui ponendo calidum super anum: ꝛ cum firmiter adheserit violenter abstrahatur: ꝛ totiens reiteretur donec aperiantur in corpore consueto.

Emperica.


Omnia dicta in caplo debilitatis cordis hic proficiūt si propria proprijs fuerint applicata causis.

Canones. Dicit Rab. in divisionib⁹ q̄ tremor cordis puenie̅s ex melācholia fit rarior: est tñ nocui⁹ magis et timorosior q̄cūq̄ specierū tremoris cordis ꝓpter duo. Primo quidez q2 cor magis ledit a frigido q̄ calido: cum calidū fit amicū nature. Scd̄o quidem q2 materia grossa difficulter eradicari pōt: ⁊ sui p̄ntia disturbat sp̄us vitales i corde gn̄atos. Sil'r et aiales cōtēpatos i cerebro: q2 sunt inepti ad opationes suas exercēdas ⁊ sequit̄ mo/rum silvestritas ⁊ virtutum diminutio ⁊ demum ablatio perfecta.

Pronosticatio.

Tremor in fe. acutis vel in fe. sincopali fre/quēs ⁊ fortis mortale ē: ⁊ ꝓprie si fit cū alijs malis signis q̄ sunt debilitas v̄tutis puatio digōnis prostratio appetit⁹ ⁊ sitis maxime si supuenerit in die nō cretica: q2 sint boma/ticā crisim ⁊ cordis passionem denotant.

¶ De dolore ⁊ apostemate et vulnere cordis. Cap. iiij.



Dolor causatur in corde ex mala cōplone diuersa q̄cūq̄ simplici vel cōposita añq̄ confirmet̄: nā si ɔfirmet̄ ⁊ pduret nō dolorē sed mortē subitā indu/cet: q2 tūc cor icipiet debilitari i sua opatiōe necessaria p toto q̄ est gn̄atio sp̄us vitalis assidua ⁊ ei⁹ p arterias in singula mēbra delegatio sine quo mēbrū ⁊ totū corp⁹ vnico momēto viuere nō p̄nt cū iste sp̄us sit vehiculū vite a corde in corp⁹ totū in quo sola est aia p̄mo p se ⁊ imediate: i alijs aūt itātū inq̄tū sunt adiūcta cordi ⁊ cōtinuū ifluxū recipiūt a corde ꝓpter qd̄ dicebat Aristo. ij. de gn̄a/tione aialiū. Cor ē qd̄ p̄mo viuit ⁊ vltimo morit̄. Et auer. ij. colliget ait. q̄ calor cordis trāsmissus p arterias ē sicut forma: calor v̄o mēbrorū ē sicut materia ⁊ patiēs i actu ɔuersionis ⁊ nutritiōis. Fit aūt ex solone ɔtinui hec aūt solo fit a materia hūorali: vt ɔtigit ex gn̄atiōe apātis vel a cā p̄mitiua vt ɔtigit in vulnere casu ⁊ percussione: ⁊ ex quacunq̄ causa fuerit est mortale.

Methodus. Cura doloris cord. ex mala cōplexiōe diuersa ē eadē cū cura debilitatis cordis si ꝓpria proprijs applicet̄.

Canones. Dicit Rab. in divisionibus q̄ ex hūiditate sola nō fiet fortasse egritudines in corde. Nā si ɔñet̄ hūiditas in dispōne cor/poris adeo donec necesse sit vt cordi ɔñetur interficit ip̄m velocit̄ ⁊ nō expectat curatione ⁊ fit apoplexia palib̄ ꝓpter accessionem oīm hūiditatū sup cor: q2 cū cor natural'r sit cōplonis calide ⁊ siccˀ illico ab hūiditatib⁹ suffocat̄ si m'ltū ɔñent̄. Itē di. Arist. de ꝓp̄etatib⁹ aialiū. ⁊ Ga. iij. de interiorib⁹. q̄ oīs solo ɔtinui fctā in sub a cordis ē mortalis siue fit ab hūore: siue a sanie: siue a ferro. Sed differt q2 si penetret i vētriculos ei⁹ ⁊ ꝓp̄e sinistrū iterficit illico ꝓpt̄ ei⁹ nobilitatē ⁊ sp̄ituū exhalationē q̄ ibi gn̄at̄ cū sp̄us vitalis sil'r ⁊ calor naturalis sint sedes ⁊ viculū aīe ad cor. Si v̄o nō penetret: interficit ifra vnuz diē ad pl⁹: q2 solo ɔtinui induceret dolorē: dolor attrahet marīas ⁊ ꝓp̄e mobiles calidas q̄re fiet apā magnū cū fe. ꝓp̄e acuta ⁊ v̄tute debili q̄ necessaria sūt ꝓpt̄ dolorē ꝓsternēt̄ v̄tutē ⁊ materiā suffocātez sp̄us ⁊ necessitatē adauctā cū diminutiōe v̄tutis euētatiōis. Sec⁹ aūt ē de cerebro in quo solo ɔtinui penetrās ad vētriclos est mortalis sed nō ilico. Solo v̄o nō penetrās pōt q̄nq̄ curari si sit pua. Sil'r ⁊ apā vt p3 in frenesi nō ɔfirmata vl' litargia. Epar aūt cū sit mēbrū car/nosuz pōt adhuc meli⁹ curari q̄ cerebruz si ei⁹ solo sit modica vel apā nō ɔfirmatū cuz ɔstātia v̄tutꝫ. Testiculi v̄o cū ad sp̄ēm pot⁹ q̄ ad idiuiduū ptineāt: possunt remoueri vita remanente plurimūq̄.

Pronosticatio.

Signa mortꝫ i dolore cordis sūt cas⁹ pulsus post vehemētiā diuersitatꝫ i ordīe ⁊ magnitudinis i motu ipsi⁹ ⁊ citrinitas coloris subito post vehemētiā rub. ei⁹ ⁊ sincopis difficilis tarde euasiōis ⁊ sudor frigid⁹ circa frontē.

¶ Tractatus quartus secunde sectionis de passionibus mamillarum.

Mamillarū passiōes de q̄b⁹ scribe/m⁹ sunt duo capitula cōiter. Pria q̄rū exuberātia vel diminutio lac/tis: Secunda vero ingrossatio vel diminu/tio ipsaruz superflua. Nā ipsarū apata curā/

tur methodo qui ad oīa apata q̄ est vt dicit Auic. pmo cañ. fen. iiij. ca. de cura apatuȝ in gñali vt in pncipio. ⁊ cū materia est in fluxu ponanṫ vnguēta et emplastra repcussiua et in augmēto aliq̄d addaṫ de resolutiuis ⁊ p pꝛie in pcessu augmēti cuȝ medic⁹ cert⁹ est ꝙ tota materia fluxit ad locū. Sed in statu ponatur plus de resolutiuis ꝙ̄ repcussiuis. In declinatiōe ṽo sola resolutiua ministrē/tur ꝙ si hec apata tumefecerint ⁊ p sanatio nē terminētur ⁊ rupturā pmo q̄dem mūdifi cenṫ: postea cōsolidētur: vt dixim⁹ ca. de vlce re in aure. Scias pterea ꝙ repcussiua ⁊ reso lutiua qñ simul applicanṫ circa locū: vtpote in augmento vel statu apatis cuiuscūq; pñt duob⁹ modis applicari. pmo vt misceanṫ et incorporenṫ simul p decoctionē ⁊ cōcussionē perfectā: ⁊ sic ponātur supra ⁊ circa aposte ma. Natura eñi sagax est ⁊ vteṫ eis distin/ctim vtroq; pro sua opatiōe ls eoꝝ subē sint cōfuse: vt docet Auic. iiij. cano. fen. pma. ca. de cura fe. quartane. vbi pcepit administra/re ptisanā cuȝ pipere. scōs est vt repcussiua ponantur circa apostema: scȝ circa pedes et rad. apostematis vñ materia fluit ſȝ resolu/tiua sup vt faciūt cōmuniter operantes.

¶ De exuberātia ⁊ diminutione lactis. Capitulum primum.



Onquerūtuṙ mulieres delica te de lactis exuberātia in ma millis cū pro fetus nutritiōe nō solicitenṫ: ſȝ nutrices: ecō/uerso ṽo paupcule ⁊ degen/tes de mamillarū siccitate cō querūtur. Exuberat lac pp̄ter q̄nq; causas. Pria est naturalis cōplexio humida mamil larū. scōa est multitudo sanguis in cōpara/tione. tertia est raptus menstrui ad supiora. quarta vsus ciboꝝ lac multiplicantiū. q̄nta frequēs fricatio ⁊ suctio mamillaꝝ q̄re ma terie attrahūtur. Ex q̄nq; ṽo causis pꝛ͛ijs p uenit sterilitas mamillarum. Et scias ꝙ lac q̄nq; gñaṫ in mamillis viroꝝ calidoꝝ carno sorum: ſȝ illud est raro ⁊ in modica q̄ntitate q: solū accidit h̄ ex necessitate cause efficiē/tis sup quā fūdaṫ cā pꝛia. Caret aūt siue q: mulier nō pbet ēbrioñi materiā gñatiōis ac alimentum nutritionis: vt di. Auerrois. ij. colliget.

Methodus. Exuberan/tia lactis q̄t tuoꝛ modis restrigiṫ. Prio per diuersionē q̄re flebotho/metur saphena pedis q̄ est in talo ⁊ puocen tur mēstrua ⁊ ponātur vētose sine scarifica/tione sup sumē ventris vbi situatur matrix. Scōo per repcussiua q̄re ponuntur epithi/mata ⁊ empl'a frigida sicca sup mamillas ⁊ radices earū q̄ sunt. ℞. fuliginē furni ⁊ icoꝛ poꝛa pfecte cuȝ oleo rof. vel succo semptiue vel plātaginis ⁊ solatri. Ad idē valet faria lentiū excoꝛticatarū ⁊ fabarū ⁊ gallaꝝ ⁊ cu/pullarū glandiū ⁊ balaust. ⁊ boli arme. oib⁹ simul mixtis ⁊ incoꝛpatis cū agresta ⁊ aceto et cū eisdem succis siccis. Tertio p exiccati/ua quare post pdicta ponātur milium sal et floꝛes camomille ⁊ in sacculo calefiāt sup la pide ignito etiā mēbꝛo applicenṫ freq̄nter in ieiuno. Ad idē confert emplastrum ex ru. saluia mēta absinthio furfure. añ. coctis et incoꝛpatis cum oleo nardino vel camomil/leo vel de euforbio. Et pōt addi aliq̄d salis nitri vel aluminis balaustie cupul. gland. rof. donec locus stipticeṫ perfecte. Quarto per dietā siccam. Abstineat igitur a lacte ca seo receñ. carnib⁹ bouinis vino dulci ⁊ oib⁹ multiplicantib⁹ sanguinē. Utatur lentibus farre riso milio sinap. cibis salitis multum agresta aceto berberis granatis acetosis la boꝛet pposse ⁊ sudet in ieiuno. Sitim et fa/mem toleret: mamillas premat cōtinue ve/stes strictas deferendo: sed nunq̄ ipsas ma nibus tractet vel fricet. Ex ijs pꝛhibeṫ gñā/tio lactis ⁊ educitur ei⁹ in mamillis coagu/latio ⁊ cōdensatio q̄ si supfluāt ⁊ doloꝛis ex cessum inducāt. Fiant pmo emplastra mol/lificatiua ex fenugreco psillio malua bismal ua butiro receñ. adipe galline. bdellio oppo ponaco galbano armoniaco ⁊ similib⁹. De/inde vicissim fiant emplastra resolutiua ex semine lini fenugreco flor. camomille mel/liloti furfure oleo camomille ⁊ similib⁹: po nendo mō resolutiuū modo mollificatiuum vel mixta sil': donec tota caseatio fuerit reso/luta. Multiplicaṫ aūt lac in mamillis p q̄t tuoꝛ modos. Prio vt fiat attractio sanguis mēstrui ex matrice ponēdo vētosas siccas su pꝛa radicē mamillaꝝ freq̄nṫ. Et postea scōo p ēplastra rubificatia debilia q̄ sufficiāt ad

attrahendū sine resolutiōe sicut est ēplastrū ex pice ꝛ gūmis calidis vt est th⁹ mastix. Et ad hoc valet fricatio ꝛ suctio cū lenimento ꝛ ꝑprie in balneo aq̄ dulcis post cibū. Tertio ꝑ fomētationes calidas humidas factas ex lana vel pāno molli laneo infuso in oleo nardino vel de lilio vel viol. vel in qua dissoluta sint muscus thus lapdanū ꝛ silia. vl' in vino aromatico decoctiōis mēte ro. vio. ligni aloes ꝛ siliūm. Quarto ꝑ dietā sanguificaꝫ vt est vsus carniū bonaꝝ ꝛ brodioꝝ pinguiū aromaticoꝝ cum cinamomo maci cardamomo inspissatoꝝ cuꝫ ouoꝝ vitell. ꝛ vsu lactis recen. ꝛ casei noui. Gaudeat ocio ꝛ quiete ꝛ impinguet corpus ꝑposse. Scias ꝙ sicut in anathomia vidētur a matrice ꝑcedere due vene ad radicē mamillarū vna a latere dextro: alia a sinistro transeuntes per mediū sicut miracb: ꝛ quāto magis recedūt a matrice sunt grossiores ꝛ albiores et eminētiores versus superficiē cutis. Sed q̄nto sunt ꝑpinquiores cōnexo matricis sunt graciliores et ꝑfundiores cū ꝛ matrix ꝑfunde situet̄ in corpore scꝫ inter longaonē quā eq̄tat ꝛ vesicam q̄ ipsam sistat. Per has igit̄ venas rapitur sanguis mēstruus a matrice ad mamillas ꝛ ecōuerso: ꝛ cū penetrat in substātiā mamillarū q̄ est caro alba glādulosa frigida naturaliter diuidit̄ in ramos plurimos minimos: ꝛ singuluꝫ sanguinis cōtingit̄ a singulo carnis albe: vt melius ibi dealbet̄ ꝛ elaboret̄ sicut etiā accidit in distributione chilli ꝑ substantiā epatis. Ex q̄bus scire potes tria. Primo quare mulier habēs menstra plurima caret lacte in mamillis ꝛ ecōuerso: nisi sit robusta ꝛ carnosa valde. Scd̄o quare mēstrua restringunt̄ ꝑ siccā ventosaꝫ in radice mamillaruꝫ positā: ꝛ lac diminuit̄ ꝑ vētosam in sumē vrinis applicatā. Tertio quare generat̄ lac in mamillis post septē vel octo mēses ip̄regnationis: q: tunc fet⁹ cōpletus est ꝛ nutrimēto mēstruo plurimo ampli⁹ nō indiget quare regimine nature sursum mittit̄ vt in lac cōuertat̄ ꝑ fetus eductione post partuꝫ. Et sic lac generat̄ in mamillis virginū hoc est ex necessitate materie nō rōne finis. Et si hoc generet̄ in mamillis viroꝝ fit ꝑ delegationē sanguinis ꝑ venas nutriētes mamillas ꝛ partes pectorales ꝛ spōgiātes siue carnositates carnis glandulose mamillarum.

Pronosticatio.

Si lac valde sup̄fluat in mamillis retentionē menstruoꝝ inducit nisi mulier fuerit sanguinea valde ꝛ vene matricis large. Retentio mēstruoꝝ ꝑiculosior est in muliere nō lactēte q̄ꝫ lac habēte. Rustice ꝛ laborātes modicū lac generāt ꝛ ꝑprie cholerice ꝛ melancholice ꝑpter siccitatem cōplexionis ꝛ euacuationū multitudinē. Itē dicit Ipo. v. ꝑticula ampho. Mulieri in vtero habente si subito ꝛ infra vnū diē vel duos mamille graciles fiāt ꝛ lacte priuētur et extenuent̄ abortit q: significat defectū nutrimēti fetus. Itē ibidē Mulieri in vtero habēti si altera mamilla rū gracilis fiat geminos habēti alterū abortiet. Et si quidē dextra gracilis masculum. Si vo sinistra femina abortiet. Et hoc itellige vt plurimū: q: etiaꝫ femella q̄nqꝫ generat̄ in dextris: ꝛ masculus in sinistris: si epar matris sit naturaliter frigidū ꝛ splen calidū Itē ibidē. Si mulier q̄ neqꝫ p̄gnans est: neqꝫ generauit lac hꝫ in mamillis hui⁹ mēstrua defecerūt. Item ibideꝫ dicitur. Mulieri habenti in vtero lac ex mamillis multū fluens fetum significat debilem. Si vo vbera dura fuerint sanum significat. Nota

¶ De ingrossatione ꝛ extenuatione mamillarum. Capitulum. ij.



Accidit femellis q̄busdā humidis flegmaticis vt ipsaꝝ mamille vltra decētiā excrescāt: econuerso accidit macrꝫ siccis vt mamillas habeant diminutas.

Methodus.

Ad ꝑhibēdū igrossationem mamillarū cōfert ponere sup eas empl'm factū ex cimino cōtuso ꝛ aspso aqua. Deinde firmet̄ cū fascia ifusa in aqua ꝛ aceto absqꝫ dolore: ꝛ sic ꝑ tres dies dimittat̄ ꝛ post remoueat̄: ꝛ loco ei⁹ ponat̄ empl'm factū ex cepa liliȳ albi cōtusi ꝛ icorporati cū aceto ꝛ aqua: ꝛ firmet̄ ꝑ tres dies cū fascia. Deinde iteruꝫ ponat̄ primū ēpl'm ꝑ tres dies. ꝑterea scd̄m vicissim tp̄e longo: q: resoluit humiditates mamillarū ꝛ carnē glandulosam stipticat ꝛ

dolorē contēperat. Item terat alumen ꝛ misceat cū oleo rof. vel aqua rof. ꝛ sepe inungant cū eo mamille sine fricatione: ꝛ epithimētur cū aqua rof. ꝛ aceto in quo sit aliqd cāphore vel tutie imbibēdo in istis petiā lineā ꝛ mamillis applicādo frequēter vel bolum arme. vel terrā sigillatā san. ora. galle cipressi cupule glandiū balaustie puluerisent ꝛ cum aqua rof. ꝛ aceto vel succo plantaginis semputiue ꝛ solatri dispgantur ꝛ fiat emplastrū super eas. Et cū remouere volueris: laua cū aqua frigida. Ad idez cōfert puluis muscillaginis que colligit de lapidibus in q̄bus acuūtur cultelli. Itē ad hoc cōferunt oīa dicta de multitudine lactis i mamillis. valet etiā ad hoc frequēs ꝛ assidua tractio mamillarū cū manibus ꝛ earū fricatio lenis attractiua nō dura aspera resolutiua. Silr ꝛ emplastrū de pice qđ dicemus ca. de ablatione coitus ꝛ paruitate virge.

Canones. Iste cure locum habēt tpe puerītie vel principii iuuētutis: qꝛ postꝙ mamille excreuerint et ad statū puenerint: nō possunt remacerari ꝛ extenuari qđ est: qꝛ mēbra carnosa fluunt et refluunt: spermatica vero fixa sunt: vt patet in neruis ossib⁹ cute ꝛ filibus. Ista igit doctrina est magis p̄seruatiua ꝙ curatiua. Item agmētatiua vel diminutiua in femellis mamillarū sunt augmentatiua ꝛ diminutiua testiculoꝝ in masculis cū sint etiaꝫ glādulosi. Itē facili⁹ est mamillas naturalr grossas humidas ꝓhibere a sui magnificatione ꝙ siccas graciles augmentare qđ est: qꝛ facili⁹ est humidū exsiccare ꝙ siccū humectare: vt ptꝫ vii. de ingenio sanitatis. Et ex hoc sequitur manifeste ꝙ oē corpus pingue macerari pōt sed nō oē macruꝫ pōt impinguari: vtputa si cōplexio naturalis fuerit valde sicca. Et est finis secunde sectionis.

¶ Incipit tertia sectio huius libri.



Onsequēs est nūc sectionē tertiā laborem oposum aggredi q̄ est de cura passionū mēbroꝝ cōstituētiū vētrē naturalē qui est a furcula iferiori vbi est os stomach vsqꝫ ad principiū coxarū. Est aūt dict⁹ naturalis: qꝛ in ipso ꝯtinent mēbra opa nature exercētia ꝓ toto q̄ sunt digerere attrahere discernere retinere expellere nutrire et gn̄alr quēadmodū ꝛ vēter aialis sic dict⁹ est: qꝛ i ipo pficiūtur opa aialia ꝓ toto q̄ sunt sentire tā sensu iteriori ꝙ exteriori ꝛ mouere motu voluntario. Et vēter spūalis de spū q̄ ꝓmit⁹ ibi gn̄at lꝫ in cerebro ꝛ epate alr ꝯtemperet: vt igit hūc laborē pficere valeā gr̄am diuinaꝫ quēadmodū in priorib⁹ humilr iploro dicēs cū Io. hebemef. in lib. de medicinarū ꝯsolatione tractatu. ij. ca. j. Auxiliatorē deuꝫ igit postulo ad quē cuncta respirant ꝛ a quo gratie prodeunt ꝛc.

¶ Tractatus primus tertie sectionis. De passionibus stomachi.



Assiones stomachi sūt xij. Prima q̄dē debilitas digestionis vel corruptio ei⁹. scđa vero debilitas appetit⁹ ꝛ nausea ꝛ fastidiū. tertia appetit⁹ canin⁹. q̄rta bolism⁹. q̄nta corrupt⁹ appetit⁹ vl malitia bystimbre. sexta. sitis. septia eructatio. octaua singult⁹. nona vomit⁹ vel ai subuersio. decia colica passio. vndecia dolor ꝛ isiatio. duodecima apa ꝛ vlc⁹. Cum aūt dico stomachū itelligo ꝛ meri ꝛ os ꝛ pileron ꝛ fundum ipsius.

¶ De actione lesa digestionis stomachi. Capitulum primum.



Emperica. Scias q sicut experimentuz et rō testantur propter causas quattuor ꝓstrationis appetitus p̄dictas sunt adhuc alie: p̄ma est venarū totius corpis repletio: vt i gulosis ꝛ ociosis. Et cura ei⁹ est flebothomia basilice: et minoratio cibi et potus: ꝛ motus ꝛ exercitiū in ieiuno. Scd̄a est dēsitas pororū cutis ꝓpt̄ qd̄ parū resoluit̄ a corpib⁹ eoꝝ. Et signa ei⁹ sunt durities cutis corporis ꝛ lōgitudo tolerātie famis sine mlta lesione. Et cura ei⁹ est balneū aque decoctionis florum camomille furfuris baurach cū leui diuturna fricatione ꝛ sudore multo añ cibum exercitiū ꝛ labor i ieiuno. Similiter vsus ciborum subtilium facile resolubilium: vt iura olera ꝛ pulmēta de farina auene vel ordei. Tertia est oppilatio vene procedētis a splene ad os stomachi deferētis melācoliā. Et signa eius sunt q2 non sentit famez quātūcunq cibum deside ret. Et est priuatio omnium aliarum causarum inducentiū ꝓstrationē: ꝛ si comedat bene digerit. Et cura eius est confortatio splenis ꝛ deopilatio eius: vt dicet̄ suo cap̄. ꝛ assiduatio ciborum acetosorum stipticorum ꝛ melācoliā generantium: vt lētes fabe agresta acetum sumach: pedes porcoruz cocti cū aceto et sale et speciebus actu frigidis. Et quandoq vsus calidorum acutorum: vt cepe: allia: sinapis: porri: pip. Quia melancholia nō naturalis fit qñq per adustionē: quādoq p cōgelationē. Sed melia naturalis solum fit per cibū grossos humores generātē sine excessu vel defectu caliditatis digestiue quare ē quasi fex masse sanguinee: vt dicit̄ p̄mo canon. fen prima cap. nutriēs masticatione. Et vniuersalit̄ oīa q̄ excitāt appetitū cū mordicatione pauca sunt conuenientia: vt carnes asse condite cum aceto vel succo trifolij vel berberis vel vino granatorum. Et ad oēm prostrationē appetitus cuz feb. vel sine vaꝫ vti frigidis vt extremitatibus porcellorum ꝛ castratoruz al's edorum vel vitulorum decocto. ꝑfecte in aqua pluria ꝛ modico aceti addita mēta ꝛ refectio ex petrosis faciēdo ex ipsis gellaticiū de quo dētur duo boli vel tres actu frigidi ante cibum. Similiter ꝛ sapor factus ex succo acetose vel trifolij cōdit⁹ cū aceto ꝛ puluere cinamomi inspissatus cū vitello oui assi addito succo porri vel petro. si feb. vel dolor capitis vel tussis id cōcedat Simil'r ꝛ succus granatoꝝ: ꝛ ꝑpie acetosoꝝ cōditus cū puluere cinamomi sumptus añ cibū cū mica panis. Simil'r ꝛ succus piri sapidi parūp acetosi de quo comedat ante cibum omnē aut ip̄m mordeat cū inglutione saliue. Simil'r coctanū assum ꝛ infrigidatū cū vino pontico vel succo berberis vel succo granatorū. Itē emplastrū ad idem. ℞. thuris masticis añ. ℥. ij. boli armenici. ℥. j. draganti. ʒ. ij. succi mēte. ℥. iiij. cōfice cū pane assato ꝛ pone sup os stomachi. Itē in cibo adbatur mēta ꝛ in potu succus mēte. Itē inungatur os stomachi cum oleo masticis ꝛ ros. ꝛ mirtillis actu calidis. Epithima ad idem ℞. citonia mentam grana mirti. coquantur in aqua ros. ꝛ aceto perfecte: ꝛ petie linee imbibantur in illo actu calido: ꝛ ponantur sepe in ieiuno super os stomachi. Et si fit cū causa calida adde ros. ꝛ plantaginem pira pontica et mala matiana. Sacculus ad idē Ponantur menta absinthij. ros. saluia ꝛ plātago in sacculo lineo subtili, et fricentur in vino et aceto vehementer ꝛ calidum ponatur super stomachum in ieiuno reiterando frequenter cum infrigidatum fuerit cū plurima frigiditate. Possunt addi balaustie cortices granatorum cupule glandium: quare fit tūc cōferens in vomitu. Itē spōgia infusa in vino forti decoctionis anisi carui masticis, actu calidi confert ad prostrationem vomitum ꝛ indigestionem. Et in cap. de debilitate digestionis. Cap. de empericis. descripsimus sirupos emplastra electuaria ꝛ cerota sublimia ad prostrationez appetitus quoquomodo. Confert p̄terea ponere emplastra ventosam sine scarificatione super os stomachi sine attractione quia retentiuā stomachi confortat et proprie cum alie medicine non cōferunt omnino ꝛ premissa euacuatione vniuersali ꝛ proprie nisi sit timor attractionis vel apostematis in loco. Ceratum ad ideꝫ sublime. ℞. lapdani. ℥. ij. resine ℥. j. mirrhe masticis thuris. añ. ʒ. ij. cinamomi ciperi folij calami aromatici folioꝝ mirte. añ. ʒ. iij. ros. rub. ʒ. ij. cere. ℥. ß. olei masticis. ℥. j. terantur terenda et misceantur cuꝫ lapdano oleo et gūmis dissolutis in vino rubeo stiptico et incorporentur ꝑfecte ad ignē

et extendant sup corio et tegant cum panno lineo subtili et ponatur super os stomachi. Item confert limphare vinum cum aqua stiptica sicut est aqua pluuialis vel aqua decoctionis mirtillorum plantaginis et ros.

Canones.

Multos can. scripsimus ca. de debilitate digestionis conferentes presenti ca. quia omnis mala digestio cum antiquatur et perdurat: perducit ad prostrationem appetitus et nauseam ut patet in cachexia ple ctoria et discrasia et cachochimia. Item omnis prostratio appetitus subito veniens et cito recedens est ut plurimum a causa calida sed morosa perdurans a frigida. Item que est a causa calida est ut plurimum sine materia: frequentius namque in stomacho generatur materia propter diete grossiciem et crapulam quam propter caliditatem nisi sit cum febribus adest.

Pronosticatio.

Prostratio appetitus ex lesione nerui a cerebro venientis difficile curatur: ut dicit Ras. in diuisionibus. nisi in principio et ante confirmationem. Similiter et si proueniat ab opillatione vene procedentis a splene nisi forte in principio. Et cum adhuc est dispositio sine confirmatione. Item prostratio appetitus a causa frigida periculosa est magis quam a calida: quia causam fortiorem significat atque magis perdurantem. Item si in egritudine aliqua appetitus fuerit prostratus et subito post hoc eger plurimum cibum sumpserit sine aliqua subuersione vel nausea omnino non precedente rationabili alleuiatione que fit per sudorem exuberantem vel vomitum vel egestionem mortale: quia cerebri lesionem et virtutis sensitiue mortificationem demonstrat. Unde Ypo. ij. parti. aphor. Quicunque dolentes aliqua corporis plurimum dolorem non sentiunt hijs mens egrotat. Sic namque videmus freneticos gulosos. Item prostratio appetitus remanens post crisim recidiuam et conualescentiam non veram significat redit igitur ad digestiones et euacuationes illi materie conuenientes. Item prostratio appetitus in omni egritudine et proprie conica mortem significat: quia virtus non potest longam pugnam tolerare sine cibo. unde Ypo. ij. parti. amphor. In omni egritudine confortari mente et bene se habere ad oblationes bonum: contrarium vero malum. Item si quis conualescens ab egritudine multum cibum cum appetitu sumat in principio conualescentie et corpus per hoc non resumat recidiuam significat et indigestionem et stomachum frigidum cum materia acetosa. Sed si in principio conualescentie habuerit appetitum modicum et in processu augmentum veram salutem promittit. Item Ypo. ybidem. plerumque omnes male habentes secundum principia etc. Item melius est egrum reffici pauco et aliquantulum paruo cibo cum appetitu et delectatione quam plurimo et optimo sine appetitu. Item ypo. ibidem. parum deterior cibus et potus etc. Et in. iij. regiminis acutorum. Mala namque dieta cibi vel potus que secundum similem fit etc. quia dum stomachus delectatur in cibo corrugatur super cibum et velut amicus sup amicum. Et ibidem ait Gal. in comento quod si cibum abhorruerit distenditur et dilatatur velut fugiens: quare surgit vomitus fastidium ventris et rugitus que quidem indigestionem significant malignam.

¶ De appetitu canino. Capitulum. iij.



Cum quis appetit cibum ultra modum preter quod saturetur post comestionem nisi forte breui tempore dicuntur habere appetitum caninum que nunquam a carnibus satiantur donec cibum vomere cogatur. Fit autem namque de causis. aut propter multitudinem melancholie profluentis a splene ad os stomachi: aut mala complexione stomachi frigida cum materia aut sine materia: proprie tamen sine materia et hoc quando non fuerit vlcerata: aut propter raritatem corporis: aut propter exercitium et laborem resoluentem: aut propter consumptionem humiditatum nutrimentalium totius corporis sicut fit post egritudines cronicas vel solonem ventris vel famem diuturnam. Signa eius propter melancholiam sunt quod cum multitudine comestionis est multitudo egestionis: et hec egestio ut plurimum liuida est vel plumbea: et si non habuit omni die egestiones copiosas illico grauatur. et quia fit mordicatio vehemens in stomacho ante cibum ita quod non toleret quin comedat: et eius cura est difficilis quia ut plurimum hec causa est a generatione. Curatur tamen secundum quod est possibile digerendo melancholiam et aperiendo vias splenis cum oximelle composito. et aqua decoctionis prunorum sene epithimi per sex dies. Postea purgetur cum aliqua medicina dicta capitulo de perturbatione virtutum sensitiuarum: scilicet de melancholia ex melancholia naturali et proprie cum pillulis: et fiat vomitus si sit possibile. Et si habitudo sit carnosa flebothometur basilica lateris sinistri in

brachio vel in manu: alr vero nequaq̄. Et comedat cibos pingues vnctuosos sorbiles et proprie carnes porcinas recentes ꝛ brodia ex eis. Similiter et maluas attriplicem et ficlā coctas ꝛ conditas cum lardo vel butiro: similiter ex amilo. Bibat vinum dulce subtile ꝛ sepe in pricipio cibi: qꝛ potus prosternit appetitū. Unde ypo.ij.pti.amphō. Potus indigentiā soluit. Mensuret cibum ꝑm indigentiā non ꝑm appetitum. Ponat nāq̄ ventosas sup splenē propter diuersionem. Euitet cibos generātes melācholiaꝫ: vt est vinū rubeum: caro salita dura bouina vel ferina agrestis acetum acetosa lentes et siliā. Signa eiꝰ propter frigiditatem stomachi sunt ꝙ egestio est maior vel eq̄lis cibo liquida flegmatica ꝛ singultꝰ et eructatio rugitꝰ ꝛ sitis modica ꝛ sēsibilis frigiditas oris stomachi: etiaꝫ ꝙ iuuatur a cibis calidis nocetur a frigidis. Et si sit cuꝫ materia est multitudo saliue ꝛ sputi et desiderat cibos assos siccos duros licet eos digerere nō possit. Et fit qn̄q̄ nausea ꝛ vomitꝰ flegmaticus si materia excreuerit ꝛ tunc prosternit̄ appetitus Et eius cura est dicta cap̄. de digōnis debilitate de causa frigida. Et oportet vt cōfortetur stomachus ꝛ velocitetur curatio postq̄ accidit bolismus. Signa eiꝰ propter raritatem corporis sunt ꝙ egestio est modica licꝫ comestio fit plurima ꝛ est vt plurimum sicca adusta vt mollicies cutis corpis cum subtilitate ꝛ multitudo sudoris tpe egestionis: ꝛ qꝛ cito leditur ab aere frigido vel calido et balneo ieiuno. Et cura eius est vt habitet in aere frigido ꝛ balneetur in aqua frigida in estate frequenter: ꝛ vnguatur corpus cum aqua roš. vel oleo roš. cum cera inspissata. Utatur cibis grossis actu humidis vt penetrare possint: vt sunt carnes vaccine castrati ue arietine asse vel elixe cōdite cum agresta vel vino granatoꝝ vel sumach. Et qn̄q̄ cibis viscosis si nō timeat̄ opillatio epatis et meseraicarū vt est caseus recēs extrema porcellorum panis de simila vel azimꝰ ꝛ pulmēta de farina frumēti condita cū lacte escula to. Bibat vinū rubeū grossuꝫ dulce. Signa eius ꝑpter laborez resoluentē sunt anxietas laboris ꝛ exercitij. Et si nō detur ei cibꝰ post famē vehementē aduenit ei sincop̄. Et cura eius est ociū et quies oīno et vsus iuriū carnium bonarū conditarū cuꝫ speciebꝰ aromaticis nō acutis. Et opꝫ vt prohibeat̄ a somno oīno ante cibum si lꝫ et a balneo: qm̄ hic somnus faciē citrinat queadmodū balneuꝫ virtutē debilitat ꝛ inanit. Post hec fiāt oīa dicta de raritate. Detur cibus sepe ꝛ parū donec corpus resumat̄ ꝛ bibat vinū rubeuꝫ vel claretum vel medonē. Utatur cibis boni chimi: vt sunt carnes pullorum edorū ꝛ auiū paruarum siluestriū non aquaticarū et oua sorbilia recentia: similiter ꝛ iura aromatica vt bona massa sanguinis regeneret̄: deuitet fructus ꝛ olera ꝛ oīa facile putrefacientia.

Pronosticatio.

Appetitus caninus in cōualescentibus vere ꝛ cum bonitate hystimbre confortationē virtutis ꝛ resumptionē corporum significat Sed in conualescentibꝰ conualescentia non vera stomachum frigidū cum materia vel sine materia ꝛ recidiuū significat: redi igitur ad euacuationes et digestiones flegmatis acetosi ꝛ calefactionē stomachi. Item appetitus caninus in corpibus crapulosis ad indigestionem lienteriā ꝛ ydropisim ꝛ colicaꝫ finalem perducit. Itē dicit ypocra.ij. parti. amphō. Si ex egritudine cibū q̄s accipiens nō ꝯualescit ꝛc. Si ṽo cibū nō accipiēti hoc acciderit: significat qm̄ corpus euacuatiōe indiget. Item idē. Ex egritudine bene reficienti nihil addere corpus malum quoniaꝫ virtutis nutritiue defectum cum appetitū stomachi demonstrant.

¶ De bolismo. Caplm.iiij.

Bolismus est fames siue inanitio membrorum cum fastidio et prostratione appetitus propterea ꝙ stomachꝰ ꝛ membra sunt contraria in dispositione quapropter manifestum est ꝙ bolismus et appetitus caninus passiones sunt contrarie oīno. Fit autem pluribus de causis. Prima est nauseatiua satietas stomachi cronica cum indigestione propter quod repletur stomachus superfluitatibus crudis flegmaticis non potentibus nutrire corpus neq̄ rectificari ab epate quare inaniuntur membra et vene sicut accidit bibulis et gulosis habentibus corpus extenuatum et ventrem

inflatus cum subtilitate mirach. Secunda est frigiditas ambitus totius corporis cõstringẽs materias a venis & mẽbris ad stomachũ et intestina siue hec frigiditas fit a cã extrinseca vt accidit ambulãtibus in aere frigido siue intrinseca: vt patet in fe. flegmaticis & ydropicis: & huiusmodi quidẽ bolismus quãꝙ̃ ancedit appetitus caninus si frigiditas nõ fuerit vltima ta. Tertia est caliditas circa ambitũ corporis colligãs materias & fluere faciẽs ad epar et meseraicas & ad stomachũ & itestina sicut accidit in fe. acutis & istis itinerãtibus in sole calido. Signa bolismi in cõi sunt inanitio venarũ & extenuatio corporis cũ pstratione appetitus sine cã manifesta & debilitas virtutũ: ita ꝙ quãꝙ̃ fit sincopis tpe calido añ cibum. Si aũt fit ppter crapulã patet ex narratiõe infirmi. Si ppter cãm frigidã pcesserũt: vel sunt fe. cronice vl' itineratio p loca frigida: & fit quãꝙ̃ vomitus viscosus insipidus vl' acetosus & multitudo sputi & saliue et muscillaginis albe in principio sup linguã & color corporis pallidus albus vel liuidus. Et vrina alba grossa & egestio liqda acetosa alba vel dura. Si vẽter fit stipticus cũ rugitu vẽtris & tẽsiõe pulsus rarus mollis puus debilis: nisi fuerit post longũ pcessum sine fe. & inanitionẽ mẽbrorũ quoniam tũc fit spissus durus. Et sequit plerũꝙ̃ neruorũ indignatio ppter frigiditatẽ ifiltratã. Si vero ppter cãm calidã ancesserit & in aere calido vel fe. acuta & fit sitis & amaritudo lingue cũ siccitate labiorũ & adustione sine nigredine sup lingua & vomitus rei citrine vel viridis amare subtilis liquide nõ viscose & sensatio caliditatis circa os stomachi. Et quia iuuatur a frigidis nocet a calidis et eructatio fumosa sicca fetida vrina citrina subtilis pulsus spissus durus a principio. Egestio dura citrina vl' nigra: nisi vẽter sit obediẽs siue sit liquida citrina: sicut vitellum oui.

Methodus.

Cura bolismi ppt gulositatem diuturnã est abstinẽtia & minoratio cibi & potus & motus & exercitiũ in ieiuno: nõ tñ superflue ne mẽbra resoluant. Fiat igit a principio digestio & euacuatio flegmatis & humorũ crudorũ cũ medicinis dictis cap. de indigestione de cã frigida. Et dietet dieta subtili in substãtia & qualitate vergẽte ad calidũ penetratiuũ. Parũ & sepe comedat donec stomachus cõfortet. Fiat vnguẽta & cerota dicta illic. Cura bolismi a cã frigida est eadem cũ ista. Quod si sit cũ fe. curat cũ digestione et euacuatiõe pcedẽte. Et si iuncture ceperint trãsire lassitudinẽ & debilitatẽ vngant leniter valde cũ oleo calido ro. sine fricatione ne materie attrahant sup membrũ debile nõ potẽs earũ cursui resistere: & fortassis ethicam inducũt. in fine vero cõfortent cũ vnguẽto martiaton ac agrippa & adipe castorei vel canis vel vulpis ad solẽ calidũ aut ignẽ frequẽter liniẽdo. Cura bolismi a cã calida est eadem cum cura indigestionis a cã calida materiali quã supra diximus ca. de indigestione. Et habitet in aere frigido: gaudeat ocio & somno pposse: roret facies & totũ corpus cum aqua ros. & ex oleo ro. & fiat vnguẽtũ supra dorsum & pectus. Bibat sepe in ieiuno oxizacarã vel sirupũ ro. vel viol. cũ aqua frigida. vtat pro sapore vino granatorũ vel berberis vel aceto vel agresta: quẽadmodũ in cã frigida conuenit vti sinapi & melle & vino acuto veteri puro. Balneet post euacuationes in aqua decoctionis ro. endiuie lactuce mirtill'. Et post balneũ vngat cũ populeon & cũ aqua ros. & oleo ro. mixtis cũ aceto. Bibat aquã frigidã vel vinũ albũ ponticũ limphatum p mediẽtate. Et si sit cũ feb. curetur vt dicemus.

Emperica.

Scias ꝙ in cura omnis bolismi nihil melius est ꝙ habere omni die ventrẽ laxum per se vel per artem cum suppositorio vel clisteri lenitiuo vel medicina leui: quia ipurgãdo cãm purgat bolismũ & cõfortare mẽbra cũ vnguentis & balneis stipticis & electuarijs cõfortatiuis & odoramẽtis aromaticis & ocio & gaudio pposse. Sed nihil deterius est ꝙ coitus & multitudo repletionis ciborũ diuersorum & comestio lactis: quia lac cũ in ventre nõ mũdo receptũ fuerit ilico corrũpitur: in cholerico quidẽ ad fumosum. in flegmatico vero ad acetosum: quapropter fortificat bolismum. Ars aũt retinendi omni die ventrem lubricum cũ clisteri lenit in fe. est hec. ℞. malue bismalue añ. M. j. furfuris. p. j. blete centauree ana. M. ß. bulliantur in aqua perfecte & cum li. j. & ß. illius aque collate & ℥. iij. olei viol. & ℥. j. mellis vel cassiefistule vel tamarindorum & ℥. j.

salis simul mixtis et iterum bullitis et colla/tis: fiat clistere quod iniiciatur ante cibuz cu͂ tepiduz factu͂ fuerit. Et si sit cu͂ febre acuta adde lactu. viol. folioꝝ papaueris dimittendo centaureã. Et si sit cu͂ multitudine flegmatis in ventre adde hermodactilos colloquintid. agaricu͂ in decoctio͂e vel yerapigra vel benedicta in collatura. Et si sit cu͂ multitudine cholere adde zuccaru͂ viol. vel sirupi viol. vel dyaprunis simplicis vel co͂positi laxatiui in collatura. Sed si sit cu͂ multitudine melãcholie adde sene thimi epithimi esule in decoctio͂e vel yeralogodion vl' dyasene in collatura sz si sit cu͂ multitudine ve͂tositatis adde rute tartari polipodij anisi vl' carui cimini in decoctio͂e vel olei rutacei in collatura sume͂do de quolibet eoꝝ put ꝯueniẽs fuerit Ars tene͂di ventre͂ solutu͂ oi͂ die cu͂ suppositorio est vt fiat suppositoriu͂ cu͂ sapone vel lardo inu͂ctu͂ ex oleo vel butiro calido et aspsum sale modico. vel fiat suppositoriu͂ fortius ex agarici colloq̄ntid. esul. an͂. par. j. salis gemme vel salis co͂is par. ß. mellis qd sufficit ad te͂perãdu͂ postq͂ bene pulverizata fuerit. vl' fiat suppositoriu͂ ex sale ge͂ma et iponat an͂ cibu͂: vel ex farina siliginis vel furfuris et sale co͂i co͂te͂perãdo cu͂ melle qd sufficit. Et si addideris vnu͂ fel bouinu͂ p se vel cuz melle melius erit. Ars vero retine͂di ventre͂ solutu͂ om͂i die sine piculo p medicinas leuiter solue͂tes. Silr et p cibos laxatiuos dicet ca. de stipticitate ve͂tris ca. de empericis. si deus voluerit.

Canones.

Sciendu͂ q͂ medicine et cibi laxatiui no͂ debent oi͂ die freque͂tari: sed cu͂ necesse fuerit ne natura fiat assuetudinaria et expulsiua somnolenta. Ite͂ cibu͂ laxatiuu͂ semp dare ꝯuenit a principio comestionis cuz volum9 vt laxet et stipticu͂ post cibu͂: q2 naturã primi cibi sapit tota dietatio: vt dicit Gal. ij. alimentoꝝ ca. de pomis.

Pronosticatio.

Bolismus si pdurauerit necessario pducit ad ethicã vel ydropisim: et pp'e tympanistẽ ppter stomachi debilitate͂. Ite͂ bolismus in egritudinibus cronicis: vt est feb. quartana vel quotidiana vel ydropisis mortale propter defectum virtutis in via longa.

De corruptione appetitus. Capitulum. v.



Corruptio appetit9 dicit' a philosophis ysitimbre: et est vt quidam appetit res malas nullo modo co͂uenientes nutritioni corporis humani q̄ velut sunt carbones et argilla. Fit au͂t ppter repletione͂ stomachi ex malis humoribus diuersis: quoꝝ quilibet inducit stomachu͂ ad appetitum rei co͂trarie humori in qualitate et sapore gratia repletionis: et pp'e grossis frigidis melãcholicis vel flegmaticis fluidis acetosis. Ista aute͂ repletio stomachi fit ppter gulositatem et indigestionem stomachi aliq̄n: quare fit co͂gestio diuersaꝝ materieru͂ in stomacho: vt in pueris et ho͂ibus gulosis. Fit q̄nq͂ ppter regurgitatione͂ menstruoꝝ vel emorroidaruz ad stomachum. Q̄nq͂ ppter opillatione͂ epatis et splenis: quare melancholia no͂ recipit': sed redit ad stomachum. Q̄nq͂ ppter frigiditatem in ambitu corpis toti9 ꝯstringente͂ materias a venis ad stomachu͂ siue hec frigiditas fit ab ex͂: sicut accidit infrigidatis in aere: siue ab intra vt ꝯtingit ydropicis. Q̄nq͂ ppter caliditate͂ colliquãte͂ materias et fluere facie͂te͂ ad stomachu͂: vt co͂tigit balneatis vel exercitãtib9 in sole calido vel febricitãtib9 fe. acuta. Q̄nq͂ ppter collusione͂ oi͂m humoꝝ corpis ad genus melancholicu͂ vel flegma vitreu͂. Signa co͂ia pate͂t ad sensum: sc3 q2 eger desiderat terraz et carbones et alia hmo͂i. Signa au͂t ppria sunt: vl' q2 antecessit gulositas diuturna vel rete͂tio menstruoꝝ vel emorroidaru͂: vel sentitur grauitas et tensio in ypocundrio vtroq͂: et proprie sinistro vbi est situatus splen vel passiones frigide vel calide vel egritudines cronice precesserunt.

Methodus.

Cura isti9 egritudis ex q̄cu͂q͂ cã fiat: est vna et eade͂: q2 no͂ respicit' cã an͂cede͂s sed co͂iuncta p̄terq͂ in muliere pregnante in qua op3 habere co͂sideratione͂ ad fetu͂ et dare medicinas leuiores. Si igit' sit p̄gnãs fiat si est possibile vomitus leuis cum oximelle

et aqua calida pmissa saturitate ciboꝝ: ꝛ ꝓpter de cepis ꝛ allijs ꝛ sinap. in modica quantitate respectu alioꝝ vomentiũ. Post vomitũ vtat dyacitonitẽ cũ spẽbus vel dyagallãga. Non purget medicina laxatiua: qꝛ leuis nõ sufficit ad euacuationẽ humoꝝ grossoꝝ frigidoꝝ: sed eã forte nõ debet medicus ministrare ne fiat aborsus. Nã ille appetitus corruptus non aduenit nisi pmo scdo ꝛ tertio mẽsibus: vt dicit Gal. li. de accidẽti. cap. de cã famis ꝛ sitis. qꝛ in illis mẽsib⁹ fetus indiget modico nutrimento: ꝛ ideo multa mẽstrua supfluũt in ventre mulieris cũ post primũ vel scdm mẽsem incipiat retinere menstrua: vt dꝛ ibidẽ. Si pgnantẽ mulierẽ purgare nõ cõuenit ante principiũ quarti mensis: nec post sextũ mensem. Et adhuc illis tribus mensibus leui conuenit vti purgatione. Vñ Ipo. iiij. parti. amph. Pregnantes purgare si ꝯuenit a quarto vsqꝫ ad septimũ mensem cõuenit: minus vo has minora vo et seniora vereri opꝫ. Comedat carnes galline ꝛ cerebella edi vel arietis assi. Bibat vinũ odoriferũ clarũ: vngat os stomachi cum oleo masticino ꝛ nardino mixtis addito modico aceti calefacto in vase duplici. Et sic regatur vsqꝫ ad quartũ mẽsem: qꝛ tũc cessabit iste appetit⁹ ex eo qꝫ vna pars materie euacuata est per vomitũ: alia pars transiuit ad fetum: ꝛ tertia pars ꝑ abstinentiã quã patiunt est ad beniuolũ reducta: vt dicit ibidẽ. Et nõ negligat regimen pregnantis. qꝛ est maxia ps sanitatis ꝛ debilitatis fetus. Cura eius in nõ pgnante est vt si sit puer cohibeatur a sua gulositate ꝛ minoret cibus sine tñ plurima abstinẽtia que ledit ipsos qꝫ diu crescũt: ꝛ calor naturalis in eo est fortis. Si aũt sit adult⁹ fiat primo vomit⁹ ꝓposse duobus modis ꝯtẽtis modoꝛ ordine quo dixim⁹ ca. de fetore nasi. Post vomitũ vtat dyacitonitẽ calido nonlaxatiuo: vel isto electuario. ℞. zuccari ro. vel rosate nouelle. ℥. vj. limature acuũ acute ablute cũ vino ꝛ aceto. ℥. ß. misceant ꝛ dent ad modũ nucis oi mane cum modico vini optimi: qꝛ exsiccat stomachũ ꝛ cõfortat splenẽ. Si aũt nõ põt venire digerat materia cũ oximelle cõposito vel sqllitico ꝛ aqua calida decoctiõis cardamomi vel gallãge vel ciperi. Et purgetur cũ pillis cochijs ꝛ fetidis vel cũ decoctione mirabolanoꝝ emblicoꝝ ꝛ indoꝝ. Nutriat bonis carnibus ꝛ vino: mitiget appetit⁹ gradatim cũ corrosione ossium pulloꝝ ꝛ colũboꝝ vel pdicum assatoꝝ vel cũ carne salita sicca condita cũ ameos spodio cardamomo ꝛ nuce muscata: qꝛ a ꝓprietate remouent talẽ appetitum.

Pronosticatio.

Abstinẽtia appetit⁹ stomachi est via ad cibationẽ: cibatio vo ad digestionẽ: digestio vo ad nutritionẽ: quare nõ tardet ei⁹ rectificatio. Nã forte mẽbra nutrita nutrimẽto pessimo: leprã se. quartanas ꝛ aposta cãcrosa vl passiões spleneticas aposta incurrunt qlitates nãqꝫ cibi remanẽt in cibato ꝛ ꝓprie simbola: vt dicit Gal. vij. de accidẽti. Et Arist. lib. de gñatione. qd patet exẽplo: qꝛ vermes remanent virides ꝑ estatẽ quãdo nutriunt gramine ꝛ frondibus ꝛ flauescũt autũno et hyeme. Silr fructus alterãtur in sapore per planetarum translationem.

¶ De siti. Caplm. vj.



Sitis ẽ dispositio calida oris stomachi faciens appetere frigidũ cum humiditate: quẽadmodum appetitus siue fames est dispositio frigida sicca ptes eius faciens appetere humidum cuꝫ caliditate: vt ait phus. ij. de anima. Quapropter Gal. iiij. de accidenti. ca. de causa famis et sitis. dicebat qꝫ fames fit cum os stomachi sentit pro toto consumptionem sue humiditatis cibifice propter cõtinuam suctioneꝫ epatis et membroꝝ. Sitis aũt vero fit cum os stomachi sentit per se vel pro toto consumptionem sue humiditatis madefactiue ꝛ circunfluente propter adustionem vel arefactionem. Fit igitur a causa primitiua aut a causa coniuncta. Si a causa primitiua fit quinqꝫ modis. Primo quidem a comestione cibi saliti plurimi vel calidi vehementer sicci. Secundo a potu vini acuti vetustissimi vel aq salse vel sulphuree. Post cuius sumptionem aliqui non cessant bibere donec solutione vent⁹is ꝛ mordicatione moriantur: vt dicit Gale. ibidem exemplificans de nautis maris ꝛ de febricitantibus aquam frigidam potantibus aliter qꝫ oportet. verbi gratia. In febre acutissima: vt est sinocha: vel cau

fon si bibat ex ipsa parū post. Cum enī ma/
gis bibant ꝛ magis inflāmantur: q: haust⁹
vnus ꝛ maximus totus simul cōpeteret eis
qui eos refocillaret: ꝛ proprie si signa dige/
stionis: ꝛ cum est sine apostemate ꝛ cum de/
siderio vehemēti aque frigide: de quo tamē
latius lib. ij. ꝛ cap. de apostemate stomachi
et intestinorum ꝛ splenis. Tertio vero ꝓpter
moram plurimā sub sole calido vel balneo
estuoso. Quarto propter solutionē ventris
superfluam p se vel per artem vel p fluxum
superfluum menstruorū vel emorroidarum
Quinto ꝓpter sumptionē medicine calide
sicce laxatiue vel non laxatiue. Si vero fiat a
causa coniuncta fit sex modis. Primo quidē
ꝓpter indigestionē ꝛ crapulam: q: cū natu/
ra intendat digerere ꝛ soluere cibum indige
stibilem vel potū superfluentem: vt accidit
ebriosis: tunc calefacit resistēdo ꝛ ignitur et
suos fumos trāsmittit ad os stomachi. Se/
cundo modo ꝓpter vapores flegmatis vel
salsi vel viscosi vel comestionē piscium quos
natura desiderat soluere ne corrodant. Ter/
tio modo propter superfluitatē vrine vt cōtin
git in dyabete. Quarto mō fit in humorib⁹
ꝓpter opillationes epatis ꝛ viarū ratione
quarū ebullitio ꝛ calor sitim inducit vt patet
in ydropicis. ydropici enī sitiunt etiā ꝓpter
scdam causam iam dictam sc3 ꝓpter flegma
aquosū salsum cōtentū in ventre sitiunt: q:
male cibos digerūt ꝛ in flegma salsū ꝯuer
tunt ꝛ ꝓprie scabiosis ꝛ pruriginosis. Quin/
to propter caliditatē ꝛ siccitatē intestinorum:
quare ꝯtinue sugūt a stomacho. Sexto pro/
pter caliditatē ꝛ siccitatē stomachi cum ma
teria vel sine sicut cōuenit in feb. ꝛ ꝓprie de
cholera: vt est tertiana cōtinua vel interpol/
lata: similiter ꝛ de sanguine vt est sinochus
et sinocha. Signa sitis vehementis ꝓpter
causam primitiuā patent ex relatione patiē
tis. Signa sitis propter crapulam ꝛ indige/
stionem sunt nauseatiua satietas cū eructa
tione fumosa fetida: qm̄ si foret acetosa sitim
tolleret omnino. Similiter ꝛ dolor capitis
obumbratio oculorū ꝛ somnus stupidus cum
prauis imaginationibus vrina alba subti/
lis calida nisi fortassis epar inflammetur qm̄
fit citrina subtilis sine ypostasi. Et hora di
gestionis inspissatur anhelitus ꝛ cōmouetur
inflatio ꝛ rugitus in ventre ꝛ fortassis subse

quitur feb. effimera maligna. Signa eius p
pter humores salsos ꝛ viscosos vel esum pi/
scium sunt grauitas post comestionē ꝛ angu
stia de latere in latus ꝛ eructatio salsa ꝛ fu/
mosa ꝛ fortificatio sitis hora digestionis. Et
si bibat aliquid sedatur sitis longo tempore.
Et iterum redit ꝛ sputū salsum plurimū vis
cosum ampulosum: ꝛ potus dulcis ipsum au/
gmentat. Sed potus aque frigide mixte cū
aceto manifeste alleuiat ꝛ odor vehemens
cū punctura sentitur in ore stomachi. Signa
sitis ꝓpter dyabetē sunt maxia exuberātia
vrine albe subtilis aquose sine ypostasi: q:
sicut potus assumitur ita ilico p meseraicas et
epar ꝛ venā kilim ad renes attrahitur ꝓpter
caliditatē ipsorum ꝛ siccitatē anteq̄ digeratur ꝛ de
bilitas circa locū renū ꝛ extenuatio corporis
de die in diē. Signa sitis ꝓpter opillationē
epatis ꝛ splenis sunt tēsio ꝛ duricies i ypo
cūdrio altero vel invtroq3: egestio alba sicut
canis ꝓprie si epar sit opillatū ꝛ lesio ex ta
ctu ypocūdrij opillati vrina ignita subtilis
cū pseuerat opillatio vel facies citrina ꝛ eru
ctuatio amara fetida ꝛ isiatio stomachi post
comestionē. Signa sitis ꝓpter caliditatē et
siccitatē intestinorum sunt vētris stipticitas et
egestio sicca adusta nigra sicut fabe caprarum
dolor circa vmbilicū alleuiatio post potum
plurimū ꝛ egestio vrit lacertos ani. Signa si
tis ꝓpter caliditatē ꝛ siccitatē stomachi sine
materia sunt amaritudo oris cū siccitate la/
biorum ꝛ adustiōe ꝛ nigredine lingue statim a
principio ꝛ eructatio ne fumosa et ꝓstratio
appetit⁹ oīno ꝓprie si sit in fe. ethica vel fe.
effimera. Nā pterea q̄ fit ex nauseatiua sa/
cietate si sit cū materia atq3 cū pdictis signis
fit vomit⁹ rei subtilis amare citrine vel viri/
dis sine oī viscositate vel pauca valde. Et fit
ꝓprie in fe. putrida de cholera vel sanguine
vel flegmate salso vel fe. effimera de nausea
tiua satietate quoniam cibus corrūpitur in
fumosum.

Methodus. Cura sitis vehementis propter causam primitiuam est eadem ꝛ vna in om/
nibus predictis ꝑm abstinentiā a talibus et
alteratio stomachi cum contrarijs vt est pot⁹
aque dulcis frigide cū aceto modicū ꝑmix/
te. Et vsus olerum vt lactu. cucur. peponum

⁊ similium ⁊ cepa ⁊ frigidoꝝ: vt vini grana toꝝ berberis vel agresta vel seminū frigidorū ⁊ prunoꝝ recentium vel siccoꝝ infusorum in aqua frigida vel cerasorū ⁊ persicorum ⁊ siruporum frigidorum: vt sirupus ros. vel viol. vel oxizacare bibite cum aqua frigida vel aqua decoctionis lactucarum endiuie vel seminum frigidoꝝ ⁊ dyaprunis zuccari ros. viol. rosate nouelle dyarrodon abbatis tria sandal. Cura sitis propter solutionem ventris superfluam vel fluxum menstruorum cronicum: vel cursum emorroidarum perdurantem est cura fluxuū eorūdem: quoniam causa antecedens curatur cura sui morbi: vt dicit Gal. xij. de ingenio sanitatis. cum accidens sequitur morbum sicut morbus suam causam coniunctam ⁊ sicut vmbra corpus vt dicitur in. iij. de accidenti. Quod si fluxus ventris fuerit propter sumptionē medicine effrenter laxantis restringatur venter ⁊ frangatur virtus medicine ꝓposse modo ⁊ ordine quo dicemus ca. de fluxu ventris. Cura sitis propter indigestionem ⁊ crapulam est vt toleret sitim proposse: vel fortasse vinum vetus sumpserit post digestionem. Et vtatur electuarijs calidis: vt est dyagallanga dyaciminum ⁊ silia. Qđ si cibus sit in stomacho nec corruptus sit qđ scies: quia eructatio non est fetida vel non valde: tunc inducatur somnus proposse vt cibum digerat. Quod si dormire non potest: ambulet assidue p dieꝫ integrum vel q̄tum potest. Postea dormiat ⁊ stomachum cum calido plumaceolo molli cooperiat: donec cibi digestio compleatur. Si vero cibus sit corruptus in stomacho fiat vomitus proposse: vt dicemus cap. de fetore nasi. Si vero cibus descenderit ad intestina quod scies: q: superiora ventris sunt alleuiata ⁊ grauitas remanet circa vmbilicū: tūc euacuetur cū medicina benedicta vel electuario đ succo ro. laxatiuo dādo ex eis. ℨ. ß. cū aqua calida in aurora vel bibat plurimū aq̄ calide salite: q: ventrē stimulat ⁊ secessum ꝓcurat: ⁊ vngat stomachus cū oleo masticino addito modico aceti actu calido. Et vngatur oleis calidis p̄dictis, ⁊ intēdat cause ⁊ negligat accidens: qm̄ illico sedabit post euacuationes sufficiētes. Cura sitis ꝓpter humores viscosos vel salsos vel esum pisciū corruptoꝝ est vt sumat sirupū acetosum vel oximel cōpositū vel squilliticū cum aqua calida vel aqua decoctionis berberis cicoree lactuce vel acetose ante cibū. Postea purget cū pillulis cochijs vel benedictis. Comedat cibos digestibiles cōditos cum aceto vel agresta vel sinapi. Bibat vinū albū subtile p̄terq̄ in materia salsa: qm̄ in illa cōpetit vinū aquosuꝫ vel limphatū ad medietatē. ⁊ abstinentia ab acutis vt sunt allia sinapis sal piper ⁊ predicta electuaria. Cura sitis ꝓpter dyabeteꝫ est cura dyabetis ⁊ nō negligat: q: pducit ad ethicā. Bibat ergo sirupū ros. vel violatū cū aqua frigida. vtatur prunis ficubus oleribus frigidis vt lubrificet ventrē ⁊ stringat vrinam: vngat renes cū populeon ⁊ oleo ros. ⁊ cera vel oleo viol. ⁊ aliquātulo aceti vel sirupo solatri vel semperuiue vel plātaginis ⁊ aceti. Bibat vinū rubeum ponticū permixtū cum aqua plurima vel aqua decoctionis mirti. vel plātaginis vel ro. Utat cibis nutritiuis facile digestibilibus vt sunt carnes auiū paruarum siluestriū vel pulloꝝ ⁊ iuribus eoruꝫ. Cura sitis ꝓpter opillationē epatis ⁊ splenis est vt vtat cibis potibus ⁊ medicinis deopillatiuis ⁊ aperiētibus venas: vt diuretica calida famosa. verbi grā. sirupus acetosus compositus ⁊ oximel cōpositū vel squilliticū: ⁊ vinū albū puruꝫ potens ⁊ aqua se. cōtum ⁊ calidorū in aqua decoctionis reub. end. ciperi capparis ⁊ electuaria calida p̄dicta. Et purget cum pillulis cochijs: nisi forte epar sit inflāmatū: tūc em̄ cū diureticis calidis opꝫ addere diuretica frigida: sicut se. cōta frigida ⁊ cū electuarijs p̄dictis triasandalū misceat. Sed empl'a ⁊ epithimata deopillatiua epatis ⁊ splenis scripsimꝰ ca. de sincopi. C. de empicis. ⁊ empl'm bonum ad splenē scripsimꝰ. C. de turbatione v̄tutū sensituarū ca. de empicis. Et plura scribemus ca. de opillatiōe epatis ⁊ splenis. ⁊ suspēdat eger blāditijs donec causa sitis fuerit remota: q: tunc desinet sitire. Qđ si sit cum fe. vel ydropisi curat vt dicet. Cura sitis ꝓpter caliditatē ⁊ siccitateꝫ intestinoꝝ est vt sepe clisterizet cū clisteri lenti frigido humido lubrificatiuo: vt hic. ℞. maluarū viol. berbaruꝫ ⁊ floꝝ lactu. bleta. an̄. coquant pfecte in aqua colletur ⁊ de lib. ij. collature ⁊ olei viol. ℨ. iiij. ⁊ sirupi viol. ℨ. vj. fiat clistere cum sola aqua tepida decoctione ordei prunorū vel cucur-

bite corticis papaueris psillij.nenuphbaris: vel dissoluatur in eo aliquid campbore: vel addatur aliquid siru.viol.vel olei viol.et frequenter iniiciatur ieiuno. Et plura dicemus ca.de stipti.ventris.et semp in principio cibi vtatur aliquibus lubrificatiuis:vt sunt pruna recentia:ius caulium vel lentium:cerasa oleum cofectum ex ficis et maluis conditum cum oleo vel butiro:panis furfuris conditus cum butiro recenti. Sed in fine sumat stiptica:vt caseus antiquus assa pira coctana panis de simila vel azimus. Cura sitis propter malam coplexionem calidam et siccam stomachi cum materia vel sine materia est illa quam diximus in cap.de vigil. E.de causa calida. Et si sit cum fe.curatur feb.vt dicetur.

Emperica.

Medici dixerunt sitim veram et non veram. Appellantes veram que est passio oris stomachi:et de hac locuti sumus hucusque. et ista magis extinguitur aqua frigida vel aceto. Sitim autem non veram appellantes caliditatem et siccitatem pulmonis et gutturis propter cauponem et adustionem spiritualium membrorum:sicut accidit in fe.et hec magis tollitur aere frigido qui est in superficie aque currentis vel gargarismate frigido ex aqua et aceto vel epithimate pectoris ex aqua ro.et succo endi.in quibus dissoluta sint campbora et pul. sandal. quam cum potu liquoris cuiuscunque: quapropter et si quis in aliqua siti donec extinguatur sentiat potum fluctuare in stomacho post quam sedabitur sitis: grauabitur stomachus et infrigidabitur propter errorem. Item ad quamcunque sitim confert ponere super linguam frusta lata pomi acetosi vel citri infrigidata in aqua frigida frequenter reiterando quando calefacta fuerint cum inglutione saliue:sicut et pruna sicca imbibita in aqua frigida donec grossescant:et tandiu retenta sup linguam donec liquefiant. Similiter penid.et zuccarum rob.vel viol.atque dyaprunis. Item grana psilij vel se.citoniorum excorticata ligentur in sacculo lineo albo molli ad figuram digiti auricularis et infrigidentur in aqua frigida donec muscillagines per poros emiserint et ponantur sup linguam donec sacculus exsiccetur: tunc reiterentur. Item confert ad illud non modicum inspiratio aeris frigidissimi infrigidati cum rotatione aque frigide per cameram infirmi vel cum aqua rob. Similiter et euentatio faciet cum flabello. Item pillule bilzilie descriptionum diuersarum ad hoc conferunt dicte cap.de ptisi. Similiter pillule de campbora et de spodio posite ibidem. Item trocisci sic fiant. R. se.portulace dragaganti an.ʒ.iij.se.iiij.frigidorum excorticatorum.se.lactuce an.ʒ.ij.sandalorum capbore gummi arabici an.ʒ.s.terantur et cribellentur et distemperentur cum aqua ro.muscillaginis psilij:et formentur trocisci figure late subtilis et teneantur cotinue sub lingua donec paulatim inglutiantur.valent enim maxime in fe.arsiuis et siticulosis. Item portul.recens vel semen eius infrigidatum in aqua frigida teneatur in ore.

Canones.

Scias quod post exbibitionem medicine laxatiue cuiuscunque que soluit attrahendo plura bona considerari possunt ex siti. Nam secundum mes.lib. de consolatione medicinarum solutiuarum.triplex est sitis.quarum quedam prima dicitur supoccupans.i.cito festinans:sicut cum exhibetur farmacia stomacho calido per naturam et siticuloso. In illo enim fit sitis antequam medicina sufficienter operetur: quapropter tali siti non est credendum. Secunda vero suboccupans.i.valde tardans:sicut fit cum exhibetur medicina stomacho naturaliter humido flegmatico. Talis enim non sitit post perfectam purgationem:sed est solum quando superfluit purgatio.et isti siti etiam non est credendum:immo virtus medicine fraudanda et venter ne deiiciatur per solutionem. Tertia est succedens et rationabiliter et prospere euenlens:scilicet quando post purgationes aduenit sitis propter mundificationem bonam stomachi et consumptionem humidi roridi quod est circa os ipsius beneficio bone purgationis:et huic est credendum. Sunt enim quedam corpora que sitim plurimum patiuntur ante purgationem:sed non post. Et si debite purgetur velut accidit cum purgatur cholera vel flegma salsum. Signa igitur distinctiua specierum sitis predicte sunt:quia si post paruam purgationem medicine non proportionatam sitis superuenit:est supoccupans et mendosa:quare non stringatur venter:sed precipiatur egro vt vigilet et moueatur gradatim et ieiunet

gratia vlterioris laxationis. Unde Ypo. iiij. parti. amph. Quicunq; in farmacijs nõ sitiunt cum purgentur nõ quiescãt donec sitiãt. Item cum volueris magis ducere ellebor; moue corpus: cum vero stare: somnũ fac et noli moueore. Sz si post plurimã euacuationẽ et dosim excedentẽ sitis supuenerit ipsam non expecta: sed egrũ prius restringe: vt dicemus cap. de fluxu ventris oĩm modor; et somnũ quietem precipe: et cibum et potũ tribue nervus pster natur. Sed si post euacuationẽ mediocrem et dosim proportionatã superuenerit ilico sitis et ventrem cohibe si ipse non restringatur. Signa euacuationis supfluentis certissima sunt duo. Unũ est egri debilitas plurima preter rõnem cũ multitudine vel magnitudine ascellationis. Unde Ypo. pma amph. In pturbationib⁹ ventris &c. Scdm mutatio humoris purgandi in aliũ diuersum: vt si intẽdis purgare colleram et post eius eductionem excedit flegma vel melancolia: vel qđ plus ẽ sanguis excessit purgatio: sic de alijs humoribus: quapropter dicit Mes. in suo lib. de complexione medicinarum solutiuar;. qđ medicina solutiua quelibet effrenanter educit primo humorẽ sibi pprium quem respicit: vt puta colerã. Post si vitus supfluit educit humorem facilem et facillime mobilẽ post illum: vtputa flegma. Deinde si magis superfluxerit: educit humores grossos vt melancoliam. Demũ si maxime superfluxerit educit sanguinẽ. Et licet sanguis sit facili⁹ mobilis qđ flegma vel melancolia: verũtamen natura retinet in se pro thesauro. Et ex hoc patet qđ periculosa sit solutio cum medicina taliter effrenata vt p ipsam sanguis educatur: qz significat maximã humor; inanitionẽ et virtutis retentiue defectiones. Et ideo dicit Gal. v. de simplicib⁹. qđ lz habeamus medicinas educẽtes colerã: flegma vel melãcoliã sanguinẽ nequaqz: qz ad hoc sufficit flebothomia cũ sit min⁹ piculosa et cohiberi possit ilico cũ qs vult. et quidã qui reperit eã. s. medicinã euacuãtem sanguinem ilico fuit a rege morti condemnatus.

Dubitatur de siti. vtrũ pot⁹ debeat dari solum cum cibo: vel ante cibum: vel post? Et iterum an aliter in tpe egritudinis qđ sanitatis? Uidetur qđ post per Aui. s. canoñ. fen. iij. capitulo de regimine ei⁹ qđ comedit et bibit p totũ et tertio cañ. fen. xiiij. cap. de cura ydropisis alchitis. vbi phibet egrũ a potu p duas vel iij. horas post cibũ rõne forti. qz pot⁹ ppter sui subtilitatẽ facit cibũ crudũ exire stomacbũ: quapropter venẽs ad epar nõ cõuertitur in sanguinẽ nisi forte aquosum augmentantẽ morbũ qđ si venas opilauerit et putruerit: fe. efficiet cũ ydropisi mortales. Itẽ Gal. vij. de ingenio docet nos in cura cõplexiõis sicci stomachi potum oẽm pposse denegare vsqz ad pfectam digestionẽ cibi in stomacho. Tunc nãqz dabitur vt chilũ trãsire faciat p vias angustas. In oppositũ arguitur qz qđ facit bonã mixtionẽ in stomacho dz dari simul cum cibo: sed potus est huiõi. Itẽ cõiter oẽs hoĩes qñ comedunt et bibũt: sed fama quam oẽs famãt nõ oĩno deperditur: vt dz. vij. ethicorũ. Respondendũ qđ potus est triplex: quidã permixtiuus: alius extinctiuus: alius delatiuus q̃ dñt in quattuor. in substãtia: qntitate: nũero et hora sumẽdi. Nã potus pmixtiuus op; vt sit vinũ purũ vetus cõfortãs digestiuã: sed paruus qntitate vt cibũ nõ vndare faciat et freqns numero vt fiat bona cõmixtio per totũ. Quapropter cõuenit vt apud comestionẽ assidue p vices plimas partiatur. Sed potus delatiu⁹ op; vt sit vinũ limphatũ: qz penetrabit: aqua nãqz subtiliat substãtiam vini: sed vinũ calefacit q̃litatẽ aq. hec duo penetrationi cõueniunt. Oportet etiam vt sit plurimus sumptus in vna vice qñ chilum liquidum perducet. op; etiã vt ministretur nõ nisi cõpleta digestione pma cuius nõ est vnũ certũ temp⁹ in oĩbus hoĩbus: sed in quibusdã duabus horis: vt in calidis et exercitantibus. in alijs qttuor vel sex sm cõplexionem stomachi et ciborum in qualitet qnto. Potus extinctiuus op; vt sit aqua pura frigida vel cum aceto modico permixta qz fiet magis extinctiua. op; etiã vt sit modic⁹ qntitate ne post ipm stomachus ledatur: q̃propter cõuenit vt potius traijciatur sugendo qđ gurgitando ne forte cibi digõ interrũpatur. Et potus quidẽ humoralis nõ hz certũ tempus sumptionis: imo cũ necesse fuerit: poterit et apud digestionem et infra: vt accidit in feb. Sed queritur an potus delatiuus sumi debeat cum adhuc cibus est in stomacho;

vel postq̄ descēdit ad intestina: videt̄ qñ est in stomacho: q: non pōt extre pileron ꝓpter spissitudinē ꝛ vie stricturā. Sed ecōtra videtur: q: tūc primo cibus attrahit̄ per meseraicas ad epar. Dicendū q̄ debet dari qñ est adhuc in stomacho q: reddet totū chilū liquidum ꝛ toti cōmiscebit̄ perfecte: q̄ si quis obiecerit qm̄ talis cibus transit indigestus ad epar cum chilo ꝑfecte digesto. Dicendū q̄ vinū modica indiget digestione q: calidū est ꝛ subtile: ꝛ ideo sufficit sibi ꝓ digestione hora illa pro qua cōmiscetur chilo in stomacho: ꝛ hora qua ad intestina descēdit: ꝛ hora qua transit ꝑ meseraicas ad epar. Sic enī venit digestum ad epar. Et ex his soluunt̄ rōnes vtriusq̄ partis preter hoc qḋ oportet adijci q̄ substantia potus cuiuscūq̄ nō semper est vinū vel aqua sed solū tēpore sanitatis. Nā tēpore egritudinis conuenit alia et alia substantia potus ꝓut ostendit̄ ex capl'o egritudinis cuius est potus siue sit permixtiuus siue delatiuus siue extinctiuus.

Pronosticatio.

Sitis superueniēs post euacuationē conuenientē farmacie cū cōstantia virtutis ꝛ leuitate corporis perfectā digestionē significat et ꝓprie si color egestionis mutat̄ ab humore purgando ad suū vicinū: vt dicit Mes. in li. suo de medicinaꝝ consolatione. Item superfluā sitim tolerare in fe. q̄buscūq̄ ꝛ ꝓprie acutis arsiuis est ꝑducere egrū ad arefactionem ꝛ marasmū qḋ ꝛ verū credimus in ydropisi alchite de quo minime videtur: vt pz ꝑ Aui. loco pallegato. Detur ergo potus in substātia qui cōueniat egritudini: scz ꝛ mō ꝛ q̄ntitate cōueniēte in canone iaz scripta. vñ Gal. viij. de ingenio ca. de fe. effimera ex nauseatiua satietate dicebat. Sitiz tolerare in fe. est martyriū sine iuuamēto; lz in hoc sepꝰ errēt cōiter opantes. Itē sitis intēsa supueniēs post potū supfluū vel comestionē sine cā manifesta certificat indigestionē vel digestionis corruptionē. Itē sitis nocte supueniēs post comestionē vel potū supfluū vel post crapulā ꝛ ebrietatē meliꝰ rectificat̄ somno q̄ potu extinctiuo. vñ ypo. v. amph. Quibuscūq̄ bibere desideriū nocte ꝛc.

¶ De eructatione. Ca. vij.


Ructatio siue ructus est expulsio vētositatis supius a stomacho inflātis ꝛ extendentis ipsum queadmodū ꝛ treula dicitur expulsio vētositatis ꝑ inferiꝰ ab intestinis. Sed cū ventositatis cā nō sit alia q̄ caliditas diminuta q̄ frigiditas pōt appellari: vt ait Gal. vj. de accidēti. opz vt eructatio cōplexionē frigidā stomachi testet̄. Hec igit̄ vētositas aut multiplicat̄ in ieiuno quare fit a mala cōplexione diuersa frigidi. stomachi cum flegmatica materia viscosa vel aquosa in quā agit calor naturalis. Et signa eiꝰ sunt multitudo sputi ꝛ saliue insipide ꝛ viscose ꝛ inflatio ventris cū rugitu ante cibū ꝛ q̄ hora digestionis accidit cōmotio fortis in ventre ꝛ vrina videtur al. grossa ꝛ patiens iuuatur a calidis nocetur a frigidis. Aut multiplicat̄ post digestionē ꝛ ꝓprie supfluā quantitatē vel frigidam q̄litatē quare fit a mala cōplexione frigida sine materia quod tunc accidit ꝓpter caloris naturalis diminutionē agentis in cibo potentis eleuare ventositates ab ipso sz non termiare. Et signa eius sunt: q: nulla sentitur grauitas aut modica in stomacho ante cibū sed post ipm: ꝛ tunc fit rugitꝰ et inflatio cui succedūt oīa signa stomachi frigidi sine materia q̄ diximus capl'o de indigestione. Fit ꝛ quādoq̄ ꝓpter assumptionem cibi ventosi naturaliter: vt fabe rape fructꝰ crudi: ꝛ tunc non significat super dispositione continentis sed contenti.

Methodus.

Cura eructationis frequentate ante cibū est cura male cōplexionis frigide cum materia flegmatica dicta capl'o eodem cū digestionibus ꝛ euacuationibus vnguentis electuarijs ꝛ cerotis. Preter illa aūt fiat dragea ex mastice thure. añ. ʒ. ß. quā masticet in ieiuno cū glutione. Fiat etiā dragea ex semie carui anisi feniculi petro. cardamomi. añ. ptes equales. Vtatur post euacuatiōes dyatriūpip. dyacimīnū. dyaz33. dyaniso et oībus electuarijs calidis in ieiuno. bibendo post ista aliq̄d vini puri potētissimi. Balneetur cū aq̄s frigidis stipticis: vt sunt aq̄ tinarū ꝛ aq̄ decoctiōis absinthij mente rutbe pullegij alumis ꝛ furfuris ꝛ ꝓprie post eua-


euationes. Cura eius que fit post cibum est eadem cum ista preter quod non est opus euacuationibus: sed alterationibus in ieiuno: nec multiplicet cibum in quanto continuo vel discreto. Euitet legumina omnia proprie fabas cicera et pisa. Non vtatur fructibus nisi forte caricis ante cibum: et piris assis vel coctanis post cibum cum dragea predicta addendo zuccarum propter delectationem: exerceatur semper in ieiuno: nec sumat cibum nisi prius verus accesserit appetitus. primo tunc satisfaciat nature non appetitui quoquomodo: quia stomachus frigidus est in appetere bonus: in digerere non bonus: vt dicit Galenus in tegni.

Canones. Multitudo ventositatum in stomacho impedit corrugationem ipsius super cibis sed cum digestio sit alteratio naturalis: et alteratio naturalis non perficitur nisi agens et patiens secundum extrema se contingant: ideo necessario impeditur digestio prima: vt colligitur ex. vij. phisico. circa principium. et. vij. de accidenti. Item gal. vij. de accidenti. ventositas non multiplicatur in stomacho calo neque in frigido vehementer: quia calor excellens dissipat et terminat eas postquam eleuate sunt. Sed frigidum excellens non sufficit ad eleuationem earum: sicut dicit ibidem de ventis que nec multiplicantur in canicularibus nec in medio hyemis: sed magis vere et autumno.

Pronosticatio.

ʒ.iij.salis cōis'⁊ oia ista reducātur ad ignē ⁊ bulliant aliq̄ptulū ⁊ collētur⁊ tepidō.iniicia-tur.Hoc eīm de ,pprietate alterat caliditatē et resoluit humiditatē cuꝫ ventositate ⁊ vri-nā puocat sine calefactiōe.Purget semel in ebdomada cū pillis de reubar.q.℞.reubar bari.ʒ.ij.carui ameos amomi.añ.ʒ.ſ.collo-q̄ntide turbith scamonee.añ.ʒ.ß.cōficiātur cum succo eupatorij.detur ex eis sero cū itur dormitū sine cena a.ʒ.ſ.vsq̧ ad.ʒ.ij.q2 de ,p prietate cōfortāt epar ⁊ stomachū ⁊ termi-nant vētositatē ⁊ expellūt ventositatē.Sup epar ponat emplm̄ frigidū stipticū factum ex sandalis roß.farina ordei ciperi tritis et cribellatis ⁊ incorpatis cū succo plātaginis et aqua roß.⁊ modico aceti.Sup stōachum ⁊ intestina ponat emplm̄ factū ex millio fur fure sale torref̄.in sacculo ⁊ actu calidū fre quēter applicatū.Fiāt masticationes sepe ante cibū prouocātes eructatiōes ex thure et cimino ⁊ mastice ⁊ carui ⁊ silibus.Inun-gatur tot⁹ venter q̄nq̧ ad solem calidū vel ad ignē cum aceto squillitico p̄missa frica-tione leni cuꝫ pāno calido apiente poros. Supponātur q̄nq̧ suppositoria q̄ extrahāt ventositates p infer⁹ sicut sunt ista.℞.folio rum rutbe cimini baurach salis gēme.añ.p tes eq̄les:terant ⁊ cōficiātur cū melle.Nu-triant cibis digestibilib⁹:vt sunt caro pul-lorum vel edoꝝ vel castratorū vel auiū mon tanarum ⁊.ppꝛie assa vel elixa cū feñ.petro. cōdita cum sapore facto ex agresta vel vino granatoꝝ vel berberis vel aceto vl' succo ace tose ⁊ puluere cinamomi cardamōi ⁊ croci. Et nō comedat inflatiua oia sicut sunt legu mina fruct⁹ arboꝝ olera rape ⁊ silia nisi for te olus factū ex herba feñ.⁊ petro.Come-dat etiā iura carniū condita cū vitellis ouo-rum ⁊ oua sorbilia.Utat cibis siccis vel as-sis vt plurimū p̄terq̄ in die purgatiōis.Tūc vtatur hūidis ⁊ calidis vt vēter celerius sol uatur.Bibat vinū album:aromaticum lim phatū cum aq̄ decoctiōis se.feñ.vel ameos vel amomi.Paruꝫ cōedat ⁊ bibat:vitet som nū sup̄fluū ,ppꝛie ⁊ ,ppꝛie diurnū.Sumat post purgatiōes electuaria apitiua alterati ua ⁊ cōfortatiua sicut est hec mixtura.℞.dya lacce.dyacimini.dyanisi.dyacartami.dya-gallang.añ.partē.ſ.dyarodō abbatis.rosa te nouelle.triasandali.ana.ptē.ß.vel sic.℞. dyacucurme triffere sarracentce.añ.partem vnā.triasandali ʒuccari roß.añ.pt.ß.Cura tympañ.q̄n est sine caliditate epatis vel fe. est vt soluatur frequēter in ieiuno cum cliste ri qd.℞.ameos amomi cimini siseleos.se. feñ.se.endō.añ.ʒ.ß.camomille meliloti eupa torij cicoree cētauree rutbe maluaꝝ la ctuca rum.añ.m.ſ.polipod.ʒ.ſ.colloq̄ntide agar. añ.ʒ.ß.,pistetur ⁊ bulliant in aqua pfecte et collentur ⁊ ex lib.ſ.illi⁹ collature ⁊.ʒ.iij.mel lis.⁊.ʒ.ij.olei de aneto vel de rutba vel de camomilla vel de lilio:⁊.ʒ.ß.salis cōis fiat clistere quia de ,pprietate humiditates eua cuat ⁊ vento sitates potēter resoluit.Purge tur semel in ebdomada cuꝫ pillulis que sic fiunt.℞.hermodactillorum turbith cimini. añ.ʒ.ß.agarici colloquintide scamonee.añ. ʒ.ß.misceant cum succo eupatorij vel cicoree Detur ex eis q̄n itur dormitū sine cena a.ʒ. ſ.vsq̧ ad.ʒ.ij.Et scias q̄ frequēter vsus ca-medreos ⁊ origani ⁊ siseleos sanat omnes tympanitem a ,pprietate.super epar pona tur emplm̄ cōfortatiuum ⁊ aperitiuū quod ℞.sandal'al.citrini⁊ rub.roß.ru.añ.ʒ.semis masticis mirrhe nucis cipressi.añ.ʒ.iij.olei masticis vel narō.ʒ.ij.aque.roß.aceti ana. ʒ.semis succi absinth.succi plantagini s.suc ci eupatorij.añ.ʒ.q̄ttuor terenda terantur et incorpentur omnia cum oleis ⁊ succis et addatur farine lupinorum qd cantabruꝫ dr quod sufficit ad inspissandum.Super sto-machum ⁊ intestina ponat emplm̄ supradi ctum alias quod fit ex seminib⁹ ameos ,ca-rui feñ.dauci amomi mixtis cuꝫ millio et in sacculo calefactū super lapide ignito.Utat post purgationes aliquas dyacimio dyacu curma dyaniso dyagallanga dyacartamo ⁊ electuarijs calidis carminātibus ventosita tes grossas:cum virtute ⁊ vnguentis suppo si torijs masticātibus.Dieta fiat vt superi⁹ preter q̄ vinū eius sit clarum vel⁹ purū po tens sine omni pmixtione aque.Et spēs con dientes ei⁹ cibos sint magis acute.adde igit̄ p̄dictis ciminū carui.se.añ.feñ.piperis longi piperis nigri ⁊.ʒʒ.Et in fine balneetur in aqua tinarum calida frequēter ante cibum: et sic regat̄ a principio cure vsq̧ ad pfectaꝫ sanitatē g̃datim.Et si p hoc nondum fuerit bene curat⁹ redeundū est ad pncipiū ⁊ p or dinem denuo ,pcedendum iuxta illud Ypoc.

ij. parti. amph. oia ꝯm rōnem facienti non ꝯm rōnem euenietī nō oportet ꝟo trāsire ad aliud manente qḋ visum est a principio. Et iuxta illud Aui. j. cañ. fen. iiij. ca. noli recedere a nostro.

Methodus. Alchites quidem causatur ⁊ accidit aut a mala cōplexione epatis frigida et hoc vt in paucioribus debilitante virtutem digestiuā ⁊ segregatiuā quare non generatur san. laudabilis sed crudus aquosus qui non est aptus nutrire membra nec expellitur superfluū per vrinā ⁊ secessum opillatione viarū prohibente vel virtute expulsiua ⁊ sequestratiua supflui a nō supfluo debili existēte colligitur inter sifphac ⁊ intestina ⁊ forte redundat inter siphac ⁊ mirach inflans ea vehemēter. aut fit a mala cōplone epatis calida vehementer ⁊ hoc vt in pluribus resoluēte ⁊ debilitāte calid. epatis naturale qḋ est ꝓpriū organuȝ digestionis in eo: qꝛ digestio nō est alteratio absolute. Sic eñ maior ⁊ fortior fieret a calido maiori scȝ igneo febrili: sed est alteratio determinata modo: gradu atqꝫ ordine naturali. Et siue fiat a mala cōplone calida siue frigida: aut est sine materia ⁊ hoc raro: aut cū materia ⁊ hoc est vt plurimum. Et si fit cū materia aut est opillans ⁊ ꝓhibens sequestrationem supfluitatū ab humoribus benignis ⁊ eoꝝ euacuationē ad extra corpus. Et fit vt plurimū ab opillatiōe epatis cronica ⁊ indurata q̄ sclirosis appellatur sicut ⁊ icteritia citrina: quapropter sclirotici sunt vt plurimū icterici ꝓpter opillationem pori fellei ⁊ toti⁹ spongiositatis epatis ⁊ venarū. Signa ꝓpria alchitis sunt cuȝ signis cōibus supradictis inflatio ⁊ grauitas vētris plurima q̄ dū ꝑcutitur: facit sonuȝ raucū sicut aqua cōquassata vel sicut vter plen⁹ aqua: et qñ voluitur eger de latere sup lat⁹ sentit sonū ⁊ motū aq̄. Et fiunt in q̄busdā in testiculis ⁊ virga ⁊ crurib⁹ inflationes fortes ⁊ immēse: sed supiora remanent gracilia extenuata ⁊ est in cute mēbroꝝ tumidoꝝ tensio sicut coriȷ imbibiti p noctē in aqua dū ꝓmuntur: reddūt foueā que nō ilico repletur. Et si fit a cā frigida fit lenitas ventris ⁊ appebit vrina nō valde tincta subtilis tñ ꝓpter opillationē. Et si fit a cā calida vel cū apostemate vētris fit stipticitas plima ⁊ appebit vrina valde tincta subtilis cū fe. cōcluia. verūtñ vt plurimū in oñi alchite fit vrina tincta: qꝛ natura nō facit aliquā sequestrationeȝ in humoribus cholericis ⁊ melācholicis: ita vt remaneant supfluitates cū vrina ⁊ tingūt ipsam vehemēter: ⁊ iō antecedūt vt plimū oēm alchiteȝ icteritia citrina vel nigra. Cura aūt alchitis qñ est a caliditate epatis aut apate ⁊ fe. quatuor cōplectitur intētionib⁹. Prima quarū est cura apatis ꝓut dicetur infra suo ca. Scḋa ꝟo alteratio male cōplonis epatis ⁊ ei⁹ confortatio cū frigidis stipticis. Tertia est deopillatio viarū epatis cum diureticis apitiuis. Quarta est euacuatio aq̄ citrine siue cause cōiuncte alchitis per secessum ⁊ vrinā cū medicinis laxatiuis ⁊ vrinatis de quib⁹ sigillatim per ordinē dicamus. Purgetur igitur oī septimana semel vel bis ꝯm tenorē virtutis cū medicina euacuāte simul p secessum ⁊ vrinā vel modo cū vna mō cū alia ne natura fiat cōsuetudinaria ⁊ vt vie epatis oēs copiosius ⁊ sufficiētius expurgentur. Pillule de reubar. alleuiātes optime in hoc casu que soluūt ventrē cū ꝓuocatione vrine sic fiūt. ℞. reubarb. electi. ʒ. ij. turbith agarici collo̅qntid. ʒʒ. añ. ʒ. j. se. end. lactuce cicoree. se. apij. añ, ʒ. ß. formentur pillule cū succo lactuce end. vel cicoree Et si vis magis acuere: adde scamonee. ʒ. ß. ro. ru. ℈. vnū. Dosis earū est in sero cuȝ itur dormitū a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ʒ. ij. Itē pillule de mezereō Johis me. ℞. folioꝝ mezereō ꝑparatoꝝ vel semis ei⁹ ꝑparati. ʒ. v. mirabol. citrinoꝝ. ʒ. iiij. kebulloꝝ. ʒ. iij. cōfice cū terenia bin vel manna dissolutis in aq̄ end. Si pillulas recipe nō possunt lȝ mel⁹ operentur: recipiat decoctiōis semis end. lactuce scariole prunorū. semi. apij. ℥. iiij. fundatur super. ʒ. ij. reubar. ⁊. ʒ. ß. turbith ⁊ dimittantur sic vsqꝫ ad horas septē tunc collet ⁊ det ante diē cū. ℥. ij. sirupi acetosi. Et si corpus fuerit robustum: detur totū simul cū collatura vel purgetur cum electuario de mezereō: qḋ ponit Mesue in suo de ꝯsolatione medicinarū solutiuarū caplo de mezereō ⁊ est optimū ꝑdictoꝝ. educit eñ vehemēter aquā ydropicoꝝ p secessum. ℞. folioꝝ vel se. mezereō preparatoꝝ. p. x. carnis citonioꝝ elixoꝝ in aceto vini ⁊ zuc. al. añ. par. lx. terenia bin. p. xl. olei mezereon. p. xij. aq̄ casei in qua infusus sit agaricus p noctē.

par.xxx.dissoluantur zuc.⁊ manna in aqua p̄ dicti casei ⁊ misceantur cum mina citoniorū ⁊ coquantur cum facilitate ad ignem lentuȝ vsq̄ ad mellis spissitudinem et inuoluatur mezereon cum oleo iam dicto ⁊ conficiatur cum eis. Cuius dosis sit a. ʒ.ij. vsq̄ ad.iij. dando in media nocte. ⁊ scias ꝙ mezereon modicum sustinet de decoctione ⁊ contritio ne.primo per ea perdit virtutem: prepara/tur autem sic mezereon. Medicamen eua/cuans per vrinam est sirupus diureticus qui sic fit.℞.radicū quinq̄ cōmuniuȝ.añ.M.j. lingue ceruine capilli veneris epatice enð. cuscute.berberis capparis.añ.ʒ.iij. semi.cō/munium frigidoꝝ.ʒ.ij.viol'.ʒ.ß.vini citonio rum lib.ß.sirupizetur cū lib.j.zuccari.⁊ quā do volumus ipsum fortificare in prouocādo vrinam addimus puluerem cantaridarū ab latis capitibus ⁊ alis que sunt partes ve/nenose:quia tunc fortius tendet ad renes et vesicā propter proprietatem quam habent cantaridð.ad vesicaȝ. Et quando volumus vt idem sirupus purget simul per secessuȝ ⁊ vri nam addimus.ʒ.j.reubarbari.ʒ.ij.mezereō: vt supra dictum est. Et tunc dicitur sirupus diureticus reubarbatus. Et si presto non sit aliud detur sirupus acetosus cōpositus cuȝ aqua decoctionis cicoree acetose berberis ci peri capparis enð.⁊ sit aqua dupla ad siru/pum. Sunt preterea quedam medicine de/biles purgātes per secessum que conueniūt virtuti debili vl' corpori delicato sicut est se/rum siue aqua casei:in qua sit puluerᵹ reu barba.ʒ.j.dando in aurora vel in quo sint in fuse.ʒ.ij.reubarbari per noctem:vel.ʒ.v.mi/rabolanorum citrinorum:⁊ si timeres supca lefactionem epatis propter farmacuȝ adde in aqua casei aliquid aque ro. Hec sufficiūt de medicinis euacuātibus p secessum vel vri nā. Post purgationes autem ⁊ postq̄ coniū cta causa incipit manifeste diminui fiāt em plastra super epar ⁊ stomachū.nā ante hoc tempus nō faciunt iuuamentū sed nocumē/tum. Epithima siue emplastrū cōfortans ⁊ alterans fit ex sandal'.alb.rub.⁊ citrinis ro. rub.enð.berberis solatro plantagine bulli/tis in aceto vini vel citoniorum ⁊ aqua ros. vel in succo solatri eupatorij absinthij ⁊ mo dico aceti faciēdo ex eis epithima sup epar in quo petie infuse actu frigide supponātur

frequenter ante cibum vel faciendo ex eis empiastrum pistando ⁊ incorporando om/nia simul cum succis predictis postq̄ bene cocta sunt inspissando cum farina ordei suf/ficienti. Empiastrum aliud quod ponitur super ventrem ⁊ stomachum resoluit aquaȝ ydropicorum insensibiliter.℞.stercora colū/bini.caprini bouini añ.lib.ij.bulliantur in vi no albo veteri potentissimo ⁊ modico aceti. Deinde expressa in sacculo ponantur actu calida supra ventrem frequenter in ieiuno. vel sic.℞. stercora columbina ⁊ parum ezu le ⁊ calamenti ⁊ congregentur cum vrina ca prarum recenti et ponantur super epar. Preterea sunt medici qui stercora predicta cum sunt calida recentia firmant supra ven/trem cum fascijs latis ante cibum: similiter ⁊ corpus totum sepeliunt preter caput in stercoribus aut in arena calefacta. Et ite/rum aliud sic.℞. boli armenici farine ordei milij furfuris baurach. Vel loco eius salis cōmunis cinerū quercus fimi caprini ⁊ vac/cini.ana. ⁊ incorporentur omnia cum aceto cum aqua:quia soluit intra ⁊ confortat. Vn/guatur etiam totus venter cum vnguento agrippa per se vel mixto cum marciaton fri cando cum ipso ventrem totum ad ignem vel solem calidum frequenter. Et fomen/tetur venter totus sepius cū lapidibus igni tis aspersis aceto vini acutissimo: quia illud est plurimū resolutiuum partiū subtilium ca lidarū recipiendo hunc fumū postq̄ totum corpus fuerit bene coopertū:vt fumus totus ascendat cū caliditate. Et balneetur quoq̄ in stupha calida sicca sine aspersione aque om/nino:aut sudet in stupha calida in q̄bus po sita sint saluia ruta sauina pullegium iuni perus ebulus sambucus:⁊ omnia acuta post q̄ fuerint bullita diligenter ⁊ posita in stu/pha resoluentur ⁊ fe.augmentetur. Vel fiat talis euaporatio fiat acer perforata ⁊ figa/tur celle capiens totum ventrem. Et iaceat eger super ipso ventre demisso per foramen ⁊ recipiat vaporem calidum aque decoctio nis radicum ebulli sambuci ezule euforbij endi.vrtice calamēti mezereon id est laureo/le. Et tegat̄ corpus vndiquaq̄ vt vapor du ctus ventrē tangat. Vel possunt iste res assa ri in cacabo sine aqua oīno ⁊ recipiat suffu/migiū eodem modo:⁊ melius erit quia ma/

gis exsiccabit. Utatur etiã post purgationes aliq̃s electuarijs calidis apitiuis epatis et cõfortatiuis simul sicut est hec mixtura. ℞. dyagallãge: dyacimini: dyarrodon abbatis: triasandal. ana. dent cuz vino citonioꝝ vel aqua decoctiõis berberis dissoluendo ea in illo liquore ad modũ lohoch vel sirupi: vt cito penetret ad epar: vel sicut est hec mixtura. ℞. dyacucurme maioris vel minoris zuccare ro. veteris añ. det cũ vino albo claro limphato cũ aq̃ decoctiõis cicoree acetose endiuie lactuce berberis cipi cappis vsq; ad medietatez: vel sicut est hec mixtura. ℞. dyagallãge: triasandal. et trocis. de berberis sic fiunt. ℞. berberis aut succi ei⁹ ℥.x. se. endiuie cucurbite se. portulace añ. ℥.iij. ros. ℥.ij. reubar. ℥.j. spice ℥.ß. iformentur troci. quoꝝ quilibet sit aur. j. Et põt addi spodij cãphore amili: dragagãti: xiloaloes añ. ℥.ß. cõficiant cũ tamarindis dissolutis in aqua endiuie: q2 calorẽ et sitim reprimũt et aquã citrinã educũt ꝓxinaz et epar cõfortant atq; exopillant. Item inũgatur epar quoq; vnguento qd. ℞. populeon et misce cũ succo end. absinthij et aceti squillitici añ. ℥.iij. et vino citonioꝝ et berberis vel granatorum acetosoꝝ: q2 infrigidant et confortant. Itẽ abluat crura mane et sero cũ vino albo veteri in quo bullierint flores camomille saluia mentastrum folia lauri ruthe et filia. Preterea sit totũ studiũ medici assidue circa rectificationẽ epatis et splenis ne forte regenerẽt cãm antecedentez: q2 nihil prodesset abijcere cãm cõiunctam. hoc aũt fit ex medicinis exopillãtibus epar et splenẽ et alterantibus eoꝝ malã complexionẽ: sicut sunt electuaria predicta: et sicut est sirupus diureticus posit⁹ ca. de opillatione et duritie epatis. c. De cañ. q2 potẽter deopillat: alterat et confortat epar atq; splenẽ calidum indura/tum si detur ex eo omni mane post euacuationes vniuersales aliq̃s supradictas cum aqua decoctionis endiuie lactuc. Si autem hec egritudo esset cum fluxu ventris et solutione superflua nõ detur aliqua medicina soluens ꝑ secessum: sed solum regatur cum medicina que sic fit. ℞. spodij: cerusе: galle: balaustiarum: sumach: se. tamarisci et acetose añ. ℥.j. ciperi: squinanti spice reubarb. lacce corticis capparis añ. ℥.ß. se. endiuie ℥. semis agni casti se. portulace añ. ℥.j. opij. ℈.ß. cãphore sextam partẽ ℥.j. fiãt trocis. cum succo berberis vel citoniorum vel sumat trocis.cos de ßarabe cum aqua pluuiali vel aqua extinctionis calibis vel lapidis igniti vel aq̃ decoctionis endiuie plantaginis mirtilloꝝ quos dicemus caplo de fluxu ventris. aut zuccarum ros. vetus. aut dyacitoniten sine speciebus. Dicamus modo de ordinatione diete ꝑm sex res nõ naturales. Nutriant carnibus edoꝝ pulloꝝ agnoꝝ annaliũ castratorum perdicũ et oim auiũ siluestrium nõ aq̃ticarum potius assis q̃ elixis. Et si elixentur: addant petro. feniculum. et caules: sed in die purgatiõis que est ante ipam dent potius elixe q̃ asse. Utatur quoq; oleo facto ex borragine spinargijs petro. feñ. apio endiuia lactu: et bletis. Utatur quoq; aq̃ decoctionis caulũ et lentium in q̃ ponant pul. ameos amomi cinamomi carda. croci se. feñ. et petro: quia laxat ventrem et opillationes aperit: sed substentia eorum stipticat et opillat. Utatur brodio cicerum et pisorum condito cum lacte amigdalarum: vtatur pulte ex farina auene vel farris et iure carnium laudabiliũ vel aqua cicerum et pisoꝝ: vitet oẽs cibos dulces vnctuosos vel viscosos et carnes salitas. vitet brodia et cibos liq̃dos: nisi ãte diẽ purgationis. vtant quoq; lacte recẽti caprino vel asinino vel vaccino in ieiuno vel cum melle vl' cũ zuccaro. et mica panis. Utant cuz suis carnib⁹ tali sapore. ℞ cinamomi. gari. añ. ꝑtes eq̃les terant subtilissime et aspgãt cũ succis acetose berberis vino ĝnatoꝝ agresta et filibus et põt addi aliq̃d aq̃ ros. Bibat vinũ albũ claꝝ aromaticũ bñ adaq̃tuz cum aqua in q̃ extinct⁹ sit calibs vel lapis ignit⁹ vel cuz aq̃ in qua bullierint seia diuretica calida et frigida vel cum aqua decoctiõis end. acetose berberis. cicoree. cipi cappis. sed tñ hora comestiõis parum vel nihil bibat si est possibile: sed post comestionẽ per duas vel. iij. horas esset magis vtile. Nec bibat aliqua hora ad satietatẽ. Et cum sitis ipm infestat abluat os suuz cuz aceto medie fortitudinis et modico albi vini odoriferi et cuz ipo gargariset. Utat exercitio in ieiuno q̃tuz põt et fricatiõe ꝑpe sup ventrẽ. nullo mõ in die dormiat nisi ꝓpter necessitatẽ scz si virt⁹ sit debilis aer habitationis sue vergat ad calidũz siccum per se vel per artem cum igne non

tamē sup̄flue. Ordineť igitur vt aer inspirationis fit min⁹ calidus: ſʒ aer circa corp⁹ ambiens magis calidus: inducať gaudiū ꝛ letitia ꝑposse. Cura alchitis qñ est fine caliditate ꝛ fine apate ꝛ fe. est vt purgeť cum eisdē medicinis ficut ꝛ qñ est cū caliditate ꝓpter quod fint magis acute fiue ducāt ꝑ secessum fiue per vrinā fiue ꝑ vtrūq̧. Pillule bone soluētes ꝑ secessum sic fiūt. ℞. folioꝝ vel feminis mezezeon. ʒ. ij. euforbij. ʒ. vnam. reubarbari electi. ʒ. ij. turbith agarici. colloq̄ntide añ. ʒ. ß. masticis rof. añ. ℈. j. Conficianť cū succo absinthij vel eupatorij. Et fi volueris vt cuʒ solōne ꝓuocēt vrinā adde femi. enō. cicoree. lactuce. apij. feñ. petro. añ. ʒ. ß. Dosis earuʒ est a. ʒ. j. vsq̧ ad duas sero cuʒ itur dormitū fine cena: vel cum pillulis de reubarbaro vel de mezezeon quas ponit Mesue in suo antido. ꝛ ꝓprie fi fit opillatio epatis ꝛ splenis magna. ℞. reubarbari boni. ʒ. vij. armoniaci. ferapini. bdellij. añ. ʒ. x. lacce. ʒ. viij. opoponaci. ʒ. iiij. mezezeon gūmi arab. ana. ʒ. quattuor turbith electi. ʒ. x. spice polij aloes añ. ʒ. v. masticis. ʒ. ij. mirabolanoꝝ citrinorū ʒ. x. dissolue gūmas in vino ꝛ fac pillulas. Doß. quarum fit. ʒ. ij. cū aqua casei: sunt eñi vltime fortitudinis in ydropisi q̄cūq̧. Soluatur etiā qñq̧ cuʒ medicina solū prouocāte vrinā ficut est firup⁹ diureticus supradictus ꝛ ita fiat viciſſim modo cū vna: modo cū alia ne natura fiat ꝯsuetudinaria. Neq̧ quiescat aliqua ebdomada quin bis vel ter purgetur ſm virtutē. post purgatiōes fil'es et nō prius. Utatur ante prandiū ꝛ ante cenā electuarijs calidis apriuis cōfortatiuis p̄dictis in cā cal'a fine ꝑmixtiōe frigidoꝝ oīo ficut est dyacucurma dyaciminū tyriaca vetus dyaltea dyacostuʒ dando ex aliquo eorū vel aliq̄b⁹ fil'ibus mixtis ad modū castanee cū. ʒ. ij. vini albi clari ꝛ veteris ꝛ potētis Et illa hora ponanť epithimata ꝛ empl'a p̄dicta sup̄ epar ꝛ vētrē ꝛ nō p̄us. Et balneetur ī aquis ꝛ balneis aluminoß. ꝛ sulphuris ꝛ aq̊s cal'is stipticis cū aromaticitate: qm̄ talia cōfortāt epar ꝛ stomachū excellēter ī dieta ꝛ alijs oīb⁹ fiat ficut in cā cal'a p̄ter qđ vinū ei⁹ fit vet⁹ clarū puꝝ fine aqua. Si aūt fit hec egritudo cū fluxu vētris vl' solōne nō vtatur aliq̄ medicina solutiua: ſʒ regať cū sola medicina stiptica cōfortatiua epatis ꝛ intestinoꝝ dicta sup̄⁹ in cā cal'a: ꝛ fic regať ꝑ methodū p̄dictū a p̄ncipio vsq̧ ad finē. Et reiterеť tota cura sepi⁹ donec ꝑfecte cureť quia hec egritudo ꝑdurās est ex materia quare in fluxu sex mens. difficile curatur.

Methodus.

Yposarcha fit ex mala ꝯpl'one frigida venaꝝ ꝛ mēbroꝝ corporis q̄propť corrūpit digō tertia ꝛ diminuiť: q2 ratificanť humores ꝛ humiditates nutrire debētes eas. Neq̧ apponunť neq̧ assimilanť cruditate et aquositate ipoꝝ ꝓhibēte sed stāt in cōcauitatibus ꝛ spōgiositatib⁹ membroꝝ inflantes replentes ea. Et demū infrigidat ꝯpl'onem epatis vt cōfil'em generet cām āñcedētē. Et fit hec mala cōpl'o frigida: vt p̄limuʒ ꝓpter alterā septē cāꝝ: quaꝝ prima est frigiditas epatis naturalis. Scda ē resol'o calidi naturalis ficut fit post febres cronicas et ꝓprie q̄rtanas. Tertia vō post opillatiōes vl' splenis vel epatis ꝯculcātes ꝛ mortificātes cal'm naturale in eis ꝛ ꝓhibētes seq̄stratiōnē sup̄fluitatū scđe ꝛ tertie digōnis. Quarta est pot⁹ aq̄ frigide in ieiuno vl' post coitū vl' balneū vel exercitiū vl' ablutio in aq̄ frigida post euacuationē fortē. Quita est flux⁹ vētris plurim⁹ vel mēstruoꝝ vel emorroidarū euacuās calorē naturalē. Sexta est retentio mēstruoꝝ p̄lima vel emorridarū q̄re regurgitāt ad epar ꝛ venas ꝛ ipsas infrigidāt ꝛ opillāt Septima est ex frigiditate mēbroꝝ circūiacentiū epati ficut est stomachus intestinū ieiunū ꝛ pulmo ꝛ dyafragma ꝛ renes. Signa propria yposarche sunt cū fignis cōibus supradictis vl'is inflatio oīm mēbroꝝ toti⁹ corporis ꝛ facies turgida velut pugn⁹ inflata ꝛ est totuʒ corpus fine arefactione ꝛ nō inflať vēter neq̧ vmbilicus adeo ficut in alchite et tympanite. Et qñ digiti premuntur vel brachia reddunt figurā cauā que nō redit ilico ꝛ est cū ea vt plurimū fluxus ventris chillosus vergens ad albedinē: pulsus vndosus latus lenis vrina eius vt plurimū karopos vel alba lactea grossa Cura yposarche in cōmuni est calefactio ꝛ confortatio epatis ꝛ omnium membroꝝ cū balneis electuarijs emplastris vnguentis firupis dictis capl'o de debilitate epatis. Et purgeť de tertio in tertiū cum medicinis dictis in alchite vel cum

pillulis fetidis vl' cocbijs vel cũ medicamine de turbith. posito ca. de soda. Post purgatio nes aliquas ponant empl'a sup epar p̃dicta in cura alchitis ⁊ tũc vtat electuarijs apiti/ uis dictis ibidẽ ⁊. pp̃rie dyacosto. ⁊ sepeliat in arena calida, vel fimo vaccino ⁊ colũbino ⁊ liniat totũ corpus cũ luto calido vel sterco ribus calidis supradictis. Et stet in sole cali do vel stupba calida post euacuationes fre/ quẽter. Et si fit a frigiditate epatis naturali reducat ad tẽperamentũ cũ electuarijs cali/ dis ⁊ potu vini veteris amari. Sil'r ⁊ cũ oib' dictis cap'lo de debilitate epat. C. de cã fri gida humida. Et si fit pp̃ter resolutionẽ ca lidi naturalis ɔfortet epar cuz empl'is cali/ dis dictis stipticis. Et si fit pp̃ter opillatio/ nez ⁊ duriciẽ epatis apiat epar sicut diximʼ ca. de opillatiõe epatis ⁊ de opillatiõe sple nis sicut dicemʼ cap'lo suo etiã aliqua in illo cap'lo. C. de cura alchitis a cã calida. Et si fit pp̃ter potũ aq̃ frigide vel ablutionẽ ĩ ea tũc accidit dolor sub costis post ista q̃re vtat cibis cal'is ⁊ actu ɔtute ⁊ electuarijs cal'is ⁊ vino veteri claro puro ⁊ empl'is cal'is dictis in alchite: ⁊ si fit pp̃ter fluxũ vẽtris cronicuz vel mẽstruoꝝ vl' emorroidarũ tũc curent ista sicut dicet suis cap'lis. ⁊ ɔfortet epar cũ vn/ guẽtis ⁊ empl'is cal'is stipticis aromaticis di ctis ca. de debilitate epatis. Inducat q̃es et somnus pp̃osse ⁊ nutriat cibo laudabili ⁊ vi no rubeo dulci vt redeat sanguis multitudo. Et balneet corpus in balneo stiptico calido sicut est aqua: ⁊ aq̃ decoctiõis absinthij ⁊ ro. ⁊ plãtagis balaustie gallaꝝ cypressi cupul/ larũ glãdiũ calamẽti mẽte mẽtastri iuniperi masticis alumis sulphuris ⁊ siliũ. Et si fit p pter retẽtionẽ mẽstruoꝝ vel emorroidarũ p/ uocẽtur sicut dicemʼ suis cap'lis. Et puocet vrina cũ fortitudine cuz sirupo diuretico di/ cto in cura alchitis de cã cal'a. Et si virtʼ ⁊ etas ɔsenserint ⁊ habitudo corpis. fit carno sa: fiat flõmia de saphena pedũ q̃ est intʼ in talo. Iuxta illud Ipo. vi. pti. amph. Emor/ roidarũ ãtiquas sanari si nõ vna relicta fue/ rit piculuz est ydropisim fieri. In nullo autẽ alio casu cõpetit flõmia ydropicis: qꝛ addit in infrigidatiõe epatis ⁊ debilitate. Dietet ois yposarticbʼ. sicut dictũ est ĩ cura alchitis de cã frigida ⁊ sitim pp̃osse toleret ⁊ nutria ur cibis calidis sirupis aromatic sicut sunt carnes laudabiles ⁊ proprie asse nisi ãte diẽ purgatiõis tũc sint elixe cũ feniculo petro. ⁊ bibat vinũ albũ vetus claruz purũ. Utatur cũ cibo suo sapore facto ex allijs sina. petro. menta contusis ⁊ incorporatis cum aceto ⁊c.

Emperica. Dicit Aui. iij. cano. fen. 8 cu ra alchitis ꝙ visio sola aq̃ vel antidotũ casus eiʼ ipsiʼ bibi tio vel ablutio. Itez dr ꝙ ydropici nequaꝙ̃ debent flebothomari nisi fiat ydropisis de opillatiõe epatis pp̃ter multitudinẽ sangui nis vel retentionẽ menstruoꝝ vel emorroida ruz ɔsuetarũ: imo neqꝫ ɔsueuit tũc fieri nisi etas ⁊ virtʼ ɔsenserit aut cõsuetudo. Item di cũt expti ꝙ serũ caprinũ potatuz oĩ die in aurora ĩ qua spica nardi sit bullita. sil'r ⁊ vri na hoĩs aut capre in qua spica sit bullita cu rat omnẽ ydropisim de cã frigida: qꝛ educit aquã citrinã leuiter p secessum ⁊ vrinã ⁊ cõ/ fortat epar. Si aũt fit de cã cal'a addat eis succʼ endĩ. ⁊ scariole. Itẽ dicũt aliq̃ se exptos fore bonũ succũ rad. yreos crudi non cocti si ex eo sumat oĩ die ĩ aurora q̃tuz media testa oui cape põt p se vel cuz ouo sorbili miscẽdo qꝛ sanat oẽm ydropisim curabilẽ p artẽ: edu cit eñ oĩ die tres vl'. iiij. cel las aq̃ citrine. Et iõ a principio possumʼ eo vti siue alio medi/ camine si cã nõ fuerit difficilis antiq̃. In oĩ ydropisi cũ fe. ɔfert a pp̃rietate sumere oĩ die in ieiuno. ʒ. ij. epatis lupi sani postꝙ̃ fue rit exsiccatũ ad solẽ vel ignem ⁊ subtilissime puluerisatũ vt cito penetret ad epar si detur cũ vino al. claro dulci. Cõfert etiã vti passu/ lis ⁊ granis granatoꝝ bene masticatis cum zuccaro: qꝛ a forma specifica ɔfortant epar debile ex quacũqꝫ cã. Nũc in cura ois ydro/ pisis plurimuz necessaria est epatis ɔforta/ tio. Dixerũt etiã expti ꝙ alchites q̃ est sine caliditate vel fe. curat q̃nqꝫ cuz solo trocisco laxatiuo qui sic fit. ℞. turbith ʒ. i. ʒʒ. zuccari. añ. ℈. ij. scamonee electe grana duo terãtur ⁊ incorporent cuz vino ⁊ fiat trociscus vnus qui semel det in ebdomada ãte diẽ qꝛ facit quater aut q̃nquies assellare aquã citrinaz cũ obseruatiõe diete supradicte ⁊ admĩstra tiõe emploꝝ sup epar ⁊ vẽtrẽ superiʼ dictoꝝ. Sed si esset cũ fluxu vẽtris: nõ det medicina laxatiua: sed solũ cũ cibis stipticis ⁊ electua/ rijs p̃dictis. Dixerũt etiã alij ꝙ ois ydropi.

sis ⁊ proprie yposarcha frequēter curat᷑ cum hmōi medicamine. ℞.reubarbari pulueri/sati subtilissime.ʒ.ij.Detur in aurora cuȝ.℥. ij.mellis ⁊ oximellis cōpositi.℥.ʃ.⁊ aque de/coctionis lactuce scariole rad.feñ. dando de tertio in tertium semel in ebdomada cuȝ ob seruatione diete supradicte: sed si virtus sit debilis sufficit.ʒ.ʃ.reubarbari. Alijs dieb⁹ q̄/bus nō datur reubarbarū detur ante cenam ⁊ prandiū.℥.ʃ.⁊ ß.oximellis cōpositi squilli tici cū aqua decoctionis lactuce scariole fe/niculi. Et si sit cū caliditate vel fe. detur siru pus acetosus cōpositus:vel mel roß.collatū in eadeȝ aqua. Et si sit cū fluxu nō detur me dicina laxatiua:vel parū detur. Item pillu/le experte ad omnē spēm ydropisis siue cum caliditate siue cū frigiditate sic fiūt.℞.aloes epatici epithimi añ.ʒ.ij.⁊ ß.carb apucie ela/terij colloquintid. interioris euforbij tur/bith reubarbari añ.ʒ. ij.se.petro.⁊ apij se. endiuie spice portulace salis indi carui añ. ʒ.ʃ.⁊ ß.mirabolanoꝝ indoꝝ ⁊ citrinoꝝ ana. ʒ.iij.ezule.ʒ.ij.dyagredij.ʒ.ʃ. fiant pille cum succo cuscute vel absinth. detur ex eis a.℈.ʃ. vsq̃ ad.iiij. Itē alie ad idē. ℞.agar.ʒ.v.eupa torij reubarbari aristolog.ro. ana.ʒ. ʃ.lactis spice se.apij petrosilij añ.ʒ.ʃ. zuccari albi.ʒ. iij.fiant pillule sicut cicer.

Canones.

Scias ꝙ aqua ydropicoꝝ duas hȝ ptes:vnaȝ scȝ substātialē que est frigida humida aquosa. Aliā additā ⁊ accidentalē que est cholera vl' salsugo aque ꝑmixta sitim faciens vehemen teȝ. Sciendū ꝑterea ꝙ alchites est periculo sior tympaniste q̄tuȝ ad subiectum lesuȝ qd̄ est epar:⁊ ꝓprie si sit propter opillationē vl' duriciē vel apostema:q̄m oportet medicum vti medicinis cōtrarijs: scȝ calidis propter opillationē:frigidis ꝓpter feb.⁊ choleram. Sed tympanistes est ꝑiculosior alchite q̄/tuȝ ad cām cōiunctā que est vētositas pluri/ma cū aquositate pauca:q̄m si medicus vti᷑ calidis acutis ḡnabit ventositateȝ ex aqua. Si ỽo calidis debilibus nunq̄ resoluet ven/tositatem. Et sic patet ꝙ in cura vtriusq̃ est timor ⁊ pplexio:⁊ ꝓprie si sit cū fe. quapro/pter est difficile curare alterutrā ipsaꝝ dua rū fortassis in principio. Itē sciendū ꝙ in cu ra alchitis si nihil ꝓficaliuȝ remedioꝝ rō/tionabilr exhibitoꝝ ꝑ exterius ⁊ interi⁹ con/ferre videat᷑:ꝑcipiūt actores scȝ Raß.⁊ aui. fieri incisionē vētris cū ferro vel cuȝ cauterio in loco qui est, sub vmbilico ad tres digitos nō q̄dē directe:q: ibidē sūt chorde musculoꝝ transuersaliū qui si incidant᷑: retrahunt᷑ ver sus suū principiū:neq̃ cōsolidari possent:sȝ a latere versus inguina vbi est carnositas eo rū musculoꝝ. Sed anteq̄ fiat incisio trahat᷑ cutis sursum vt ꝑ ei⁹ redditum obturet᷑ vul/nus:q̄m volumus ne tota materia simul ex/trahatur: q: si simul extraheret᷑ tota subito cū nocitiuo exhalaretur plurimū iuuatiui.s. calor naturalis ⁊ spūs ex quoruȝ resolutione necessario virtus prosternitur:⁊ tandē interi mitur. Unde Ipo.vj.par.amph. Quicunq̃ ydropici aut empici incidunt᷑ aut vrunt᷑ ⁊c. Debet aūt incisio profundari per totū mi/rach ⁊ siphac vsq̃ ad intestina:ita ꝙ nulluȝ intestinoꝝ ledatur oīo:q: inter siphac ⁊ in testina tota materia contine᷑. Iste nanq̃ est ordo sapientie vt ad medicinas fortes non procedatur:nisi quando debiles nō contule rint:vt dicit Meß. Medicina aūt manua/lis est oīm fortissima: ⁊ ideo est vltimo fien da. Neq̃ cōpetit nisi in virtute forti ⁊ egro: de cuius vita medicus desperauit. Consiliū t̄n meum est nullum,incidere:sed poti⁹ ip/sum derelinquere pronosticis: ⁊ sic ab ipso fugere ne medicus inglorationē incurrat. Sed vidi quādoq̃ fieri emplastra acuta cor rosiua acuta sup ventrem ex allijs:cepis:sina pi:⁊ filibus incorporatis cū stercore capri/no:colūbino ⁊ lixiuio vel vrina que faciebāt aliqualeȝ aperturam super totam mollitieȝ ventris donec aqua resudabat. Uidi etiā ali quos facere aperturam cutis cum scarpella tionib⁹ cū vnguib⁹ donec aqua guttatim stil labat ⁊ venter detumescebat ⁊ sanabantur: sed oēs isti ⁊ potissimuȝ post exsiccationem aque recidiuabāt ⁊ moriebātur si medicus ⁊ infirmus nō instabant continue cū electua/rijs ⁊ sirupis aperitiuis ⁊ cōfortatiuis epa/tis ⁊ splenis dictis in methodo. Aliter nāq̃ regenerabatur causa antecedens. Et q: vir/tus fuit debilitata ꝑ priorē ydropisim:ideo defecerūt in scd̄a. In yposarcha ỽo nō dȝ fie ri incisio oīno:q: materia cōtine᷑ in corpore toto. Silr' vide᷑ ꝙ nec in tympaniste:q: nō est in ea aqua pura.

Pronosticatio.

Dicit Ras. quod specierum ydropisis alchites est difficilioris curationis: et post ipsam tympanites. yposarcha vero vt plurimum salubris est. et quod nullus ex ea moritur nisi per sui inobedientiam vel medici errorem. Item dicit Ypo. ij. pnostico rum. quod omnis ydropisis cum febre et proprie acuta est mortalis: quoniam fortitudinem vtriusque cause significat cum fortis sit ignis qui in aqua non extinguitur: vt scriptum est in comento. xxxiij. illius amphorismi. secunde particule. In morbis minus periclitantur. Et sic est vniuersaliter in omni morbo pluralitas medicinarum et earum contrarietas inducit cronicitatem vel perniciem: quoniam natura et medicina impediuntur in earum digestione regulatiue et curatione: vt patet in emitriteo et feb. tertiana nota. Item dicit Ypo. vj. parti. amphorismorum. Ydropici quibus nascuntur vulnera in corpore non facile sanantur: quia humores impediunt consolidationem. Item fluxus ventris superuenientes cum alleuiatione infirmi et virtutis constantia salubre. Stipticitas vero vel vrine retentio superuenientes vel fluxus ventris sine alleuiatione infirmi mortale. Unde Ypo. ibidem. Ab ydrope habito secundum venas in ventrem aque fluente solutio fit egritudinis. Et in. vij. parti. amphorismorum. ait. Si ab albo flegmate habito dyarria superuenerit fortis soluit egritudinem. Item in ydropi. et proprie alchite vrina rubea pauca et cum difficultate micta mortale est. Exhuberans vero et plurima et cum facilitate micta et colore citrino vel subcitrino salubre: et proprie virtute constante. In omni ydropisi si exhibitio medicaminum rationabilium nihil confert mortale. Item in omni ydropisi cura et alleuiatione facta die vna cum recidiuatione vt cissim die alia mortale. Si vero curatur et alleuiatio perseuerauerit salubre. In omni ydropisi egestio sicut lotura sanguinis: vel sanguis coagulatus mortem propinquam signat Item vrina biscolor: vtputa rubea inferius et liquida superius aut econuerso mortale. Item fetor anhelitus et sudoris et sputi etc. mortale. Item Ypo. sexta particula amphorismorum. ydropisi tussis superueniens malum: precedens tussis minus malum. Et intellige si tussis non fit propter catharrum: sed propter multitudinem aque et ventositatis in ventre comprimentis dyafragma: tunc circa vnum diem vel circa illud suffocantur: et proprie alchitici ydropisi in complexione cholerica magis periculosa est quam in flegmatica: quoniam maximam discrasiam signat et causam fortem. Item Ypo. secunda particula amphorismorum. In morbis minus periclitantur egrotantes.

¶ De ycteritia. Cap. v.



Ycteritia est defedatio coloris corporis totius ad citrinum vel nigrum vergens cum permistione colorum vrine vel egestionis et exeuntium aliorum. Citrina fit vitio epatis propter sex causas. Prima est mala complexio epatis calida sine materia naturalis vel accidentalis. Secunda mala complexio epatis calida cum materia plurima: scilicet cho. rub. Tertia est apostema calidum epatis. Quarta expulsio cretica cholere rub. ad circumferentiam totius corporis. Quinta debilitas cistis fellis Sexta opilatio. Et ista opilatio fit quattuor modis: aut in substantia et venis epatis: aut in poro quo cistis attrahit choleram rubeam: aut in poro quo cistis mandat choleram ad pillorum. i. fundum stomachi gratia fortificationis digestionis prime: aut in poro quo cistis mandat choleram rubeam ad intestinum ieiunum gratia excitationis virtutis expulsiue. Has namque tres vias habet cistis: vt patet in anathomia. Nigra fit a vitio epatis debilis in virtute discretiua superfluitatum digestionis secunde: et hoc vt raro. aut vitio splenis debilis in virtute attractiua melancholie ab epate propter opilationem factam in vijs eius vel debilitatem sue substantie. et hoc vt plurimum. ¶ Signa ycteritie citrine propter caliditatem epatis sine materia sunt citrinitas faciei: et proprie albuginis oculorum et vrina rubea intense. Et si talis caliditas insit per naturam non separantur a corpore talia accidentia. Nec nocetur patiens ex ipsa: nisi cum superfluxerit: quoniam est eius complexio propria qua degit sibi sanus. Si vero sit aduenticia separatur ab ipso: et fortassis antecessit comestio ciborum calidorum plurimorum et potus vini fortis plurimi: aut assiduitas famis et tristitie cum vigilijs et labore. ¶ Signa ycteritie propter caliditatem epatis cum materia sunt quod cholera rubea egreditur cum vomitu et cum secessu et vrina: quare quodlibet eorum

est rubeum aut citrinũ vehemẽter: neqꝫ mi-noratur yceteritia: ꝛ ꝑprie cum materia sit multa. ¶ Signa ꝑpter apostema calidum epatis sunt febris cõtinua acuta cuꝫ dolore ypocũdrij dextri pungitiuo: ꝛ oĩa signa apo stematis epatis q̃ dicemus. ¶ Signa ycteri cie ꝑpter expulsionẽ creticam sunt: qm̃ acci dit in fe. continua acuta in aliqua dierũ cre-ticarum vel indicatiuarum. Et qꝛ fit subito infra vnã diem ꝑpter fortem expulsionem cholere rubee ad ambitum corporis totius virtute sint homatis aut nature. ¶ Signa yceteritie ꝑpter debilitatẽ cistis in attrahen do cho. ru. sunt ꝙ cum ycteritia fit nausea ꝛ vomitus cholere sine dolore ypocundrij de-xtri cum nõ sit in ipso opillatio: similiter ꝛ si tis ꝛ amaritudo oris cum ꝓstratione appe-titus ꝛ vrina rubea intensa: ꝛ difficile est dis cernere inter istam causam; ꝛ illã que fit ex multitudie cholere rubee p̃dicta. ¶ Signa propter opillationem in substantia ꝛ venis epatis vel in poro quo cistis attrahit cho. ab epate sentit eger dolorem grauatiuũ in ypocundrio dextro: ꝛ egestio a principio est tincta: sed post hoc gradatim dealbatur ſm ꝙ cistis euacuat̃ a cholera: ꝛ vrina est tincta valde turbida grossa spumosa ꝑpt̃ ei⁹ regur gitum cuꝫ sanguine: nisi forte virtus discre-tiua ꝛ expulsiua epatis esset debilis plimũ: tunc apparet vrina gradatim alba aquosa: sicut est stercus ꝛ fortificatur yceteritia: ꝛ est cum ipsa patiẽs sine vomitu ꝛ sine amari-tudine oris. ¶ Si autẽ oppillatio sit in po-ro quo cistis mandat cho. ad pillerum. signa eius sunt: qꝛ egestio ꝛ vrina sunt tincta val-de grossa ꝛ spumosa: sicut bolus armenicus sine vomitu vel amaritudie oris vl' siti: ꝛ ap petit⁹ ẽ fortior ꝟtute digestiua stõachi: ꝛ est vt plurimũ cũ fluxu ventris ꝑpter multitu-dinem cholere transmisse ad intestina. ¶ Si autem opillatio sit in poro quo cistis mãdat cholerã ad intestina: tunc signa eius sunt sti pticitas vẽtris cũ egestione alba dura: sicut stercus canis ꝛ fortificatio yceteritie subito et vrina rubea grossa ampulosa valde: nisi forte virtus sequestratiua epatis sit de-bilis qđ raro contingit: tũc vrina foret alba subtilis: ꝛ nõ est eger oĩno sine vomitu cho-lere vel siti vel oris amaritudinẽ ꝛ appetit⁹ ꝓstratiõeꝫ nõ sunt h̃ adeo itẽsa: sicut in de-bilitate cistis in attrahẽdo cholerã. Si aũt opillationes sint plures simul: tunc ꝛ signa apparebũt plura simul: ꝛ hoc est vt plurimũ ¶ Signa yceteritie nigre propter debilitatẽ virtutis discretiue ꝛ expulsiue epatis vel ei⁹ opillationẽ sunt grauitas ypocũdrij dextri Et qꝛ yceteritia citrina p̃cessit nigraꝫ cũ cho lera sit subtilior ꝙ melãcholia: sil'r ꝛ vrina ci trina intensa vel viridis antecessit vrinã ni-gram grossam. ¶ Signa yceteritie nigre pro pter debilitatẽ virtutis attractiue splenis vl' eius opillationẽ est niger color cutis cũ duri tie inflatione ꝛ tumore splenis ita vt putãt stulti ꝙ sit apostema: licet sit sine fe. acuta: et est vrina nigra grossa. Et fit hec yceteritia vt plurimum per se incipiendo sine antecessione yceteritie citrine.

Methodus.

Cura yceteritie ꝑpter caliditatem epatis sine materia est vt vtat̃ vino granatorum ꝛ succo berberis vel aqua decoctiõis ei⁹ ꝛ aqua ordei actu frigida ꝛ aceto: sumat oĩ mane. ℥. ij. oxizacare vel sirupi ros. vel viol. Vta tur triasandalorum ꝛ rosata nouella. Epithimet̃ epar cũ sandal. ro. puluerisatis ꝛ infusis in aqua ros. ꝛ modico aceti. Vitet carnes ꝛ vi na: nisi sint alterata cum herbis ꝛ seminibus frigidis ꝛ aqua frigida. ¶ Cura yceteritie ꝑpter caliditatẽ epatis cũ materia est vt omni die in aurora sumat de oxizacara vel de siru-po acetoso simplici cũ aqua decoctionis la-ctucarũ endiuie cicoree vel seminum cõium frigidorum. ¶ Preterea soluat̃ cuꝫ aqua casei vel lacte acetoso acuto cũ. ℈. j. vel. ij. scamo-nee. Vel purgetur cũ electuario de succo la-xatiuo vel stomaticho laxatiuo: vel cuꝫ deco-ctione que sic fit. ℞. mirabolanorum citrinorũ ℥. j. ꝛ ß. pistẽtur ꝛ bulliãtur cuꝫ prunis siccis in. vj. ℥. aque donec medietas cõsumatur col letur ꝛ acuatur collatura cum. ʒ. ij. reubarba ri boni puluerisati vel granis quatuor vel. v. scamonee. Et addantur sirup. ro. ℥. ij. ꝛ detur hoc totũ ante diem: quia euacuat choleram ꝛ sistit vomitũ ꝯfortando stomachum ꝛ inte stina. Deinde fiant localia remedia p̃dicta: dieta sit eadẽ cũ predicta. Cura yceteritie ꝑ-pter apostema calidũ in epate est cura apa tis quã proprio ca. dicemus. ¶ Cura yceteritie propter expulsionẽ creticaꝫ cho. ad cutim

est vt iuuetur natura in cretticādo. Ponat̄ ḡ patiēs in balneo tepido aq̄ dulcis aq̄ decoc. floꝝ camomī.mellil'.et aneti. Et si virt⁹ sit de bilis ponātur vesice vel vasa terrea super te gmie sup ypocūdria ⁊ circa corp⁹ vndiqꜫ re pleta aq̄ cal'a.vel bibat aquā decoc. calamē ti in plima q̄titate:qm̄ vrinā puocat et cho lerā expellit bora cir̄ sil'r ⁊ iulep ⁊ vinū al/ bum aquosum in quo crocus ifusus fuerit p noctē aut leuiter bullit⁹. Sil'r ⁊ aq̄. decoctio nis caricaꝝ ⁊ passulaꝝ pinguiū ⁊ seminum diureticoꝝ. Hec em̄ materias viscosas sub tiliant et venas capillares elargāt.et dige/ ratur materia post crisim diminutā cū siru/ po aceto.cōposito:aut oxizacara dando om ni die in auroꝛa cū aqua decoctionis radicū petro.feñ.⁊ prunoꝝ:⁊ purget̄ cū aliqua me/ dina supradicta. Cura icteritie ꝑpter debi/ litatē cistis in attrahēdo cholerā est vt cōfoꝛ tetur epar cū illis q̄ diximus ca.de debilita/ te epatis ꝑpter raritatē sue substantie: qm̄ oīa cōfoꝛtātia epar cōfoꝛtant cistim fellis ⁊ econuerso. Cōferūt ad hec etiā oīa que dicē tur iā de cura icteritie ꝑpter opillationem epatis ⁊ viarū eius q̄liscunqꜫ fuerit opilla/ tio est fere eadē cura. Si igit̄ sit cū fe.⁊ vrina rub.⁊ virtute debili digerat̄ materia ⁊ deo/ pillent̄ vie cū sirupo qui sic fit. R.endi.scario le lactuce cicoꝛee mellilo ti.añ.m.j.scolopēd. acetose politrici.adyanthos capilli veneris añ.m.ß.pruna nūero.xx.quattuoꝛ semi.cōiū frigidoꝝ ciperi capparis acoꝛi.añ.ʒ.j.zucca ri lib.j.vel zuccari ⁊ mellis.añ.vj.ʒ.fiat siru pus de quo dent̄ oi mane.ʒ.iij.cū aqua de/ coctionis endi.⁊ lactuce.q: si p̄sto nō fit:dige rat̄ materia cū siru.acetoso simplici ⁊ aqua calefacta. Et aliū sirupū bonū aperientē et confoꝛtantē epar scripsimus ⁊ splenē ca. de opillatione epatis. C.de canone. Preterea purgetur cū aliqua medicina p̄dicta. Utat̄ sepe triasādali vel dyaprunis mixto cū dya cucurma vel cū triffera sarracenica vel dya/ lacca. Nutriat̄ iure carniū bonarū elixarum cū lactuca endiuia feniculo ⁊ petro.sil'r ⁊ car nib⁹ ꝯditis cū succo granatoꝝ vl' berberis vl' aceto:vel cū sapoꝛe facto ex succo acetose tri folij ⁊ petro. Nutriat̄ etiā aqua pisoꝝ ⁊ cice rū. Bibat vinū albū clarū limphatū. Si au tem sit sine feb.tūc opus est deopillātib⁹ acu itoꝛibus p̄dictis sicut est sirupus aceto.com positus cū aqua decoctionis ciperi ⁊ cappa ris sizeleos apij petro. feniculi. Et purget̄ cū pillulis de reubarba. dictis i alchite. Su mat añ prandiū ⁊ cenā lib.ß.aque decoctio nis cauliū vl' pisoꝝ ⁊ sit actu calidū: vl' aque decoctionis absinthij feñ.petro.qm̄ resoluit materias ⁊ prohibet apa fieri in epate opil lato. Nutriat̄ carnibus edoꝝ vel pulloꝝ co/ ctis cū eisdē herbis cōditis cū sinapi vel sa poꝛe facto ex allijs ⁊ cardamomo ⁊ aceto foꝛ ti. Utat̄ iuribus conditis cū sp̄ebus calidis aromaticis. Bibat vinū album purū: vitet cibos grossos ⁊ potus turbulentos. Clisteri set̄ venter sepe cū clisteri pꝛimo siquidē leni tiuo facto ex aqua decoctiōis malue bismal/ ue ficle mercurialis bletis cauliū addēdo ali quid olei viol'.⁊ mellis ac salis. Postea vero clisteri attractiuo acuto q̄d sic fit. Si p̄dictis addat̄ aque decoctionis agari. colloquinti/ de.añ.ʒ.ß. Utatur sepius in ieiuno post pur gationes aliquas trocis.⁊ electuarijs aperi tiuis atqꜫ cōfoꝛtatiuis epatis dictis in alchi te. Et postq̄ icteritia citrina curata fuerit q̄tum ad eius causam scz cū egestio iam ce/ perit citrinari et venter lubrificari ⁊ vrina remitti in tinctura:tunc curetur coloꝛ cutis fetidus cum balneo stuphe sicce vel aque dulcis calide in qua decoctione decocti sint floꝛes camomille ⁊ folia cauliū recen. reci/ piendo eius vapoꝛē in faciē ⁊ oculos actu calidū:quoniā potēter reliquias cholere re/ mouet ⁊ citrinitatē oculoꝛū similiter ⁊ cū ꝓ/ tectione vini granatoꝝ intra oculos donec eoꝛū citrinitas totaliter auferat̄. Et hec suf ficiant de cura ycteritie citrine. ¶ Cura ycte ritie nigre ex quacūqꜫ cā fiat:est vt aperiat̄ splen ⁊ cōfoꝛtet̄.put dicem⁹ ca.de opillatiōe splenis. Et sirupū bonū ad hoc diximꝰ.c.de opillatiōe epatis. C.de cañ. Post purgatio nes aūt aliq̄s vtat̄ dyalacca dyacucurma fer rata. Euitet carnes bouinas vel ferinas aut salitas. Similiter ⁊ lentes caules panē azi/ mū ⁊ oīa generantia melancholiā. Fiant cli steria lenitiua p̄dicta q̄ possunt acui q̄nqꜫ cū sene epithimo polipodio ⁊ squinanto.

Emperica.

Dicunt cōiter operantes q̄ flebothomia saluatelle que est in manu dextra inter anu/ larem ⁊ auricularē confert in omni ycteritia

citrina siue sit cū feb. vel sine feb. ⁊ pprie in corpore sanguineo cuiꝰ vrina est rubea grossa vel rubea valde sine grossitie. Sꝫ flebotbomia saluatelle manꝰ sinistre cōfert in oi ycteritia nigra: qꝛ iste flebotbomie diuertūt materiā cōiunctā ⁊ diminuūt antecedētē. Cura preterea nobilis ⁊ experta i oī ycteritia citrina ex quacunqꝫ cā fiat est ista. Priō digerat materia vitellina q̄ videt cōposita ex cbolera rubea ⁊ flegmate: ppter qd̄ rōne cbo. penetrat ad cutim ⁊ ipsam citrinat: ⁊ ratione flegmatis opillat epar ⁊ poros cutis: vt resolui non possint: ⁊ sic fit causa ycteritie citrine. Hoc facto purget cū buiusmodi. ℞. agarici ʒ. ß. reubarbari. ʒ. ij. pistent ⁊ infundant p noctē i. ℥. iiij. aque feruētis decoctiōis prunoꝝ: deīde collent ⁊ manibꝰ diligēter fricent. Et addant. ℥. ij. sirupi viol. in collatura ppter dulcorationē: ⁊ detur boc totū ante diē. Et si corpꝰ sit robustū nō collet aqua: sꝫ cū tota substātia ministret. vel purget cū. ℥. ß. dyaprunis acuati cū. ʒ. ß. dyagredij: vel cuꝫ. ʒ. ij. reubarbari dādo ante diē cū aq̄ decoc. prunoꝝ ⁊ viol. Utat post purgatiōes oi die i ieiuno electuario aperiēte epar: sicut est dyaprunis simplex mixtū cū trifera saracenica: de quo det in modū castanee cū aqua calefacta. filr ⁊ b̄ potu. ℞. marrubij ortbolani. M. j. decoquat i lib. vij. clari vini albi veteris potētissimi addito modico mellis ppter amaritudinē ⁊ bulliat vsqꝫ ad cōsumptionē medietatis: postea collet ⁊ detur vnꝰ ciatꝰ ante prādiū ⁊ vnꝰ ante cenā. Curata autē egritudine remoueat accidēs. s. citrinitas cū vaporatiōe eiꝰ ex aqua decoctiōis carnīū bouinarū veterū salitarū sumēdo eiꝰ vaporē in faciē ⁊ oculos aptos postq̄ caro cepit ab ossibus separari. Cura ycteritie ex q̄cūqꝫ causa fiat nō pficit nisi cū deopillatiōe epatis ⁊ venarū ipsiꝰ atqꝫ cisti fellis cū infrigidatiōe aliquali: quapropter conferūt oīa dicta ca. de opilatiōe epatis. s. de cā calida. Silr ⁊ oīa q̄ diximus ca. de ydropisi. C. de cura alcbitis cum feb. sed omnium potentissimum est dyacurcu. posita ibidem.

Pronosticatio.

Dicit ypo. iiij. parti. ampb. Si ycteritia superuenerit in fe. acuta ante septimū diē malum est: qm̄ signat opillationē fortē in epate vel apostema calidū ppter exuberātiā cbolere rubee in ipso: quare talis crisis nō fit vi nature: sed vi sintbomatis ⁊ multitudine materie redundantis p corpꝰ. Istud tm̄ dictum ypo. reprebēdit Auerro. vij. colliget dicēs qꝫ lꝫ fuerit verū tēpore ypo. qm̄ corpora seruabāt regimē ranitatis. Nostro tm̄ tēpore potest fieri bona crisis in fe. acuta p ycteritiaꝫ veniētē ante septimū diē: puta in fine quite diei: ⁊ pprie si virtꝰ sit fortis ⁊ materia non multuꝫ viscosa: qm̄ repellet simul vna bora crudum cū digesto. Itē ycteritia supuentens in fe. acuta in sexta die vel post est signū ⁊ cā salubris crisis si nō senserit eger dolorē vel duriciē circa regionē epatis q̄ significarēt apostema vel opillationē tumorosam. Un̄ ypo. ibidem. Quibuscūqꝫ septima aut nona: aut decimaquarta ycteritia supuenerit bonuꝫ: si nō dextrū ypocundriū durū fiat. Si vero nō bonū: qꝛ taliter crisis fit vi nature: ⁊ post digestionē materie: ⁊ in die cretica cū benignitate materie medtocriter grosse: sicut ē cbo. vitellina. Itē ad ycteritiā nō sequit ydropisis vel parū: qm̄ cbo. est materia calida q̄ cōtrariat vētositati ⁊ aquositati ydropicoruꝫ: Un̄ ypo. v. parti. ampb. Ycterici nō valde inflati siūt: verūtm̄ ad ydropisim pprie alcbitē sequit ycteritia frequēter ppter opillationē ⁊ materie grossitiē frequēter ⁊ virtutis discretiue imbecillitatē: quare fit mortale. Itē ycteritia puentēs ex opillatiōe antiqua sclirosata mortale. Un̄ ypo. sexta parti. ampb. ycteritis si epar fiat durū malū: quoniaꝫ qd̄ lapidificatum est in epate vel splene ampliꝰ resolui non potest: vt dicit Aui. tertio canon. fen. iiij. ca. de apostematibus epatis.

C De apostematibus epatis. Capitulum. vj.



Apostema dicitur fieri in epate quando materia per se et primo colligitur in ipso. Excitatur quando materia de membro alio ad epar delegatur: siue fit per mediuꝫ crisis siue sine crisi. Ulcus vero dicitur cuꝫ apostema conuersum est in saniem et post boc rumpitur. Fit igitur apostema per congestionem: extura per delegationem: vlcus vero per rupturam. Possunt autem

hec fieri ex omni genere q̄tuor humoꝝ: proprie tñ ex cholera ⁊ sanguie ac melācholia: sed forte nunq̄ ex flegmate. vt dicit Ras. in diuisionibꝰ. Quia epar est mēbꝝ carniforme calidum valde. Et ꝓpter hoc neq̄ fit ex melācholia ꝑ se incipiēdo: sed ꝯsequēdo ad apa calidū adustū lapidificatū. Premissi etiā apatis sicut ⁊ alioꝝ oīm q̄tuor sunt tēpora si teriet̄ ad salutē: scꝫ pncipiū. augmētū: statꝰ: ⁊ declinatio. Nā si terietur ad pniciē poterit in quocūq̄ eoꝝ inducere mortem ꝑterq̄ in declinatione vera: q̄m in ea nullus morit̄: vt dicit gal. iij. de cri. Quē interficit statim a pncipio ꝓpter materie mltitudinē: sed in augmēto ꝓpter eiꝰ acuitatē ⁊ dolorē: et in statu ꝓpter morbi longitudinē ⁊ virtutis defectionē. Est aūt principiū cū materia fluit ad particulā ⁊ dolor ꝑcipitur: et dolor durat vsq̄ ad dies septē ad plus. Augmētū est cū auget̄ dolor ⁊ febris ⁊ materia tota superfluit. Est aūt statꝰ cū dolor ⁊ febris sunt in vltimo vehemētie ⁊ materia tota fluxit ad locum. Est vō declinatio cū facta est materie fit euacuatio: fortis doloris minoratio.

Cura yleos est vt a principio egritudinis. i. ante quatuor pmos dies ad plus fiat flebothomia diuersiua de basilica in brachio dextro: deinde de sophena pedis q̄ est intus in talo. Et iniçiat clistere repercussiuū mollitiuū factum ex aqua ordei vel ex aqua decoctionis viol. malue: bismalue: ordei: lactucarū: mercurial. collādo ꝛ addendo in collatura albumen duorum ouorum ꝛ muscillaginis psillij: ꝛ tepidū iniçiendo. Et si caliditas sit vehemēs potest addi se. papaueris: se. portulace: citruli: cucurbite: ꝛ silia semina in decoc. etiā oleū viol. Et sumat sepe de sirupo ros. vel viol. cum aq̄ decoc. psillij lactucarum ꝛ similiū infrigidantiū. ꝛ venter leniat si sit possibile cum ℥. s. medulle cassie fis. dissolute in ℥. iiij. aq̄ decoc. prunorum damascenorum endiuie cuscute lactuce ꝛ althee collādo ꝛ tepidū admistrādo ante diē. Sumat sepe dyapapauer: zuccarum ros. vel viol. ꝛ tria sandal. cū aqua pdicta. Nutriat hora illa cū cibis subtilibꝰ lenitiuis sicut est ius pullorum ꝛ aq̄ in q̄ cocta sunt malua bismalua attriplex lactu. spinarch. blete ꝛ olus factū ex ijs condi tum cū lacte amigd. dulciū. Et qnq; sumat de ptisana collata. ꝛ qnq; vtat cibis diureticis vt materie diuertant ab intestinis: sicut est aqua decoc. cicerum ꝛ aneti vel pisorum. Bibat sulep vel aquā ordei vel aquā decoc. prunorum damas. Et si virtꝰ sit debilis confortet cum esu pullorum ꝛ turtibus eorum in quibꝰ sit aliqd pul. aro. non acuati: sicut est cinam. ꝛ crocꝰ. Post diē quartū ꝛ in augmēto vngat locꝰ cū oleo de camo. vel de aneto ad dolorē mitigandū et emplet cū mollificatiuis ꝛ resolutiuis: sicut ē empl'm factū ex rad. maluauisci ꝛ malua ꝛ se. lini: ꝛ fenugrecorum viol. coquendo oīa in aq̄ pfecte ꝛ pistādo ꝛ incorporādo cū muscillag. fenug. ꝛ oleo camo. vel ane. vel de lilio vel de amigd. dulcibꝰ ꝛ calidū ponat sup locum Et sic regat cum cibis ꝛ medicis per totū statū donec apa pfecte resoluat. Qd si nihil predictorum ꝓtulerit: imo fe. ꝛ dolor augmētat q̄cūq; die: signat qm̄ apa hmōi neq; euitari pōt: neq; resolui: sed tendit ad collectionē gdatī: q̄re pcedat ad empl'a maturatiua q̄ dicta sunt ca. de apate stōachi ꝛc.

Pronosticatio.


Dicit Ras. q yleos raro curat q si ꝯfirmatur neq̄q curat ppter doloris intēsionem ꝛ mēbri necessitatē. Confirmat aūt vsq; ad pmā piodū ad plus q̄ terminatur in die qrto: quare tūc necessario interficit vel priꝰ cum sit morbꝰ pacutus. Si vo nō fuerit sibi rōnabiliter subuentū: qm̄ post diē quartū materia tota fluxa est ad locū: quare nō poterit apa decetero euitari. Item si yleos teriatur ad resolutionē de die in diē cū dolore ꝛ fe. diminutione bonū. Si vo ad sanationē vel scliros sim mortale. Vn̄ Ypo. vij. amph. In dolore diuturno circa ventrē sanies malū. Itē dicit Ypo. iiij. pti. amph. In feb. acutis spasmi et circa viscera dolores fortes malum: qm̄ apa significat in aliquo intestinorum. Itē in yleos frigiditas extremitatum cum caumate circa ventrem mortale. Unde Ypo. vij. par. amph. In acutis passionibus frigiditas extremitatum malū: scʒ q2 apatis magnitudinem et materie effrenitatem demonstrāt. Idē in eodem. In yleos vomitus aut singultus aut spasmus aut desipiētia malū ꝛ mortale: qm̄ apa significant fore confirmatum.

¶ Tractatus quintus tertie sectionis. De passionibus ani.



Icteris et ani sex sunt in gñe passiones Prima tenasmon & pruritus Scđa est exit⁹ siue mollificatio. Tertia vermes in ano. Quarta ragadie Quinta emorroyde & eruptiones venaꝝ similes emorroydib⁹. Sexta est apa & vlc⁹ in ano. Est aũt anus orificiũ lõgaonis habẽs musculos latitudinales & transuersales quibus clauditꝰ & cõfirmatꝰ ne q̃d ingredi possit ꝑter voluntatẽ: puta aqua vel puluis: quoniam lederet intestina.

¶ De tenasmone & pruritu in ano Capitulum primum.



Enasmon est appetit⁹ assellãdi freqũs assiduus cũ conamine & põdere sine effectu oĩo vel pauco. Prurit⁹ ṽo est mordicatio ani assidua: & est sicut dispositio tenasmonẽ ꝑdicens. Fiũt iste passiones aut a vermib⁹ natis in ano mordicantib⁹. & ei⁹ signa & causam dicem⁹ infra suo ca. Aut ex flegmate salso viscoso mordaci adherẽti labijs ficteris & ea stimulãti. Fit aũt flegma salsuꝫ aut ꝓpter adustionẽ flegmatis naturalis: et tũc est magis viscosum & min⁹ mordicatiuũ & coloris albi: aut ꝓpter cho. ꝑmixtionẽ: et tũc est magis mordicatiuũ & minus viscosuꝫ et color palea. Signa istarũ passionũ prout fiũt ex flegmate salso sunt: q̃m eger sentit in ano stimulos incessanter q̃si fecũ et egẽnis cũ dolore: & ꝙ in assellando nihil egreditꝰ: aut parũ q̃d velut sputũ aut muscillago: neq; est fecib⁹ ꝑmixtũ sed purũ. & si sit passio recẽs erit sine excoriatione. Si ṽo antiq̃ apparebit excoriatio: & sanguis vel saniei exitus cũ tali sputo: & q̃m cũ suppositorijs iuuatꝰ pl⁹ q̃ a clisterib⁹. Et istud est certissimũ signum distinctiuũ tenasmonis: & ꝓprie q̃n excoriatio est interius in ano.

Methodus.

Cura eoꝝ est vt digeratꝰ materia cũ sirupo acetoso cõposito vel cuꝫ sirupo de fumo terre quẽ ponem⁹ ca. de scabie & pruritu. lib. ij. Post hoc purgetꝰ cũ yerapigra gal. vel yera rufini dãdo ex eis ℥.ß. vel ʒ.vi. ante diẽ cũ aq̃ cal'a vel cũ hoc apozimate. ℞. mirabolanoꝝ indoꝝ ℥.i. citrinoꝝ emblicoꝝ aña ℥.ß. feniculi aneti ameos aña ʒ.i. prunoꝝ nũero. viij. pistentꝰ mirabolani grosso mõ: & oĩa bulliantꝰ in ℥.viij. aq̃ fõtane donec medietas cõsumatꝰ: tũ in fine addatꝰ sene epitimi & fumi terre: bulliantꝰ parũper: q̃m virt⁹ eoꝝ resoluetꝰ ꝑ fortẽ decoctionẽ. Colletꝰ & in collatura ponantꝰ ℥.ij. vel.iij. zuccari: & iterꝰ bulliatꝰ ad ignẽ leuẽ donec zuccarũ resoluatꝰ. Tũc colletꝰ totũ & detꝰ post mediã noctẽ: q̃m soluẽdo materias flegmaticas adustas vel nõ adustas stringit ventrẽ & cõfortat longaonẽ. Sedeat eger bis in die in aq̃ cal'a decoctionis florũ camomille: meliloti: aueni lentiũ excorticatarũ in aq̃ decoc. fumiterre ameos & sulphuris vel fomentetꝰ cũ pecijs infusis in eisdẽ aquis vel in aq̃ mellis: q̃m est plurimũ abstersiua et stiptica. Post balneũ vel fomẽtationẽ vngatꝰ locus cũ oleo ros. & oleo de mastice: in q̃bus sit aliq̃d sulphuris dissolutũ. Clisterisetꝰ frequenter cũ clisteri facto ex aq̃ decoctiõis lentiũ excorticataꝝ & ordei depillati sumendo ex eo lib. i. collãdo & addẽdo ℥.ij. olei ros. et ℥.i. cepi hyrcini & tepide inijciendo: q̃m lauãdo intestina & abstergẽdo flegma mitigat dolorẽ & stringit fluxũ. Imponatꝰ etiã intra anũ & sup̃ semꝑ post fomẽtationẽ vel balneũ vel post emissionẽ clisteris imediate tale restrictiuũ. ℞. thuris litargirij gũmi arabici boli armenici san. dra. mirrhe aña ℥.ß. opij ʒ.ß. dissoluatꝰ opiũ in vino põtico vel succo plãtaginis vel cepo hyrcino liq̃facto ad ignẽ & cõficiantꝰ alie res cũ illo liquore vel inuoluatur in eo licinia lõga ex pãnis lineis mollib⁹ vel bõbace cõstricta & ligata cũ filo circũcirca: & ĩponatꝰ hora ꝑdicta. Et si dolor fortior fuerit: ponantꝰ de opio ʒ.ij. & fiãt sicut prius: q̃m dolorẽ abijcit & somnũ inducit q̃d est maximũ remediũ hui⁹ passionis. Si aũt dolor magis fortificaretꝰ & vigilie egrũ ad defectionẽ perducerẽt. Imponatꝰ tale lixiuiũ. ℞. opij iusquiami papaueris corticis mandragore: corticis granatorum mirrhe croci musci cimini. ana ʒ.i. conficiantꝰ cũ succo plantaginis vel vino rubeo pontico sicut prius: q̃m illico dolorem tollit & sensum obtundit: & sic vicissim ꝑ balnea & suppositoria regatur donec liberetur oĩno. Si aũt tenasmõ fuerit antiquus & san.

et sanies visa sint: fiant clisteria dicta caplo de fluxu vētris. C. de dissinteria ppter corrosionē. et oia que ibi dicunt. Utat frequenter tali puluere. R. se. iusqami. ℥. ij. se. aneti. se. feni. ana ℥. v. ameos ℥. iij. opij ℥. x. Dētur ex eo ah cibū ℥. ij. vel. s. cū sirupo rosa. vel vino pontico: qm materias incidit et preterea cōstringit. Dietetur hic patiēs carnib⁹ laudabilib⁹ edorum vel pullorum et iuribus eorum et pulmēto facto ex farina ordei vel auene. Bibat vinū diureticū et bene limphatū. abstineat a pipere allijs cepis sinapi: et oibus acutis vel salsis: qm acumina omnia habēt materias pruritiuas generare.

Emperica.

Ad tenasmonē sine excoriatione cōfert sedere sup asserē abietis vel pini recētis calefactā ad ignē sup quo linitū fuerit cepū ceruinū vel hyrcinū in causa calida. sed colofonia vel terebētina in cā frigida. Cōfert etiā sessio sup latere ignito asperso ex aceto vel vino pontico atq pānis lineis inuoluto. Cōfert etiā vngere anū cū eodē cepo ad ignē et fomentare cū pānis lineis infusis in eodem cepo dissoluto ad ignem: et subfumigari cum thure vel mastice vel gūmi arab. vel terebētina posita sup carbones ignitos et facere balneū infra vmbilicū ex aqua decoctionis ros. siccarum plantaginis balaustie corticis granatorum mirtillorum spice nardi nucis cypressi cupularum glandiū nespillarū sumach sorbarum costi et similiū. vel fomētare cum aqua decoctionis acacie masticis thuris dragāti galbani et similiū adddendo aliqd opij vel seis iusquiami: vel sacellare cū riso milio spalta torrefactis in sacculo: vel sedere sup caules et lentes bn coctos et diligenter expressos actu calidos faciēdo ex eis empl'm cal'm sup anū: qm substantia istarū rerum est stiptica: succus vero mordicatiuus ppter ptes quasdā acutas subtiles q cū decoctione exprimuntur.

¶ Ad tenasmonē vero qui est cū excoriatione lōgaonis nihil melius reperies q licinīū bōbacinū longū atq solidū linitū cū vnguento albo vel citrino nicolai et assidue gestatum actu frigidū intra corpus: qm dolorem mitigat et vlcus cōsolidat perfecte. Qd si fortificare volueris vnguenta pdicta incorporent cū eis pul. litargir. vel ceruse vel thuris albissimi: vel masticis: vel corallorum subtiliter cribellatus. Et si plus fortificare volueris in stipticitate extinguat litarg. bis vel ter in aceto vel aqua ros. postq fuerit integrū vehementer ignitū sup carbones et abluat cerusa totiens in aq ros. donec per ipsam amplius nō inficiat. Et ex remedijs sublimib⁹ cū pdicto nō est aliud est pul. corticis salicis cōbusti incorporat⁹ cū cepo ceruino vel hyrcino liquefacto ad ignē in formā vnguēti et cū lixiuio gestatus in ano: similiter et linit⁹ circunquaq.

Pronosticatio.

Sollicitandū in cura tenasmonis: qm si ad corrosionē ani deuenerit lōgaonē vlcerabit et sic dissinteriā inducet tumorosam. Uerum quomōcūq res se habuerit dolor virtutē deijciet: et forte ethicā accēdet calorē et spiritus igniēdo. Ptē Ypo. vi. pti. amph. Mulieri in vtero hnti tenasmō supueniēs aborsum facit.

¶ De exitu et mollificatione ani.
Capitulum secundum.



Exitus ani siue eius mollificatio fit ppter aliquas ex causis quinq. Pria est hūiditas flegmatica pluria mollificās lōgaonem sicterim atq lacertos eius. Scda est paralisis lacertorū sicteris. Tertia est apostema in interioribus lōgaonis. Quarta est casus et pcussio facta sup spōdilia dorsi. Quinta ē ppter fistulā infiltratā in ano. Signa eius ppter humiditates flegmaticas plurimas sunt: qm patiēs sentit in ano dolorē grauatiuū cum mordicatione et assellandi appetitu cōtinue maiori q sit tenasmō: et apparēt in egōne vel post muscillag. albi viscosi: et qnq an⁹ ad interiora si manib⁹ vehementer interponatur. Signa ei⁹ ppter palisim sunt signa eadē: sz alio modo: qm si sint ppter paralisim subito fit hec passio: et fit cum paralisi in altero laterū corpis a vtice capitis vsq ad plantā pedis vel a collo infra capite stāte sano: et raro fit palisis in vno solo mēbro: et egrediunt stercus et vētositas sine volūtate ppter ablationē virtutis retētiue lacertorū ani. Signa ei⁹ ppter apa sunt: qm an⁹ nō egredit lz manibus fortiter impellat: et est cū rubore calo-

re ⁊ dolore acutis: ⁊ fortasse cu; feb. Signa ei⁹ ꝑpter casu; vł ꝑcussionē patēt ex relatiōe infirmi. Nā ꝑpter casu; ⁊ ꝑcussionē spondilū dorsi ledit ⁊ ꝯtendit nucha a q̄ oriūtur nerui lacertoꝝ q̄ cū ipsa sit vicari⁹ cerebri in ꝑpagatiōe neruoꝝ. Signa ei⁹ ꝑpter fistulā sunt anñcessio fistule diuturna cū ꝯtinua stillatione humiditatis pessime vel saniose et induratione labiorum eius.

Methodus. Cura eius ꝑpter humiditates flegmaticas ē vt a pñcipio digerat̃ fegma cum sirupo ꝑprio. sicut est oximel cōpositum vel mel ro. ⁊ quos dicā ca. ꝺ fe. quotidiana. a. lib. ij. Post hoc purget̃ cu; yerapig. gal. vel medicamie de turbith dicto ca. de soda. vel cu; apozimate mirabol. kebullorum ⁊ emblicorū dicto ca. de debi. dige. stōachi. Balneetur frequēter īfra vmbilicū in aq̄ calida decoc. floꝝ camo. mellil. aneti roſ. siccaꝝ balaustiaꝝ granoꝝ mirti ⁊ folioꝝ ei⁹ vitis cupullarū glādiu; gallarū corticis granatoꝝ costi spice nardi mirrhe nespillarū sorb. plātag. sumach citonioꝝ maloꝝ pōti. ⁊ oīm stipticorū cu; additiōe resolutiuoꝝ aliquoꝝ: vel fomēteť an⁹ cu; petijs lineis mollib⁹. Clisteri setur q̄nq; cu; aq̄ roſ. ⁊ aq̄ decoc. iam dicta añ. lib. ß. injiciēdo cū est tepida sepe ī die: et ꝑprie post assellationē ilico repellat anum ad iteriora cū manib⁹ frequēter ⁊ inūgat̃ cū oleo cōi vel oleo roſ. vel nardino vł anetino vel camōillino vel mirtino vel cū aq̄ ro. actu calida. Et cū tali linimēto spargat̃ pul. iste. ℞. kara be: thuris: masticis: balaustie: litargiri. cupullarū: glādiū: ematistes: sang. dra. antimonij: alumis: acatie: gallarū: cipssi: psidie: ceruse lote: boli ar. mūmie añ. ʒ. ſ. terant̃ oīa vel q̄dā subtilissime ⁊ cribellentur. vel ex oleis p̄dictis ⁊ cepo hircino ⁊ puluere. vł ff vnguētū addēdo cere qꝺ sufficit. Et post linitionē firmet̃ an⁹ ad iteriora cū plumaceolo molli bōbacino calefacto ad ignē pfecte ⁊ fascia: ⁊ faciat quotiēscūq; ī die egredit̃ post assellationē vel sine assellatiōe donec pfecte interi⁹ firmet̃. Nutriat̃ cū carnib⁹ assis vel elixis cū petro. ⁊ feniclo cōditis cū spēb⁹ calidis aromaticis. Utat̃ riso ⁊ milio ꝯditis cū lacte amigdalaꝝ vel adipe capraꝝ. Bibat vinū rubeū ponticū limphatū cum aq̄ pluuiali. Et sic regat̃ ꝑ stiptica: q̄m flux⁹ vētris et frequēs assellatio curā ei⁹ tardāt. Bibat vinū albū clarū aquosu; vel adaquatū parū. Et si sit cu; tenasmone curet̃ ꝑut dixim⁹ ca. suo. Cura ei⁹ ꝑpter palsim ē eadē cū ista. Et vt vnguātur spōdilia a collo vsq; ad caudā cu; oleis ⁊ vnguētis calidis dictis ca. de palsi. Cura ei⁹ ꝑpter apā ē vt a pñcipio fiat flebothomia diuersiua si etas ⁊ ꝟtus cōsenserint de sophena q̄ ē int⁹ in tallo vł de basilica pedis q̄ est iter anullarē ⁊ auricularē. Et purget̃ si sit possibile cu; aliq̄ medicinaru; p̄dictaꝝ. Et ponat̃ eger sepe in aq̄ tepida decoc. malue: bismal. viol. floꝝum camo. ⁊ mellilotí aneti ro. q̄m aq̄a repcutit: materias flegmaticas resoluit: ⁊ dolorem mitigat. Et vngat̃ cu; oleo camomillio vel nardio ⁊ roſ. mixtis ⁊ incorꝑatis cū cera qꝺ sufficit ⁊ sic regatur donec tumor residat: tūc ipellat̃ an⁹ ad interiora. Et ff oīa sup̄dicta de cā flatica tā in medicis q̄ in dieta. Cura ei⁹ q̄ fit ꝑpter casum ⁊ ꝑcussionē ē cura palsis facte ꝑpter casum ⁊ ꝑcussionē. Cura ei⁹ q̄ fit propter fistulam cyrurgicis derelinquo.

Emperica. Ad exitū ani q̄ fit ꝑpter humoris vitiu; ꝯfert calefacere man⁹ ad ignē lentū ⁊ abluere cū vino claro potēti: ⁊ sic māib⁹ calidū aromaticis reducere anū ad iteriora pfecte ⁊ locū obstruere cu; massa cere calide tractabilis hn̄tis figurā spere leuit̃ cōpresse Qꝺ si cū cera icorporet̃ mastix vł th⁹ dissoluta ī vino stiptico meli⁹ ꝯferret ⁊ firmet̃ cū fascia pfecte ⁊ sic reiteret̃ dōec an⁹ ꝯfortet̃ pfecte. Idē facit glomicell⁹ bōbacinus infusus oleo cōi vel masticio vł nardio feruēti ⁊ sup locū firmat⁹. Cōfert p̄terea sedere in aq̄ frigida vsq; ad vmbilicum sine mora in ipsa: quoniam frigidum percōstringit ⁊ propter antiparistasim confortat.

Canones. Exit⁹ ani cōtigit plimū post fluxū vētris dyarricū cronicū q̄re dicta illic suffragant̃ p̄senti ca. Et vł ꝯferūt restrictiua ꝑpt mēbroꝝ ꝯfortatiōē ⁊ materie exiccationē ⁊ remediorum frequentem super loco quod non potest fieri in fluxu ventris.

Pronosticatio.

Exitus ani si sit cũ fluxu vētris vel tenasmo ne forti malũ: qm̄ cām multiplicat ⁊ opatio nē remediorũ localiũ retardat. Itē exitus vel ani mollificatio facta ppt̄ palisim aut fistulam aut casus aut pcussionē nō curat̄. lȝ cum blāditijs tales sustētari possint tpe aliquo. Si aūt cuȝ hoc mollificent̄ pedes: ⁊ fiat hoc subito magis malũ: qm̄ lesionē significat pfundatā fore vsq ad neruos: q̄re nullatenus curari pōt: sicut neq palisis facta in casu vel pcussione forti: put scripsim⁹ suo ca. Iteȝ in senib⁹ difficili⁹ curat̄ hec passio q̄ in iuuenibus: sȝ piculosior ē in iuuenib⁹: qm̄ fortioreȝ cām sigt. Est ergo i senib⁹ difficilior curādo in iuuenib⁹ causando. Itē in mollificatione ani fe. supuenitēs tollit egritudinē. Itē si remedia rōnabilr exhibita nō ptulerint: ⁊ corpus de die in diē extenuari cepit ⁊ discolorari: mortale: qm̄ paralisim spondilium dorsi ⁊ neruorum significat vltimatam.

¶ De vermibus in ano. Cap. iij.

Vermes gn̄ant̄ in ano ex materia putrida marcida flegmatica viscosa: in quā calor solaris ⁊ naturalis ⁊ putredinalis agit. Signa ei⁹ sunt prurit⁹ ani frequēs. ⁊ forte si aspiciat̄: apparēt res viue: sicut tinee q̄ nascunt̄ i caseo. Et forte nō apparēt nisi an⁹ inuerset̄ cū ventosa. Et lȝ sint parui oēs: sunt tn̄ colorũ ⁊ figurarũ diuersarũ ƀm materie diuersitatē ex q̄ fiunt ⁊ similes seminib⁹ cucurbite non sunt geniti in ano: sȝ in colon ⁊ lōgaone q̄ descendunt ad anũ: quorũ curam diximus in ca. de colica. C. de cura colice ex vermibus.

Methodus.

Cura eius est vt pmo interficiat̄ vermes qđ fit si lana mollis vel bōbax inuoluatur in felle taurino vel oleo de absinthio vel de ruta vel de nucleis pficarũ: ⁊ supponat̄ frequēter in die vel si vngat̄ cū oleo cōi vel oleo aliquo p̄dictorũ in quo dissoluta sit aloes. ℥. ß. vl' pul. agarici vel colloq̄ntide añ. ʒ. j. Cōfert ēt ablutio ani cū aq̄ salsa actu calida frequēter: qm̄ oē amarũ vermes interficit: sicut dulce fouet ⁊ gn̄at. Preterea mūdificet̄ an⁹ cū stipticis abstersiuis: sicut est aq̄ mell'. in q̄ sit aliqđ aloes dissolutũ si cū lana vl' cotone itincto abstergat̄ ⁊ fricet̄ cū petijs in ea infusis. Purgetur cū yerapigra gal'. vel yera ruffini dādo ex eis. ℥. ß. añ diē cū aq̄ calida. Clisterizet̄ si fuerit possibile cū clisteri facto ex aq̄ d̄coctiōis absinthij ⁊ oleo aliquo p̄dictorũ in q̄b⁹ dissoluat̄ aliq̄d aloes vel yerapigra ⁊ modicũ salis: qm̄ v̄mes ⁊ eorũ materias eradicat pfecte: ⁊ plima interficiētia v̄mes ⁊ eos educētia scripsim⁹ ca. de surditate auriũ. C. de surditate ppt̄ v̄mes. Et si sit cū prurit⁹ ⁊ ardore forti supponātur lixiuia dicta ca. de tenasmone. Dietet̄ sicut dixim⁹ ca. de colica. C. de cura colice ex vermibus.

Pronosticatio.

Solicitādũ in cura v̄miũ in ano: qm̄ pducit ad tenasmonē cū excoriatiōe: ⁊ forte ad ragadias ani ⁊ vlcera corrosiua fistulosa: ⁊ forte ad dissinteriam perniciosam: et forte labor et dolor feb. excitabunt.

¶ De ragadijs ⁊ fissuris ani. Capl'm. iiij.

De ragadijs i ano pauca dicem⁹ qm̄ ad cyrurgicũ spectat eaȝ cura cōpleta fieri cū nō possit sine oī opatiōe manuali. Sūt aūt ragadie fissure labiorũ ani ex q̄bus forte nihil emanat. Et qn̄q emanat res viridis vel nigra vel liuida, vl' citrina fetēs cū dolore ⁊ ardore ⁊ tumore aliq̄li: ⁊ ē qn̄q cū fe. ⁊ fit semp ex materia adusta cinerosa vel flegmate salso vlcerante ⁊ apostemante loca iā dicta. Et signa patent ex re dicta.

Methodus

Cura eius est vt digeratur materia cū sirupo de fumoterre q̄ dicet̄ ca. de scabie ⁊ pruritu corporũ. lib. ij. Purget̄ post hoc cū yerap. gal'. vel yera ruffini dādo ex eis. ℥. ß. cū aq̄ calida añ diē. Postea mūdificet̄ locus cū vnguēto viridi dicto ca. de surditate aut cū oximelle sq̄llitico ⁊ modico florũ eris: aut cū vrina pueri ⁊ modico mell': aut cū vino ⁊ melle: aut cū aceto vel aq̄ mellis ⁊ ysop. si sit cū fe. Balneet̄ frequenter in aq̄ calida decoctiōis rof. mellilott florũ camomille et ysop. fenugreci malue ⁊ bismalue violarũ foliorũ populi ⁊ filiũ: qm̄ ma⁊ias mollificat ⁊ dolorē lenit. Et post balneũ iterũ mūdificet̄ cū vnguēto viridi: ⁊ sic ħ vicissim donec loc⁹ pfecte exiccet̄. Et si dolor qn̄q īcēderet̄ po-

nat sup anū emplm anodinū factū ex vitellis ouoꝝ farina ordei ꝛ melle ro. incorpatis adinuicē: ꝛ pōt addi semen lini: farina fenugreci: flos camomille ꝛ filia: decoquātur in aqua ꝛ incorporādo cū eisdē ꝛ tepidū ponēdo sup locū: qm̄ materias resoluit: tumorē sedat: dolorē mitigat. Ultimo cōsolidet cum vnguēto albo: ꝛ si nō suffecerit: fortificet cū puluere litargiri incorpato in ipso: qꝛ fit magis stipticū vel cerusa lota. Subfumiget cū thure mastice vel bdellio. Unguētū bonum cōsolidās ragadias aut fissuras labioꝝ oris: vlcera in aurib⁹ ꝛ naribus ꝛ in quocūqꝫ loco corpis. Et postq̄ mūdificata fuerit cū stipticis pdictis sic fiat auctoritate Mes. in suo de appropriatis cap. de fissura labioꝝ oris. ℞. gallaꝝ ceruse antbimonij litargiri aā. p. tes vnā amili dragagāti muscillagis seis citonioꝝ. aā. p. s. terant oīa vt alcohol ꝛ conficiant cū adipe galline vel anatis vel cū terebētina ꝛ adipe: vel cū cera ꝛ oleo masticino: vel cū mastice ꝛ melle. Et liniat ex eo loc⁹ frequēter post vicissitudinē stipticoꝝ alternatiū Et empl'a scripsim⁹ auctoritate eiusdē ca. de vlcere in aure. Si autem ex ragadijs ↄtinue fluat virus aut sanies ledēs ꝛ mordicans fomēte sepe loc⁹ cū aqua decoctiōis sumacb plāta. mirtilloꝝ balausti. nespilloꝝ ꝛ filiū. Post hoc exiccet cū pāno lineo molli ꝛ emplastret cū empl'o facto ex faria volatica molendini ꝛ puluere granoꝝ vue boli armenici san. dra. incorpatis cū albumie oui. Et post exiccationē redeat ad cōsolidationē pdictaꝫ ex vnguēto al. vel ex vnguēto mes. pdicto donec ragadie pfecte curētur. Nutriat carnib⁹ laudabilib⁹ ꝛ pprie assis. Abstineat a leguminib⁹ ꝛ sinapi ꝛ oīb⁹ acutis: bibat vinum al.

Pronosticatio.

Sollicitādū in cura ragadiarū ne forte in vlcus corrosiuū ↄuertant seu fistulā penetrātē ꝛ mitiget dolor ꝛ curet tenasmon: ne forte febricam accendant.

¶ De emorroidibus ꝛ verrucis in ano. Capitulum quintū.



Emorroys ē qnqꝫ nomē vene magne pcedētis a splene ad lōgaonē ramificate in ramos qnqꝫ: quoꝝ orificia terminant ad lōgaonē qd anus dr ad deferēdū ꝛ purgādū sanguinem melicū grossum adustū vel nō adustū sup fluentē in splene. Qnqꝫ est nomē passionū earūdē venarū. s. qn̄ inflant ꝛ apant cū dolore plurimo circa anū. Et lꝫ mō in corpe sint vene pdicte nō tn̄ passio: sꝫ solū in illis quoꝝ splē exuberat sanguine grosso adusto vel nō adusto ↄsueto purgari p talē regionē pprie tn̄ adusto: qm̄ vt dicit Rab. in diuisionibus emorroide nō generātur nisi ex adustione ꝛ acuitate in sanguine: ꝛ iō oēs emorroidici sunt splenetici: lꝫ nō ecōuerso. i alijs aūt corporib⁹ suffecerit purgatio ei⁹ p resolutionē ꝛ p venā mulgētē meliam ad os stomachi gr̄a puocatiōis appetit⁹: qm̄ talis melia transit cū supfluitate prime digōnis ad secessum. Et ex hoc appet q̄ in corpe ↄsueto emorroides sunt naturales ꝛ pseruātes a multis malis passiōib⁹: vt lepra ptisi demonio lupino cācro. si melia fuerit adusta vel ydropib scabie morphea. si fuerit nō adusta sicut menstrua in mulierib⁹. quapropter neqꝫ cura idigent nisi q̄ restringūtur cū supflue fluūt aut cursu imoderato. Iuxta illud ypo. vj. p. aph. Emorroidas āṫiq̄s sanāti si nō vna relicta fuerit piculū est ydro. aut maniā: aut ptisim fieri. Emorroidarū qdā sunt exteriores ꝛ apparentes: qdā interiores ꝛ nō appentes nisi forte an⁹ inuerset cū vētosa vel re alia. Et qcūqꝫ fiūt ꝛ pprie si sint appentes sunt triū generū: qm̄ aut sunt dure sicce ex qbus nihil emanat ꝛ sunt cū tumore ꝛ dolore in ano ꝛ noiant vruce. Aut sunt molles fistulose emittētes cōtinue vel piodice rē citrinā vel nigrā vel albā ꝛ noiant morales. Aut sunt apte oino emittētes ↄtinue vl' periodice sanguinē purū vel grossū melācholicū ꝛ sic fic⁹ appellant. Caue tn̄ ne oēm sanguis egestionē ficus appelles: qm̄ pōt esse fluxus sanguinis apatic⁹ aut mēbralis put in capl'o de fluxu vētris plenius distinxim⁹ ca. de cura dyssinterie. Signa emorroidarū in cōi sunt dolor circa locū ani vehemens cū febre vel sine fe. Si aūt sint exteriores apparēt videri tumores plures euenētes aut vna. Si vo interiores sentit dolor itra anū ꝛ fit difficultas egerendi cū egestione euenit semp aut periodice sanguis vel humor niger aut viridis fetidus vel ante egestionē vel post. Et qm̄ ista fiunt etiā in tenasmone cū excoriatiōe longaonis

⁊ in dysinteria: ideo certius signū est inuer/satio ogaonis ⁊ aspectus ad interiora si sit ibi tumor vel excoriatio sola. Signa autē di/stinctiua inter verrucas ⁊ ficus ⁊ mora pa/tent sufficienter ex dictis.

Methodus.

Cura emorroidarū extrinsecarū duplex est: sc3 cōpleta ⁊ blanditiua. Completa quidē morbum ⁊ ei⁹ causam pfecte eradicans est vt a principio fiat flebotbomia di/uersiua si etas ⁊ virtus ɔsenserint de basilica brachij sinistri. Preterea fiat flebotbomia diuersiua ⁊ euacuatiua de saluatella pedis sinistri. que est inter digitum auricularem et anularem: ⁊ post digeratur materia melan/cholica ⁊ post remedia vniuersalia procedatur ad localia. Abscindant ergo radices omnium emorroidarū q̄nto profundius fieri poterit cum ferro ignito vel non ignito tenen/do eas cū nucha ⁊ extrahendo: vt valeat pfundius abscindere. Et dimittatur sanguis copiose fluere ⁊ si flux⁹ cessauerit: cōsolident orificia incisa cum medicamine quod sic fit. ℞. masticis thuris dragagāti gūmi arabi/ci boli armenici acatie ypoquistidos. litargiri coriandri torrefacti. an̄. ʒ. i. mumie. ʒ. ij. puluerisentur subtiliter ⁊ aspergantur super loca incisa vel cum albumine oui incorporentur ⁊ fiat emplastrum. Et ad idē valet puluis corticis salicis combusti: quoniam omnē vl/cerationem consolidat. Si autem sanguis nō satis fluit: ponantur acuta sicut cepe pistate incorporate cum puluere anacardi vel euforbij vel piperis vel sinapis fel tauri per se vel incorporatum cū eisdem rebus: ⁊ sicut est vnguentum viride dictū ca. de fetore nasi. Et super istas vnctiones ponatur emplastrum ex cepis eisdem contusis ⁊ incorporatis cū modico aceti squillitici vel oximellis squillitici ⁊ postea remoueatur: qꝛ ista habēt emorroid. fortiter aperire: sanguinem grossum educere vel si aliud non sit presto ponantur san/guisuge super orificia ⁊ dimittantur donec suxerint ⁊ post aspergantur sale ⁊ cadent dicte sanguisuge: ⁊ post cōsolidentur dicta orificia sicut dictum est. Si vena post incisionē predictā nimis fluxerit: ponatur supra istud vnguentum. ℞. terre sigillate. sang. dracon. balaustie acatie. an̄. ʒ. ij. terantur ⁊ incorpo/rentur cum farina molendini vel cū tela aranee ⁊ aspergantur supra loca vel misceatur cum albumine oui: ⁊ fiat emplastrum super locum: ⁊ cum volueris remouere: mollifica cū aqua tepida vel oleo viol. ⁊ leuiter moue et post consolida sicut prius. Si vero post in/cisionem locus apostemetur ⁊ fiat dolor fortis quod quidem fit quando sanguis nō fluxit propter vie strictitudinem vel humoris grossiciem: tunc fiāt remedia anodina que iam dicentur in cura blanditiua. Accidit nāq̄ ex apostemate ⁊ dolore vt forte retinea/tur stercus ⁊ vrina propter opilationē: quare minuatur hora illa cibus ⁊ potus ne multiplicentur vrina ⁊ egestio tribus diebus donec sedetur apostema ⁊ aperiantur emorroide cum medicinis acutis sicut diximus. Cu/ra vero blanditiua que solum remouet tumorem hora illa est vt ponatur eger in balneo resolutiuo ⁊ mollificatiuo sicut est aqua te/pida decoctionis malue altee florum camomille ⁊ melliloti seminis lini foliorum cau/lium aneti ⁊ similium: vel fomentētur emorroide cum petijs infusis in ea aqua vel fiat emplastrum super eas ex eisdem rebus pi/status ⁊ incorporatis cum oleo camomillino vel nardino: ⁊ si suffecerit: bene erit. Si au/tem fiat vnguentum stupefactiuum quod. ℞. iusquiami albi ⁊ nigri ana. ʒ. vnam. opij ʒ. ß. papaueris albi ⁊ nigri. ana. ℈. ij. ceru/se litargiri. ana. vnciam. ß. olei ros. vncias tres cere. vnciam ß. dissoluātur cera et oleum perfecte ad ignem. deinde deponantur ab igne: ⁊ cum tepefacte fuerint: incorporetur pul. aliarum rerum continue agitando cum spatula: et in fine addatur modicum aceti hoc nanq̄ dolorem remouet prohibendo sensum. Deinde reitterentur medicine resolu/tiue iam dicte donec tumor recesserit et do/lor cessauerit omnino. Et si tumor ⁊ aposte/ma durum emorroidarū fuerit difficilis est resolutionis requiritur apertio earum cum sanguisugis vel medicamine acuto predi/cto: donec materia minorata fuerit premis/sa flebotbomia predicta. Deinde procedat ad resolutiua ⁊ anodina sicut iam scripsim⁹ sic nanq̄ curabitur donec alia materia re/generetur. Cura emorroidarū intrinsecarū est vt pmissa flebotbomia ⁊ farmacia supra/dicta ponātur ventose supra ipm anū: vt in/

uersetur ⁊ emorroide appareāt: tunc fiat cura completa vel blanditiua sicut dictum est. Dietetur oīs emorroidicus cibo generante sanguinem subtilem temperatuz sicut est caro edor vel pullorum elixa cum feniculo ⁊ lactucis spinarcħ. vel borragi. buglossa. Et iura carniū earundem ⁊ olus factum ex bletis ⁊ lactucis conditis cum butiro ⁊ sale. Bibat vinum album ⁊ clarum, subtile limphatū cū aqua fontis viui. Caueat ab omni cibo ⁊ potu generante melancholiā naturalem vel nō naturalem. Et cibi quidē generantes melācholiā naturalez sunt lentes caules caro vaccina vel bouina caro ferina miliuz risum fabe vinum rubeum ponticum turbiđ. panis azimus: ⁊ res oēs asse vel frixe. Cibi quoq̧ generantes melancholiam non naturalez ꝑ adustionē ⁊ isti sunt pessimi in hoc casu sunt cibi valde salsi antiqui piper allium sinap̄. cep̄. vinum vetus amarum ⁊ similia. Cibi quoq̧ generantes melancholiam non naturalem per cōgelationē sunt cancer pasta tortelle pisces grossi de aqua fetida habentes carnes nō frangibiles neq̧ squamosas aqua frigida turbida ⁊ similia.

Emperica.

Sciendum q̄ modus abscindendi emorroidas est duplex in genere. vnus cuz ferro ignito qđ cauterium dicit᷑ vel non ignito: vt puta rasorio vel forpice siue butio. Secundus cū medicina: ⁊ iste est triplex. Prim⁹ est cū aqua vrente: ⁊ sic fit. ℞. tartari vini veteris acutissimi. lib. ij. frange minutim ⁊ pone super laminam ferreā ignitam donec in cinerē albuz cōuertatur ⁊ cribelletur subtiliter atq̧ suspēdatur in sacculo lineo valde denso per dies aliquos sub aere frigido humido vaporoso et sit figura piramis euersa: q: fluet liquor inde qui colligatur in vase vitreo stricti orificij ⁊ omni die liniatur cuz penna tribus vicibus sup locum: qm̄ post diē ⁊ diem exiccabit verrucā atq̧ cadere faciet paulatine. Durat autē virt⁹ huius aque ꝑ annū vnum aut plus in loco tēperato ⁊ eidem cōparat᷑ aqua fragarie ⁊ ꝓprie fructus ei⁹ quādo distillatur sicut faciēdo aquā roſ. Aqua ṽo fortior p̄dictis ⁊ q̄ carnē corrodit tuberosaz illico cū apatur sic fit. ℞. cineris vitis albe cineris fagi. calcis viue. aā. lib. quatuor. salis gēme. lib. j. dissoluantur oīa cum. xx. lib. aque clare atq̧ bulliantur donec tertia pars cōsumatur. Preterea ab igne dependatur ⁊ cuz infrigidatum fuerit iterum bulliātur donec ex toto sola quarta pars remaneat, aut minus. Cum autem operari volueris cum ipsa misce aliquid rasure calcis viue: donec fiat puluis ne forte fluat super locum sanum. Aqua etiam omnium fortissima sic fit. Recipe arsenici. viridis eris: calcis viue: argenti viui: allzabal vel loco eius salis gemme. ana lib. semis. salis armoniaci salis nitri sulphuris viui. ana vncias quattuor. terantur omnia subtilissime ⁊ infundātur per tres dies naturales cum. ℥. xij. lixiuij acutissimi vel aqua dissolutionis calcis viue omni die agitando ter vel quater cum spatula. quarto die addatur argentum viuum ⁊ misceatur cū rebus predictis donec fuerit extinctum. preterea formētur magdaleones ⁊ exiccentur in vmbra. deinde iterum terantur et infundantur in eodem liquore magis et magis acuto ex calce viua in ipso dissoluta: et sic per diem dimittantur donec perfecte dissoluantur: tūc forme fiāt molles sicut pasta tractabilis que ponantur in alembico et distillent᷑ sicut aqua roſ. qm̄ ista aqua vrit locum quē tetigerit ⁊ ipsum mortificat atq̧ denigrat de die in diem. Postq̄ igit᷑ emoroyđ. fuerint denigrate ⁊ sensu carentes emplastretur cum emplo putrescente ipsas et cadere facienti sicut sunt caules elixati ⁊ pistati ⁊ incorporati cū butiro recenti vel axūgia: ⁊ postq̄ ceciderint: consolidentur loca sicut dictum est. Secundus modus est cum vnguento caustico qđ fit ex arsenico sublimato vel realgal vel calce viua tritis ⁊ incorporatis cum flore eris et succo affodil᷑. Sed liniatur locus circūcirca cum populeon vel albumine oui vel oleo ro. ⁊ croci ne forte corrosio dilatetur. Et huius est vnguentū viride de tartaro: quod scripsimus capitulo de surditate. ⁊ post corrosionem emorroydarū ⁊ earum casum consolidentur loca cum vnguento apostolorum dicto caplo de vlcere in aure. vel cum vnguento de cerusa quod sic fit. ℞. olei ro. ℥. iiij. cere. ℥. vnā. dissoluant᷑ ambo simul ad ignem in casola: tunc deponatur ab igne. Et incorporetur pul᷑. istarum rerum. ℞. litargiri abluti in aqua camphore

añ.ʒ.ſ.opij grana.xij.ſe.iuſquiami.xxiiij.gra
na:corticis mādragore.ʒ.ſ.ceruſe qđ ſufficit
ad inſpiſſandū oĩa. Et in fine addantur duo
albumina ouoꝝ diligēter ⁊ incorporenť cum
ſpatula donec oĩno redeať ad formā vnguē
ti. Tertiꝰ modus eſt cū filo ſericeo forti ſub
tili vł cū pilis equi faciēdo laqueū circa ſin
gulas radices emorroydarū: ⁊ oĩ die ipſum
bis magis ac magis anguſtādo donec ceci/
derint oĩa deinde conſolidenť ſicut pus. Sed
oĩm modoꝝ meliorē reputo ⁊ faciliorē: qm̄
alij ꝓpter morā diuturnā ſue operationis in/
ducūt dolorem intolerabilē in loco ⁊ apoſte
mát adeo vt ſtercus ⁊ vrina retineanť. Et ad
huc ſecurior eſt ⁊ nobilior ꝗ fit cū ferro cali/
do: qm̄ cauteriū facit ſcarā ſup labia ꝓhibē
tem ſanguinē emorroicū ſuperfluentē. In hoc
exiuimus aliqͣtulū a nr̄o ꝓpoſito: qm̄ mate
ria pſens ad cyrurgicū ꝑtinet. Dicūt preter
rea experti ꝙ ſtercus gallinarū recēs ⁊ ꝓprie
pars illa alba cum linit ſup emorroidē dolo
rem mitigat ⁊ inflāmationē reſoluit. Sʒ ſter
cus columbarū id operať a qualitate calida
putredinali euaporare faciēte: premiſſa tñ
flebothomia diuerſiua.

Canones.

Non abſcindā/tur oēs emorroi de ſimul i vna bo ra ne forte dolor augmenteť ⁊ inducat apa. Remoueātur ergo gradatim vna poſt aliaꝫ de die in diē: niſi ꝟtus fuerit fortis ⁊ patiēs abhorreat ſcõationē. Itē non ↄſolidenť oēs ſed relinquať vna ſicut eſt ſine oĩ cura cõple ta: ſed ſolū fiat circa ipam cura blanditiua: vel ſi oēs cõſolidenť denuo apiať vna earuꝫ cū ſanguiſuga vel cū medicinis p̄dictis acu tis. In cura ↄpletā vt ait Ipo. Emorroidas antiquas ſananti ⁊c. Dicit aūt antiquas qr nõ multo tp̄e cõſuetas poſſumus oēs cõſoli dare ſine timore omnino: ⁊ ꝓprie ſi ſplen re ctificeť ⁊ ſanguis diuertať ad loca alia cum flebothomia frequētata baſilice ſiniſtre.

Pronoſticatio.


Si in corpe cõſueto emorroyde plurimū flu xerint vel periodū accelerauerint plus debi to: ſignificat qm̄ corpus indiget euacuatiõe humoꝝ ſubtiliū acutorū calidorū. Si ꝟo re ſtricte fuerint oĩno vel periodū tardauerint ſignificat qm̄ indiget euacuatiõe hūoꝝ groſ ſorū frigidoꝝ de flegmate vel melāa: ſicut in menſtruis: ⁊ hoc cõtingit. Vñ Ipo.v.pti.am ph. Mulieri mēſtrua habēti ſine colore pro prio ⁊ nõ ꝑm ſe ſemp facta purgatione indi gere ſigt. Itē emorroydas antiquas oĩno re ſtringere malū: qm̄ ydropiſim vel ptiſim: vł leprā: vł maniā: vł cancrū: vł aliud apa perā bulans inducit. E cõtrario etiā emorroydas vltra modū fluere malū: qm̄ maraſmum vel ethicā vel ydropiſim prefigurat: ſicut ⁊ i mē ſtruis. Vñ Ipo.pti.amph o. Menſtruis plu ribus euenientibꝰ accidūt egritudines ⁊ nõ eue nientibꝰ a m̄rice accidūt egritudines: ⁊ pme q̄dē egritudines ſunt de inanitione. ſcđe ꝟo de replõne. Purgeť igiť humor peccās ⁊ p̄/ terea rectificenť emorroyde. Itē maniacis ⁊ hn̄tibꝰ dolorē renū emorroydibꝰ ſupuenienti bus tollūt egritudies. vñ Ipo.vi.p.aph.me lācholicꝭ ⁊ nefreticꝭ emorroidē inate bonū ſʒ p ſe vł p artē. Et paꝝ poſt. Maniacꝭ vari cibus emanātibꝰ innatis ſolutio fit manie.

De apate ⁊ vlcere ani. Cap.vi.



Poſt emať anꝰ ⁊ eiꝰ lacertꝰ aut ite riꝰ aut exteriꝰ. Et cura ⁊ ſigna di cta ſunt ca. de exitu ani pp apa. h ꝟo addēdū ꝙ ſi timeť h̄ apa ad collectionē qđ ſcies: qm̄ pp applicationē re/ ſolutiuoꝝ nõ diminuiť dolor tumor ⁊ fe. ſed potiꝰ itēdunť. vtēdū tñ maturatiuis dicꝭ ca. de apatibꝰ ſtomachi vſqꝫ ad ip̄s rupturē. q̄ ſi fiat p ſeviēdū ſtipticis abſterſiuis mūdificā tibꝰ vlcꝰ poſt hoc ↄſolidātibꝰ dictis ca. ꝺ ra gadijs ani. Si ꝟo tubꝰ p ſe tardauerit: apiať cū ferro. Sciēdū ꝙ h̄ apa ſi fuerit īteriꝰ diffi cilioris eſt cure ⁊ prauoꝝ accidētiū poſt nāqꝫ ſtrāguria ⁊ yleos inaſci ⁊ ꝓprie ſi ſanať. Si ꝟo extertus facilis eſt cure ⁊ accidentiū nõ prauoꝝ ſi methodo curetur.

Tractatus ſextus tertie ſectionis: De paſſionibus renum.



Renum paſ/ſiones ſunt ſeptē.

Prima debi/litas. Secunda mictus ſangui nis. Tertia calculus vel lapis. Quarta dya betes. Quinta macies. Sexta opillatio ſiue durities. Septima apoſtema. Cum

autē dico renes intelligo allzatim id est locū renū in dorso atq̃ poros vritides q̄ sunt due vene stricte ꝓcedentes a renibus ⁊ descendētes p inguina ⁊ ab vtroq̃ duoꝝ laterū tendunt in vesicam.

¶ De debilitate siue malicia cōplexiōis renum. Capitulum primum.

Debilitantᵘʳ renes ex oī cā ꝓhibente vel diminuente ipsaꝝ opationes, q̄ est aquosam ptē siue serosaꝫ a massa sanguis nup in epate geniti segregare qua nō indiget nutrimētuꝫ cōe corpis toti⁹. Hec aūt segregatio tribus pficitur. Primū est attractio sanguinis aquosi a vena kili ⁊ hoc fit p venas mulgētes. Scḋm est diuisio sanguis attracti in ptem grossam nutritiuā substātie renū ⁊ pteꝫ subtilē supfluentē: ⁊ hoc fit ꝓpter vinculuꝫ collatoriū porosum in cōcauitate renū cōtentuꝫ: p cuius poros angustissimos trāsire pōt aqua subtilis grossa remanēte. Tertiū est expulsio partis aquose subtilis ad vesicā ⁊ denuo ad extra corpus qḋ fit p poros vritides q̄ sunt meat⁹ longi stricti ꝓcedētes cū cōcauitate renū in cōuexū vesice: ⁊ demū se obliquātes inter tunicā: ⁊ tunicā in cōcauū eiusdeꝫ. Cause igiᵗʳ diminuētes opationē ꝓhibētes vel corrūpentes sunt tres in gnē: scꝫ mala cōplexio: mala cōpositio: ⁊ cōtinui solō. quēadmodū eisdē bene se hn̄tib⁹ renū opatio fitᵘʳ ⁊ cuiuscūq̃ pticule nr̄i corporis debite regulate. Mala aūt cōplō lꝫ fit scḋa modoꝝ fieri videᵗʳ tn̄ maxime i renibus ƀm duos modos q̄ sunt caliditas: ⁊ de ipsa diceᵗʳ in ca. de macie renū. Scḋa humiditas ⁊ hec raro stat sine frigiditate. ⁊ de ipsa diceᵗʳ ca. pn̄ti vbi de mala cōplōne loq̄mur. ij. ca. de opillatione ⁊ duritie renū. Mala ƀo cōpositio est opillatio renū ex muscillagine opprimente: aut est laxitas substātie q̄ raritas nūcupaᵗʳ texture. Solutio ƀo cōtinui est vuln⁹ vel apā vel vlc⁹ de renibus: ⁊ de ipsis dicem⁹ caplō de mictu sang. vel saniei.

Methodus.

Signa male cōpōnis ꝓpter muscillaginez opillantē sunt dolor grauatiu⁹ ex allzatim vrina alba grossa humorosa ampullosa cū residētijs viscosis ⁊ diminutio appetitus comedēdi. vn̄ Ypo. vj. pti. ampho. Quibuscūq̃ ampule natant ī vetreᵘ. significat ⁊ longā egritudinē nefreticā fore. Et cura ei⁹ est vt sumat oī die in ieiuno de puluere vrinatiuo q̄ diceᵗʳ ca. de calculo in renib⁹ cuꝫ vino albo subtili aquoso. Purgeᵗʳ cū. ʒ. sex vel quatuor benedicte laxatiue dādo in sero cū vino calido p̄missa digōne cū oximelle. Vtaᵗʳ q̄nq̃ coitu in ieiuno: qm̄ purgat renes si fiat vsu moderato. Vngaᵗʳ allzatim dextrū ⁊ sinistrū cū vnguēto agrippa ⁊ marciaton ⁊ arrogon ad ignē bis in die an̄ prādiū ⁊ an̄ cenā. Vtatur electuarijs vrinatiuis stipticis sicut est dyaciminū ⁊ dyanisum ⁊ silia. Nutriaᵗʳ turib⁹ pulloꝝ ⁊ edoꝝ cōditis cū petro. ⁊ spēb⁹ aromaticis. Bibat vinū album claruꝫ. vitet grossa sicut est vinū rubeū turbidū panis azimus extrema porcelloꝝ vel vituloꝝ. Signa male cōpōnis ꝓpter laxitatē corpulentie renū sunt vrina sicut lotura carnis cū dolore allzatim ⁊ debilitate dorsi ⁊ ꝓstratione appetit⁹ coit⁹. Et cura ei⁹ est vt vngātur loca renū cū vnguēto facto ex oleo ro. an̄. ptes eq̄les. cere masticis. an̄. qḋ suffecerit. ad ignē vel soleꝫ calidū ⁊ ponaᵗʳ desup emplm̄ stipticū cōfortatiuū renū factuꝫ ex lentib⁹ excorticatis ro. bolo armenico gūmi arabici masticis sūmitatib⁹ rubi ⁊ absinthij nucis cypressi balaustie sandalis ⁊ filib⁹ coctis ⁊ dissolutis ⁊ īcorporatis cum oleo ro. qḋ suffecerit ⁊ modico aceti. Cōferūt ad hoc etiā oīa stiptica ipata in calido ⁊ frigido cū aliquali declinatiōe ad frigiduꝫ sicut est sirupus. ℞. ro. plātagis anisi ameos acori cip. ypoq̄stiḋ. tenerītatū rubi petro. seminū cōium frigidoꝝ. an̄. ʒ. ß. masticis thuris dragāti spice xiloaloes folij indi sanda. an̄. ʒ. iij. cinamomi. ʒʒ. an̄. ʒ. ij. zuccare. ℥. viij. fiat sirup⁹ bene coct⁹ ⁊ clarificat⁹ de quo bibaᵗʳ oī die in aurora. ℥. ſ. cum aqua mirtilloꝝ: ⁊ sic sunt trocisci de karabe mixti cū trocis. de cāphora quos dicem⁹ ca. de ptisi ca. de empericis. Nutriaᵗʳ carnib⁹ laudabilibus assis vel elixis cū petro. cōditis cū succo berberis vel citonioꝝ inspissatis cuꝫ vitellis ouoꝝ. Impingueᵗʳ cuꝫ adipe renū capraruꝫ vel eoꝝ aromatisatis cuꝫ puluere cinamomi garioſi. ʒʒ. mirtilloꝝ. Cuitet coituꝫ ꝓposse ⁊ resupinationē sup dorsum ⁊ vsum diureticoruꝫ immoderatuꝫ ⁊ viscosoꝝ: diligat stiptica

mediocriter grossa si opilatio epatis ꝛ meseraicarū non ꝓhibeat. Utatꝰ ergo modo stipticis: modo cōpositis ne alteratiōe mēbrorū noceat. Et si corpus sit carnosum fiat a principio flebotomia diuersiua ex basilica in brachio vel pede lateris oppositi: ꝛ ꝑterea in latere eodem. Et si nō suffecerit: dentur oēs medicine cōferētes mictui san. quas dicemꝰ suo cap. ꝛ sic regatur donec vrina visa fuerit rectificata ꝛ dolor sedetur omnino.

Canones.

Oportet ꝙ medicine exhibite ꝑ interiꝰ sint subtilis substātie anteꝗ̄ ad renes ꝑuenire valeāt ꝑ vias longas angustas (si ille sint) firupi collentur pāno duplici. si pulueres cribellentur vt alcohol. Si ℣o ꝑ exteriꝰ addatur aliqd aceti acutissimi grā penetratiōis. ¶ Sciēdū ꝑterea ꝙ in regimine diete nihil est ꝙ adeo renes debilitet: vt grossum viscosum opillās vel stipticum siūr ꝛ coitū: qm̄ vasa duo spermatica ꝓprie venas mulgētes oriūtur quare ipsos nutrimēto priuāt atqꝫ in matricē ex forti suctione sang. purissimi quo egent testiculi coitu superfluo angustiati ad restaurationem spermatis gignendū ꝓpter qd̄ datum est ab exptis ꝙ vsus dyasatirion frequens confert omni renum debilitati.

Pronosticatio.

Solicitandū in cōfortatione renū ꝛ viarum eiꝰ: qm̄ ꝑ eorū repletionē fit cā ydropisis ꝛ lapidis: per ipsorū ℣o inanitionē surgit cā feb. ethice vel marasmi.

¶ De mictu sang. vel saniei ꝛ vlcere in renibus ꝛ poris vritidibus. Caplm̄. ij.



Mictus sanguis fit ꝓpter aliquā triū cārū. Prima cā est ꝑcussio sup allzatim rūpens venā kilis vel venā mulgentem vel collatoriū renū. Scd̄a est humor acutꝰ subtilis corrodēs loca supradicta vel orificia eorū apiens. Tertia est exercitium vehemens vel coitꝰ supfluus loca ꝑdicta vel orificia lacerās refricatiōe frequētata: ꝛ ꝓprie in cholerico corpe ꝛ tpe calido. Mictus ℣o saniei fit ꝓpter aliquā triū cārū. Prima est antecessio mictus sang. antiquata ꝓpter qd̄ sanguis extra venas stās ꝙ̄ sunt locꝰ sibi ꝓpriꝰ in saniē vel virus nitrosum ꝯuertit. Ut dicit ypo. Scd̄a est vlcꝰ siue corrosio locorū ꝑdictorū ab humoribꝰ calidis adustis vel salsis nitrosis. Tertia est apā saniosum in renibꝰ terminatū ad rupturā. vñ mictꝰ san. ꝛ saniei et vlcera in renibꝰ sunt sibiīnuicē cōcause vt dictū est. Uerūtn̄ aduertendū est ꝙ iste passiones qnꝗ̄ accidunt in renibus: qnꝗ̄ in vesica ꝛ collo eiꝰ qd̄ virga in viris dicitꝰ. vnde Ypo. quarta ꝑti. amph̄. Si sanguinem aut pus minxerit renū aut vesice vlcerationem significat. Signa igitur distinctiua mictus sang. ꝓut venit a renibus sunt qr sang. exit plurimus ꝛ ꝓprie si fit ex ruptura alicuius vene circa renes ꝛ est globosus: ꝛ qnꝗ̄ subtilis vt sang. flōmatus. vnde Ypo. iiij. ꝑti. amph̄. Quibus in vrina grossa quasi carnium frusta vel sicut pili sunt: his de renibus exeunt. Et statim subdit. Qui enī spōte sanguinē mingūt: his de renibus vene rupturā significat. ꝛ intelligē sponte id est subito ꝛ copiose nō ꝓcedentibus accidentibꝰ quibuscūqꝫ ꝛ sentit eger dolorem circa allzatim ꝛ forte antecessio casus ꝛ ꝑcussio sup dorsi spōdilia vel vsus ciborū acutorū: vt sinapis: pipis: veteris vini: vel exercitiū: vel coitꝰ in tpe estuoso. Si ℣o venit a vesica vel collo eiꝰ erit sanguis paucus cum sint mēbra spmatica ꝛ egreditur ante vrinā vel nō bene ꝑmixtus vrine: ꝛ sentit patiens dolorem circa pectinē ꝛ virgā: ꝛ hꝫ strangurīā dolorosam. Signa ℣o distinctiua sup mictu saniei sunt qr si venit a renibus ꝛ poris vritidibus antecessit apā saniosum in renibus apertum vel mixerit sanguinē ꝛ exit cū vrina sicut paruum frustū carnis vel sicut pili ꝛ sentitꝰ paruus dolor pungitiuꝰ circa locum renū. Si ℣o fit a vesica antecessit scabies vesice ꝛ saniēs egreditꝰ ante vrinā ꝛ apparēt squame in vrina ꝛ dolor est fortior.

Methodus.

Cura mictꝰ sanguinis ꝓut venit a renibus ꝛ locis vicis: qm̄ de eo ꝙ venit a vesica ꝛ collo eiꝰ dicemꝰ de scabie ꝛ vlcere in vesica: est eadē a quacūqꝫ triū causarū euenerit. Fiat igitꝰ a principio flebotomia diuersiua de basilica dextra in brachio vel manu. Et imponatꝰ emplastrū stipticum frigidum super allzatim factū ex rosis plātagine ba

laustia lentibus excorticatis virga pastoris te neritatibus vitis et rubi coctis in aqua et pistatis et incorporatis in puluere boli armenici san.ora. acatie liiij addendo aliquid aloes et aceti acutissimi propter penetrationem. vel fiat epithima super locum ex aqua decoctionis earundem rerum et aqua ros. et modico aceti. Et fiat vnguentum. R. populeon muscillaginis psillij et se. citoniorum an. ℥. ß. gummi arabici adusti. carab. adusti dragaganti an. ʒ. ij. liquefiant gumme in aqua ro. et modico aceti. Deinde addatur aliquid de oleo ro. et cere quod sufficit et omnia simul incorporentur perfecte. Et si volueris: adde ex anodinis sicut est adeps anseris anatis vel galline: et proprie in mictu sanguinis. Sumat omni die de sirupo. R. sirup. ro. sirupi mirtini oxizaccare an. ℥. ij. misceantur et addatur gratia directionis. ℥. ß. oximellis compositi vel sirupi aceti et detur cum aqua decoctionis masticis et mirtillorum. Purgetur post hoc cum medicina soluente humores acutos et proprie in qua sint mirabolani sicut est ista. R. mirabolano. citrinorum emblicorum ana. ʒ. duas. turbith boni. ʒ. s. ameos: se. feniculi zinziberis an. ʒ. ß. terantur et misceantur cum aqua decoctionis prunorum. vel addatur zuccari. ℥. ß. et fiat dragea siue tragea que detur cum aqua calida sero cum itur dormitum. Uel purgetur cum ʒ. ij. reubarbari dissoluti in aqua calida vel cum electuario de succo laxatiuo: neque permittatur venter aliquo die constipari: imo leniatur cum suppositorio vel clisteri: quoniam materias diuertit a vijs vrine. Utatur omni die ante cibum tali mixtura. R. dyarrodon abbatis rosate nouelle triasandal. ana. ℥. ij. dyamsi. ℥. s. Sumat omni die vnum ex trociscis de carabe cum aqua decoctionis sumach vel mirtil. quorum descriptio secundum Mesue que est melior descriptionum talis est. R. carabe aur. vj. cornu cerui adusti dragaganti acatie ypoquistidos balaustie lactu. masticis papaueris nigri assi an. aur. iij. thuris croci an. aur. s. et ß. fac trocis. de muscillagine psillij vel succo berberis vel succo pirorum immaturorum vel nespillarum vel citoniorum vel plantaginis vel vino rubeo pontico vel aqua pluuiali: quorum quilibet sit. ʒ. ij. et detur vnus in aurora et vnus ante cenam cum eisdem liquoribus. Et si velles quod a proprietate respiceret renes et vesicam adderes in descriptione se. apij aur. ß. Uel sumat aliquos ex trociscis de causa frigida vel de spodio dictis capitulo de ptisi. Nutriatur farina risi ordei condita cum adipe renum caprarum et edorum et carnibus assis conditis cum succo berberis vel citoniorum. Bibat vinum rubeum stipticum limphatum cum eisdem aquis. Deuitet cibos et potus acutos aperitiuos et vrinatiuos: sicut sunt iura carnium condita cum petro. feniculo saluia et olera omnia preter caules et vinum album aquosum. Sed regatur per grossa stiptica nisi opillatio epatis quandoque prohibeat: quare tunc aperitiua cum stipticis alterentur. Cura mictus sanguinis prout venit a renibus est eadem cum predicta. Sed quando est cum ardore vrine et dolore in virga vtatur omni mane trociscis de allzelzengi qui sic fiunt secundum Mes. R. granorum allzelzengi. ʒ. iij. se. albatbechie cucurbite citrul. mundatorum an. ʒ. iij. et ß. boli armenici: gummi arabici: thuris: san. ora. papaueris al. amigdalarum amararum excorticatarum succi liquiritie: draganti amili: granorum pini. an. ʒ. vj. apij: carabe: iusquiami: opij ana ʒ. ij. fiant trocis. cum muscillagine psil. iij detur vnus mane et sero cum iulep vel ydromelle: quoniam dolorem mitigant: saniem abstergunt: et vlcera consolidant si deus voluerit. Et fiant omnia que dicentur cap. de vlcere in vesica.

Emperica. Dicunt experti Mictum sanguis ex renibus quandoque prouenire ex multitudine sang. in corpore. sicut fit et vomitus sang. et fluxus ventris: et proprie in corpore sanguineo ocio gaudente ac quiete. Et cura eius est eadem cum predicta preterquam magis insistendum euacuationi cum flebothomia et prouocatione menstruorum et emorroydarum in corpore vt diuertatur sang. ad loca alia: et minorationi cibi et potus et rectificationi epatis et splenis: vt scripsimus in capitulis: et additio in exercitio et labore. Affirmant preterea quod ad mictum san. ex renibus et proprie exuberantis quattuor consueuerunt superuenire accidentia timorosa que causam ad se trahunt. Primum est san. coagulatio in vesica: propter quod retinetur vrina et fit dissuria vel surta dolorosa. Unde Ipo. iiij. p. amph. Quibus in vrina grossa quasi carnium frusta: vel sicut pili sunt: his de renibus exeunt. Et cura eius est vt vngatur pecten cum vnguento calido mollificatiuo: quod

℞.marciaton dyaltee añ.ʒ.ſ.butiri recentis ʒ.ß.croci.ʒ.ſ.misceãtur perfecte ad ignẽ vel ſolem calidũ:ꝛ poſt mollificationem ſumat aliq̃d ex diureticis ſi nõ timueris vlcus que dicuntur ca.de calculo.ꝛ ca.de diſſuria. Et ſi per hoc nõ educerẽtur fruſta, de ſanguine et adhuc retineretur vrina: iniJciantꝰ colliria diſſolutiua ꝛ lubrificatiua per virgam cũ ſiringa que dicentur ca.de ſuria ꝛ diſſuria.

Scḋm eſt vlceratio veſice ꝑpter ſanguinez in ea longo tpe retentum ꝛ in ſaniẽ conuerſum. Et cura eius eſt cura vlceris in veſica.

Emperica. In cura omnis feb. effimere ꝑterꝙ i illa que fit a fame: vel siti: vel exercitio excedente cõferre videtur euacuatio cum flebotomia vel farmacia iuxta electionem predictam. Similiter et dieta tenuis in q̃to atqꝫ quali quoniam et si non quelibet feb. effimera fit cuꝫ materia plurima siue repletione in qualibet: tamen ipsarum leditur virtus digesti-

na quare cibū simul plurimū vel grossuz nō pōt elaborare. necq per hoc timendū est de virtute cū temp⁹ fe. sit breue: vt infra iam di cetur. In declinatione vo cuiuslibet ipsaruz cōpetit balneū aque dulcis tepide: qm̄ calo rem fe. alterat ꝛ reliquias insensibiliter re/ soluit. Sciendū pterea ꝙ in fe. effimera pre dicta quādoq surgunt accidentia mala que sunt dolor capitis vomitus fastidiū sitis ꝛ si milia quibus succurrendū est ꝑut in singu/ lorum capitulis docuimus pro posse.

Canōes. Dicit Ga. viij. de i genio. sani. ꝙ ꝑpuz feb. effimere est non trāsire tertiū diē ꝙ si cessauerit die scda bre uior ꝛ leuior dicet. Si vero pma die cessaue rit verissima atq purissima nūcupat̄ cū no/ men fe. effimere tēpus vnius diei a grecis in terptet̄: nec est aliqua febris effimera q̄ diez tertiū transire possit pter ꝙ in fe. putridā cō uertat̄ excepta ea q̄ fit ex opillatiōe orificio/ rum venarū ꝛ pororū que quidē durare pōt vsq ad diem quintā. ꝙ si tunc natura resol/ uit in putridā est conuersa quare ꝛ hec fe. nō est vere effimera: sed quasi media inter effi/ meram ꝛ putridā iudicatur. Dicit etiā Ga. ibidē ꝙ ppriū est fe. effimer: nō habere pe riodos neq paroxismos qm̄ periodus a mate ria dependet hūorali pter ꝙ in feb. effimera ex opillatione q̄ quidē periodos hȝ. vbi gr̄a qm̄ si materia opillans fuerit grossa flegma tica fiet periodus diurna. Si vero choleri/ ca subtilis fiet periodus de tertio in tertiuz. Si melica de quarto in quartū. Si san. affli gat assidue velut synocha cum acerbatione apud aurorā. Istis nāq alterationū tpibus materia parū post parū opillat: ꝛ parū post parū euaporat. Dicit pterea Gal. ad istud propositū ꝙ ad apa intrinsecum in quocun q membro nō pōt accidere feb. effimera. Ad apostema vo extrinsecū ꝛ proprie paruū et in aliquo emunctorioꝝ nō sequit̄ nisi fe. effi mera qd̄ est qm̄ in eis nō peruenit vapor pu tridus ad cor cum sua substantia sed cuz vir tute ꝛ alteratione sola quod est proprium ef fimerarum.

Pronosticatio.

Solicitandum in cura feb. effimere statim a principio quoniā si diem quartā vel quin tam ad plus transferit feb. putridā inflāma bit. Itē si fe. effimere calor ꝛ feb. ꝛ omnia ac cidentia de die in diē minorēt̄ur salubre. Si vero calor fortificet̄ ꝛ pulsus diuersificetur et dyastolis minoretur cū augmentatione si stolis ꝛ vrina tingatur: neq in ea signa dige stionis perseuerent cū fetore corporis ꝛ om/ nium existentium amplius debito signifi/ cant: qm̄ apud diem quartum vel quintū cō uertitur in putridam timorosam si nō super uenerit sudor roridus: aut vomitus sponta/ neus: aut fluxus ventris: aut exitus sangui/ nis narium: aut alia euacuatio sensibilis era dicans causam antecedentem febr. putride fieri future. Itez si in apostematibus interio ribus signa fe. effimere pure apparuerit par uitatem apostematis et salutem significant. Econtra vero si ad apostemata exteriora ve lut in emunctorijs signa febris alteri⁹ appa ruerint preter ꝙ in febre effimera magna apostema, timorosum significat. Unde ypo/ crates. iiij. particu. amphorís. In bubonib⁹ omnes fe. male exceptis effimeris. Item cor/ pus sanguineum per naturam si febriat feb. effimera propter nauseatiuam satietatem pronum est labi in feb. putridam timorosaz et proprie si ventrem habuerit constipatuz et demum in ethicā perniciosam. Item cor/ pus flegmaticū per naturam febricitans fe. effimera ab estu sol' vel negligētia purgatio nis et excercitij consueti pronum est labi in feb. putridas cronicas malignas nisi apud diem tertium vel quintum euacuatio super/ uenerit sensibilis copiosa. Item corpus me/ lancolicum per naturam maxime potens est omī febri effi. resistere et hoc quidē rōne cō/ plexionis quemadmodum corpus tempera tum id potens est facere ratione fortitudi/ nis virtutis. Item corpus calidum siccum ꝑ naturam facilius a feb. effimera curatur ꝙ corpus frigidum et humidum per naturam quemadmoduz et facilius labitur in ipsam. Uñ Ypo. ij. parti. Amph. In morbis minus periclitant̄ egrotātes ꝛc. Itē fe. effimera ꝑ/ pter opillationē venaꝝ ꝛ poroꝝ corpis ē oī/ bus alijs difficilior in cognoscēdo atq curan do: vt di. Gal. viij. de inge. san. q̄propter ad ipsaꝝ cognitionē pleni⁹ hñdā scire cōuenit: quoniā hoc genus fe. nō accidit corporibus

extenuatis sz repletis ad ipaꝝ curationē ꝯo
purgationib⁹ stati a pncipio fortib⁹ isistēdū

¶ De febre ethica ⁊ eius spēbus.
Capitulum tertium.



Ebris ethica vt ī pncipio dif
finitiōis fe. ostēdim⁹ est mala
cōplexio eqlis cal'a: sicca hñs
calefactū eē in cordis suba p
mo ⁊ suba alioꝝ membrorū
ex cōsequenti: calefieri vero in
humorib⁹ ⁊ spiritibus. Fit aūt hoc gen⁹ fe.
raro ꝑ se incipiēdo: vt plꝛimū autē cōsequen
do egritudines alias. Cū autē fit per se inci
piendo fit ab ira assidua vel labore vel fa/
me vel coitu cor ⁊ mēbra inflāmāte atq; exic
cante. Cū vero fit cōsequendo fit altero duo
rum modoꝝ: qm̄ aut consequit̄ egritudines
vniuersales: ⁊ hoc vt plurimū. Oīs nāq; fe.
putrida cū perdurat: ⁊ ꝓprie in corpore cho
lerico vel meľico transit in ethicā: aut conse/
quitur egritudines pticulares: ⁊ sic accidit
post debilitatē quinq; membroꝝ principa/
lium: pcipue cordis pulmonis epatis ⁊ sto/
machi atq; renū cum sup aliquo ipsorū ma/
la cōplexio calida sic lōgo tēpore durauerit:
vt ait Gal. iiij. de inge. sani. Et in isto quidē
sermone cōprehēdendo intestina ⁊ venas et
meseraicas qm̄ stomacho ⁊ epati alligant̄.
Sunt autē feb. ethice tres species siue gra/
dus. Primus quidem incipiēs ⁊ est cū humi
ditas scđa q̄ ros đr mēbroꝝ circūfluens de/
pascit̄: quemadmodū ⁊ cū lucerna depascit
oleū circūnatans: ⁊ hec est cura cōis facilis:
sed cognitionis summe difficilis. Secunda
vero ꝓcedens: ⁊ est cū humiditas scđa que
cambium dicit̄ membris imbibita cōsumit̄:
queadmodū cū lucerna cōsumit oleū imbibi
tū in licbinio. Et ipsa est facilis cognitionis
difficilis ꝯo curationis. Tertius autē est per
ficiens cū humiditas tertia que glutē đr mē
broꝝ substantiā cōglutinās inanitur: queād
modum cū lucerna inanit humidū radicale
licbinij: et hec est manifeste cognitionis: sed
impossibilis curationis. Qm̄ lz humidū flu/
ens restaurari possit: humidū tm̄ radicale ne
quaq̄. ꝓpter qđ ait Aui. iiij. can. pm̄i ca. q
si tria spēs ethice posset curari: posset senex
per naturā iuuentutē induere ⁊ se in esse vi
uo ꝑpetuare. Signa ꝓpria fe. ethice trahū
tur a rebus quinq;. Prima quarū est calidi/
tas corporis infixa qua eger nō sentit vel pa
rum. Et cum medicus manū apponit: sentit
a pncipio calorem lentū nisi fe. putrida com
plicet̄: sed si manus diutius immorēt̄: sentit
augmentū caloris velut puncturā acuū cui⁹
contrariū est in fe. effimera ⁊ putrida. Scđa
est qm̄ hec feb. nō habet paroxismos nec exa
cerbationes aliqua horarū diei: immo est fi
xa equalis tēpore assiduo: nisi forte per acci/
dens. Vbi gr̄a. Quoniam vt ait Gal. I. de fe/
bribus. Feb. ethica semp fortificat̄ ꝑ duas
horas cibo assumpto: lz diuersis horis inor
dinatis. Et ideo quoniā tunc calor bullit ex
aduentu humidi nutrimentalis super mem
bra velut cum aqua spargitur super calcem
viuam. Tertia est pulsus: spissus: velox: dur⁹
debilis subtilis ⁊ longus ex caliditate ⁊ sic/
citate arteriarū ⁊ cordis cum debilitate vir/
tutis: quapropter si filum humidum circun/
datur brachio citius exiccabitur apud arte/
rias. Similiter ⁊ si vnguentum vel liquor li
niatur super corpus totum citius exiccabi/
tur apud thoracem. Quarta est vrina velut
corporis sani: ⁊ proprie in principio verum
cum processerit: fit vrina citrina intense cum
oleagineitate superficiei: et cum maxime ꝓ/
cesserit: fit aquosa cum vnctuositate plurima
propter caloris innati extinctionem ⁊ humi
ditatum radicalium membrorum ⁊ sperma
ticorum consumptionem. ¶ Quinta ab ha/
bitudine corporis trahitur: vt si cum predi/
ctis corpus de die in diem extenuetur sine cā
manifesta ⁊ vigilie superfluant cum prostra
tione appetitus ⁊ desiderio assiduo attra/
hēdi aerem frigidum. ¶ Signa autem di/
stinctiua trium specierum predictarum sunt
additio ⁊ remissio signorum predictorū. ver/
bi gratia. quoniaz si signa priora omnia fue
rint recentia atq; remissa est prima species:
Si vero fuerint fortiora et facile apparen/
tia: ita vt vrina fit oleaginea ⁊ adeps vētris
⁊ musculorum minoret̄ ⁊ oculi concauentur
fiet secunda species. Cum vero fuerint vlti
mata ⁊ facies fuerit tornatilis ⁊ caro muscu
lorum omnino cōsumpta donec ossa ⁊ nerui
apparere ceperint pter consuetudinē ⁊ cutis
fuerit tensa velut coriū ad ignem calefactū
et arefactum que cum extenditur: redit cum
plurima tarditate: et vox fiat gracilis et ve/
ne apparentes vacue a sanguine: tunc erit

tertia species mortis vicine presaga.

Methodus. Feb. ethica cū fit febris facta in humiditatib⁹: vt dixim⁹ capl'o de diuisione feb. auctoritate Gal.x. de ingenio sanitatis solis indiget alteratiōib⁹ ad frigiditatē et humiditatē nec est opus euacuatiōe cause: qm̄ post suū esse nō dependet amplius a causa nisi forte p accidēs: vtpote qm̄ cōsequitur ad feb. putridā illa remanēte. ¶ Hec autem alteratio cōplete trib⁹ rebus pficitur q̄ sunt balneū cibus ꝛ inunctio. In aurora igitur ꝛ post somnū ꝛ digestionē duplicem cōpletam surgat a lecto suo morose sine strepitu ꝛ exoneret ventrē suum si fuerit possibile ab egestione ꝛ vrina tunc intret balneum humectatiuū lenitiuū quale est ppriū balneū aque dulcis tepide sub aere tēperato ꝛ fortius illo est aqua decoctionis maluarum foliorum salicis populi et cucurb. papaue. et nenuphar. viol. et ordei depilati. Et iterum fortius est balneū ex lacte dulci recēti: aut ex lacte ꝛ aq̄ simul mixtis: ꝛ ex balneis humectantib⁹ vt di. Mesue in suo de appropriatis. ca. de spasmo. est qd̄ fit ex aq̄ dulci i qua cocta sunt capita ꝛ pedes edorum ꝛ agnoꝝ et arietum pinguium: propter quod ꝛ quandoq̄ fiunt clisteria cum hmōi et conferunt vehemēter: ꝛ in tali balneo leniter fricetur sine mora in ipso: quoniam nutrimentū digestum trahit ad membra et corpus rubificat atq̄ dilatat quēadmodū mora longa in balneo ꝛ fricatio aspera cum sudore corpus reddit euaporabile. Cū aūt balneū exierit vnguat pectus ꝛ spina tota ex oleo cōi: ꝛ ex oleo viol. ꝛ cū populeon ꝛ cū butiro recenti dissoluto cum lacte recenti mulcto. Et post vnctionē fundatur supra totū corpus aqua tēperata multa vgēs parump ad frigiditatem: tūc quiescat et dormiat vndiq̄ pannis cōtextus sup lecto molli sub aere tpato vergente ad frigiditatē ꝛ hūiditatē aliqualem quam attrahat cum anhelitu suo preter q̄ corpus non tangat circūquaq̄. Talis nāq̄ ordo balneatiōis et vnctionis corpus impinguat: calorem feb. alterat et naturalem conseruat. Et si corpus fuerit catharrosum nō fundatur aqua predicta super caput: sed super corpus residet omniquaq̄. Et si aer habitatiōis sue nō fuerit hmōi p naturā fiat talis per artē fundendo aquā ros. ꝛ sternendo folia viridia ppl'i ꝛ salicis ꝛ vitis albe. Cū aūt bn̄ quieuerit ꝛ dormierit sup lecto suo exercitet parūper in camera donec calor naturalis excitat⁹ fuerit ꝛ appetit⁹ comedendi redierit tūc absorbeat aliq̄d lactis dulcis recētis p se vel cū mica panis de simila ꝛ ppe si cōsuetus sit in vsu lactis ꝛ in ipo delectet: neq̄ sumat cū eo cibū aliū: qm̄ de facilimo corruptibilib⁹ vt dicit Gal. vij. de ingenio sanitatis sunt lac sang. sperma q̄re in stomacho cal'o ꝯuertit in fumositatē in frigido ad acetosum ꝛ sic nō nutrit: sꝫ corpus aggrauat ꝛ virtutē ledit naturalē. Si igit lac corrūpi nō cōsueuit in stomacho suo qd̄ scies ex eructuationibus oportet vt sugatur ex mamillis priusq̄ alteret ab aere cōtinente. Quod si fieri nō est possibile detur ilico cū mulsū fuerit cū modico zuccari si stomachus sit calidus vel modico mellis si stomachus sit frigidus: neq̄ cōueniens est in hoc oē genus lactis: immo precipuū oīb⁹ est lac mulieris propter omogeneitatem sui ad nostrum corpus: et post hoc lac asine: quoniā omniū est subtilissimum ꝛ minime caseat in stomacho et post hoc lac capre paste ex herbis frigidis humidis et bono feno et post hoc vacce et post hoc lac ouium. Sed oportet vt ipsius pars superior tunicosa separetur cū coclear; postq̄ per vnam horā constiterit: vel oportet vt ipsum cum ferro vel lapide ignito donec acescat aliquantum vstuletur et partes eius butirose consumantur que sunt in eo plurime facilis inflammationis et cum huiusmodi balneo et sorbitione lactis alternatim regatur per tres dies sine oīm cibo alio donec virtus confortetur: tunc nanq̄ ad cibos alios gradatim transferatur. Si vero non sit consuetus in vsu lactis: neq̄ stomachus in ipso delectetur. sorbeat post balneū loco lactis ex iuribus edorum vel pullorum coctis cum portulacis lactucis cucurbi. vel similibus: vel sumat ex pultibus ordei vel farris vel auene conditis cum lacte amigdalarum dulcium et penidijs: vel sumat micā panis lotā bis vel ter in aqua frigida. Et opꝫ vt oīs cib⁹ eoꝝ sit actu frigidus cū administrat. Et cū post dies aliquos p huiusmodi confortatus sit: nutriatur cancris fluuiali

bus vel piscib⁹ petrosis assis supra prunas
vel elixis cōditis cum vino granatorum donec
ad vsum carniū pcesserit edorū agnorum et
pullorum. ¶ Ex fructibus vtat̃ pomis sapi
dis ⁊ piris ⁊ citonijs assis ⁊ pineis ⁊ amig/
dalis dulcib⁹ et auellanis mundatis ⁊ nutri
tis per noctē in lacte dulci ⁊ sic cū balneis ⁊
vnctionib⁹ ⁊ sorbitionibus p̃dictis alterna/
tim factis oī die naturali bis vel ter regatur
tēpore longo donec fe.extinguat̃ ⁊ corp⁹ re/
sumatur. Tūc caueat oīno a coitu ira ⁊ labo
re.sed gaudeat solatijs ⁊ tripudijs ocio ⁊ q̇e
te et somno plurimo ppꝯsse. Si xͦo calor fe.
intensus fuerit quēadmodum accidit in spe
cie secunda:epitbimet̃ pectus ⁊ cor cum pe
tijs lineis infusis in aqua in qua dissolut⁹ sit
puluis ro. ⁊ sandalorum actu frigidis vel te/
pefactis si corp⁹ ex eis rigorē senserit. Et in
hoc casu p̃cipit Rasis in almā. vt induāt ca
misias sandalatas et pprie cum exeūt a bal
neo in quib⁹ dormiāt tempore longo. Et vn
gatur pect⁹ ⁊ spina tota cum vnguento isto
actu frigido. ℞. populei. ℥. ij. olei viol. olei
ros. salicis olei nenuphar. aā. ℥. ß. muscilla/
ginis draganti muscillagiñ. seminis citonio
rum ⁊ malue. aā. ʒ. ij. cere albe. ℥. ij. cōfician
tur oīa simul in forma vnguēti: qm̄ consum
ptionē corporis pbibet excellenter. Et alte
netur in ei⁹ medicinis cāphora qm̄ licet sit
frigida vehemēter exiccat. Hec est ergo me/
thodus fe. ethice ratione sui. Unde sequunt̃
ipsam qñq₃ accidentia que curam ad se tra
hunt ⁊ sunt sitis vehemens fluxus ventris ⁊
stipticitas. Ad sitim igitur extinguēdam vta
tur ante cibū per duas horas trocis. de cam
phora dictis ca. de ptisi. Et fiant oīa dicta
ca. de ptisi. ¶ Ad fluxum ventris vtatur tro/
ciscis de karabe dictis ibidem: ⁊ in hoc casu
precipuū est lac vstulatū ⁊ pultes ex eo facti
cum riso vel farre vel auena: qm̄ stipticat et
nutrit ⁊ alterat ⁊ confortat. ¶ Ad stipticita/
tem ventris vtatur prunis cerasis vuis ma/
turis ficubus ante cibū ⁊ si necesse fuerit le/
niatur cū suppositorio ex penidijs vel sapo
ne vel lardo vel cū aqua dulci calida in qua
dissoluta fuerit manna cassiafistula tama/
rindi. Sed nequaq̄ pcedatur ad acuta quo
niam febrem inflāmarent ⁊ virtutem deijce
rent. ¶ Extat preterea febris ethica ple/
runq₃ cum putrida vel egritudine alia com
plicata quā sequitur ipsa remanēte: et tunc
fiet cognitionis atq₃ curationis difficilio/
ris ppter intensionē et multitudinē ⁊ virtu/
tis oppressionem. Oportet igitur vt dicta in
hoc casu et dicta in sequētibus capitulis vbi
de febre putrida loquemur debite misceant̃.
Ita vt si fe. ethica dominari cognoscatur ex
corporis arefactione plurima magis insista
mus alteratiuisq₃ euacuatiuis. Si xͦo fe. pu
trida dñari cognoscatur ex vrine cōfusione
et corporis plectoria magis euacuationib⁹
insistamus: in neutra tamē neutrā partium
negligamus sed vtrisq₃ gradatim parum
post parū intēdam⁹: qꝺ vt meli⁹ fieri possit
virtutem cōfortem⁹ cū cibis sufficientib⁹ ap
propriatis ne deficiat in via. Et in hoc ca/
su penit⁹ alienādus est lactis ⁊ aque frigide
vsus: qm̄ materias putridas augmentaret
postq₃ eis admisceret̃ in stōacho vel intesti
nis: sed loco ipsi⁹ ptisana collata capiat̃ vel
iulep vel mellicratum₃ prout materia calida
vel frigida postulauerit.

Emperica.

Electuariū re
stauratiuum
quo corp⁹ ethi
cum impiguat̃ ⁊ infrigidat̃ sic fit. ℞. succi li/
quir. draga gāti gūmi arabici ros. san. al. et
rub. aā. ʒ. ij. se. portulace semis papaueris al.
seim cōmuniū frigidorum mūdatorum seis mal/
uarū seis bōbacis excorticati seis citoniorū.
aā. ʒ. iiij. spodij reubarbari berberis. aā. ʒ. iij
penid. amili. ordei depilati pinearum amigda
larū dulciū auellanarū excorticatarū. aā. ℥.
ß. zuccari albissimi. lib. iij. Et sunt q̇ addunt
lactis papaueris ⁊ vini granatorum. ℥. ij. ppt̃
infrigidationē. ⁊ sunt qui addūt succi cācro
rum fluuialiū elixorum in aqua dulci ⁊ post cō
tusorum in mortario ⁊ expssorum: vel succi tor
tucarum vel succi limaciarū vel succi pullorum
vel edorū vel agnorum lib. ß. ppter resumptio
nē. Et fiat ex oībus electuariū durū vel con
fectio mollis vel zuccarū ros. ꝑut egri desi/
deriū postulauerit ⁊ pōt addi aliq̇d ex spēb⁹
dulcibus nō acutis sicut sunt cinamomum
gar. spica propter aromatizationē de quo su
mat patiēs p⁹ exitū cibi a stōacho ⁊ añ bal
neū ⁊ bibat p⁹ ipsam aquā zuccari frigidā vl̃
aquā purā. Electuariū ad restrigēdū ⁊ ifri
gidādū fit ex hmōi mixtura. ℞. zuccari ro. si
vēter sit fluid⁹ vl̃ zuccari viol. si sit stipticus

diadragãti tria sanð.añ.p.ƀ.electuariuȝ du cis quartã par.illi⁹ si stõach⁹ sit debilis in di gerendo addunt aliqui.

Canones.

Rationabilr dubitatur vtrũ in cura feb.ethice debeat balneũ añcedere cibũ vel ecõuerso videtur ꝙ sic auctoritate Gal.vij.ꝛ.x.de ingenio sanitatis.quē in methodo sum⁹ assecuti sũt: rõ suffragatur ꝙ balneuȝ antecedat: qm̃ si cib⁹ antecederet balneũ rapet crudus ad mẽbra. Sed hui⁹ cõtrariũ videtur: qr cũ cibus restauret: balneũ ỽo inaniat ꝛ corpus ethicum restaurãtiõe sola indigeat nõ euacuatiõe videtur ꝙ cibus sit balneo pmittẽdus. Dicendũ aũt videtur ꝙ qõlibet põt cuilibet añferri: vt est ð mẽte Aui.iiij.cañ.fen.j. Verũtñ in hoc accidit distinctio: qm̃ in hoc corpe necessaria est restauratio:silr ꝛ alteratio. Si igitur medicus intẽderet restaurationi: vtpote si corp⁹ sit cõsumptũ ꝛ virt⁹ debilitata cõuenit vt cibus pmittatur. Si ỽo intẽderit alterationi: vtpote si febris sit intẽsa ꝛ multũ pcesserit: ita tñ vt virtus adhuc tolerare possit cõueniens fit vt balneũ pmittatur. ¶ Sciẽdũ tñ ꝙ cib⁹ q̃ põt p cedere balneuȝ nõ est quicũꝗ neꝗ qñcunꝗ offerẽdus: sȝ dȝ esse modic⁹ q̃titate ꝛ facilis digestiõis ex sua substãtia ꝛ q̃litate: velut est lac recẽs vel succus ptisane vl ius carniũ laudabiliũ: scȝ pulloꝝ ꝛ edoꝝ. Et dȝ offerri per tres vel q̃tuor horas ante balneuȝ vt pfecte digeratur: neꝗ crudus virtute balnei ad membra capiatur. Ex q̃bus appere põt ꝙ corpus ethicũ põt trib⁹ vicib⁹ cibari in die naturali ꝛ vicib⁹ totidẽ balneari: sed non plurib⁹ si rõnabilr pcedatur: scȝ pma in aurora: scða i vesperis: ꝛ tertia in media nocte. Ita tñ ꝙ hee hore ãticipẽtur ꝛ retardentur ſm elõgationeȝ diei sup noctẽ in estate vl ecõuerso in hyeme Dicit pterea gal.x.de inge.sanitatis.ꝙ magis opȝ esse tps humectãdi ꝙ̃ infrigidãdi p pter frigiditatẽ esse q̃litatẽ actiuã valde: q̃re medic⁹ itẽdat ꝛ extẽdat multũ humectatiua sup infrigidatiua cũ ỽtute. Subdit ibidẽ ꝙ lȝ oĩs cib⁹ ꝛ pot⁹ ꝛ aer cõtinẽs corpa ethicoꝝ sit actu frigid⁹ offerẽd⁹: nõ tñ opȝ vt sit frigidus vltimate velut est aqua frigida: qm̃ et si febrili dispõni pferat mẽbra destruit nutritiua. Aqua nãꝗ si frigida potetur ꝛ i stomacho remãserit frigida tpe longo digestionẽ phibet: ventositatẽ eleuat ꝛ trãsire moratur p meseraicas ad epar: vt ait Ypo. iij.regimis acutoꝝ. Est tñ cuȝ aqua frigida potata ilico inflãmatur ꝛ febrẽ accẽdit: ꝛ qñꝗ fluxũ ventris: ꝛ pprie in ventre cholerizãte. Sit igitur aqua ipsoꝝ silr ꝛ potus aliȷ̃ ꝛ cibi tẽperati cũ vergentia ad frigidũ: qr ꝛ alterãt actu ꝛ virtute: neꝗ conuenit vt sint tepidi: qm̃ tepida sunt facile vomitiua.

Pronosticatio.

Prima spẽs ethice facile curatur: sed difficile cognoscitur. scða spẽs facile cognoscitur: sed difficile curatur. tertia spẽs est cognitionis manifeste: sed curationis impossibilis oĩquaꝗ. Itẽ ethica febris maxie accidit infra annũ.xviij. ꝛ.xxxv.qm̃ est tps feruoris: quare in ea corp⁹ cito marasmatur ꝛ moritur. Ante ỽo hãc etatẽ ꝛ post qñꝗ curatur facile vel palliatur tpe longo: ꝛ pprie in mulierib⁹ ꝛ sanguineis ꝛ flegmaticis p naturã. vñ Ypo. v.pti. amph. Ptisis fit maxime etatib⁹ a.xviij. annis ꝛc. Itẽ fe. ethica vt plurimuȝ interficit in autũno: qm̃ est siccum tps inordinatũ ꝛ pcessit estas calida resolutiua humiditatũ naturaliũ influentiũ ꝛ radicaliũ. vnde Ypo.iij.p.amph. Autũnus ptisicis malũ. Itẽ si cepit appetit⁹ psterni: crura islari: vẽter influere: capilli cadere: cutis arescere siue aresieri: ita vt splẽdeat velut pgamenuȝ in quo nõ apparẽt ruge oĩno ppinqu⁹ erit morti. vñ Ypo.v.p.ãph. A ptisi habito dyarria supueniẽs mortale. Itẽ solicitudo in pnosticatione ethimologiarũ: qm̃ moriẽdo loquũtur: ꝛ loquẽdo moriuntur. Iteȝ fe.ethica facili⁹ accẽdit in corpe cholico p naturã vel sexũ vel etatẽ ꝛ facili⁹ curatur: ꝛ difficili⁹ curatur ꝛ accẽditur in flatico. In corpe vero sanguineo vl melãcholico medio modo se hȝ vt patet.ij.p.amph. In morbis min⁹ piclitãtur egrotãtes. Itẽ fe.ethica si fuerit cõplicata cũ fe.putrida ꝛ egritudine alia quacũꝗ difficilioris est curationis ꝙ̃ si sola preter ꝙ cum yposarcha.

¶ De ethica senectutis. Cap.iiij.



Ec egritudo nõ est fe.sed propter silitudinẽ noĩs ad fe.ethicã: silr ꝛ dispositiõis q̃ cõsistit in extenuatione: psumptione: ꝛ arefactiõe corporis ab Aui.

sub sermone fe. ethice collocat. Est aũt ethica senectutis mala cõplexio frigida sicca dominãs sup cor ꝛ corp⁹ totũ ex qua fit habitudo macra rugosa cũ colore pallido vel plumbeo velut in corpib⁹ senũ accidit p naturã: ppter qđ ꝛ ethica senectutis dr. Fit autez hec passio aut p se incipiendo ꝛ hoc vt raro: aut cõsequendo egritudines alias: ꝛ hoc vt plurimum. Et cuz fit per se incipiendo fit propter frigiditatem corporis naturalem ꝛ epatis siccitatez. Hec nãq duo mẽbra principalia sunt fons ꝛ origo duaruz qualitatũ principalium quibus virt⁹ naturalis pficit ꝛ vita conseruat. Cor quidẽ caliditatis: epar humiditatis: velut accidit ppꝛie in corporibus melancholicis p naturã vel etatẽ vel sollicitudinez perdurantẽ. Et sicut accidit illi symee de qua loquitur Gal. v. de interioribus. q sine causa manifesta extenuabatur quacũq die donec ꝛ moreretur: quam dum pcepisset anathomizari nihil humiditatis reperit in capsula cordis. Et ex hoc cognouit quomodo cor ppꝛia humiditate priuatuz quã sibi natura tribuit ne ppter motum assiduum ꝛ calorẽ spirituuz consumeret: deficit necessario in sua substantia ꝛ opatione. Cuz autez fit consequẽdo fit ppter debilitatem stomachi ꝛ intestinoꝝ ꝛ meseraicaruz assiduã perdurantem: qm̃ scꝫ super eadem dñatur humiditas cruda extranea ppter indigestionẽ ꝛ crapulam pdurantez: velut accidit pueris post vsum fructuuz plurimoꝝ ꝛ adultis ꝛ senibus habẽtibus naturalr̃ vel ex tempore virtutem stomachi defectaz. Signa ethice senectutis in cõi sunt habitudo macra pdurans assidue cuz colore fedo ꝛ debilitatione virtutis quaq die preter solitũ manifesta. Et est qñq cum appetitu sufficienti: qñq ṽo cum pstratiõe appetitus: ꝛ propꝛie cũ stomachi frigiditas ꝛ virtutis eius debilitas cũ humoris multitudine vltimant. Signa aũt distinctiua p se incipiendi vel aliud cõsequẽdi trahunt ex narratiõe patiẽtis sup debilitatem stomachi digestionis vel ei⁹ priuatione ꝛ antecessione egritudinum cronicaꝝ: sicut de fe. quotidiana ꝛ quartana ꝛ similia.

Methodus. Intẽtio curatiõis huius egritudinis duobus perficit. s. humectatione ꝛ calefactione: ꝛ hec propꝛie sunt cum balneis cibis ꝛ vnguentis: quare curat oino cura feb. ethice preter q opus est calefactiuis. In auroꝛa igit post somnuz ꝛ digestionẽ completã ꝛ stercoris euacuationem: balneet in aqua dulci tepida in qua cocta sint malua althea arthemisia calamentũ balsamita vel in qua cocta sint capita ꝛ pedes edoꝛuz ꝛ agnoꝝ ꝛ arietũ pinguiũ in qua fricent lenter cuz farina fabaruz excoꝛticataruz vel furfuris sine moꝛa in ipso: qm̃ duz mẽbra rubere ceperint atq dilatari ex nutrimẽto attracto p balneũ ꝛ fricationẽ ilico cessandũ est: ne forte balnei vel fricationis supfluitas poros dilatarent ꝛ corpus inanirẽt. Tunc igit inungat pectus ꝛ spina tota cuz dyalthea mixta cũ modico populeon vel cũ oleo nardino vel butiro recẽti sine sale: ꝛ post vnctionẽ fundat sup corp⁹ totum aqua dulcis tempata vel frigida si ex ea nõ senserit horrorẽ. Et ponat i lecto molli in quo pannis mollibus vndiq coopertus dormiat ꝛ quiescat sine sudore. Preterea ṽo parump exerceret sub aere tempato donec calor naturalis sit̃r ꝛ appetit⁹ excitent: ꝛ tũc comedat ex cibis facilis digestiõis calefaciẽtibus moderate: sicut sunt iura pulloꝝ ꝛ edorum ꝛ agnoꝝ annaliuz inspissata cũ vitellis ouoꝝ ꝛ cõdita cuz zinzibere cinamomo croco cardamomo: ꝛ sicut sunt oua sorbilia ꝛ pisces petrosi recẽtes assi vel elixi cõditi cũ spẽbus aromaticis nõ acutis. Et sicut sunt hucelle panis de simila cõdita cũ butiro: nec cibum vna vice multiplicet donec digestio stomachi pfortet. Postq̃ aũt cibus talis digestus fuerit qđ est apud horã vesperoꝝ redeat ad balneuz supradictuz. Et sic regat p plurimos dies cum balneis ꝛ vnctionibus ꝛ cibationibus alternatis bis vel ter quacunq die naturali: donec corpus pfecte resumat ꝛ dispositio pmutet: quẽadmodũ plene scripsim⁹ ca. de cura fe. ethice. Qđ si stomachus ꝛ vrina fuerint humoribus crudis repleta digerant statim a principio ꝛ educant: prout docuim⁹ caplo de sto. debilitate. Et post hoc perueniat ad balneationẽ supradictã. Et cũ ad sanitatem redierit debitã vel psuetã abstineat a coitu vel labore supfluo ꝛ vigilijs ꝛ ira ꝛ sollicitudine ppósse. Gaudeat ocio tripudijs ꝛ qete: exerciteretur omni die gradatim ante cibum incipiendo motũ a debili tendendo ad

fortem redeundo ad debilē. Sed post cibuȝ exercitari nō cōuenit oino aut parū per: vt. s. cibus ad fundum stomachi descendat pter ꝙ ad eius latera cōquassef. Ex fructib⁹ vtaṫ pineis mūdatis ⁊ amigdalis dulcib⁹ ⁊ auellanis ⁊ fisticis ⁊ ficubus ⁊ vuis maturis. Et qñq̄ si vēter restrict⁹ fuerit: sumat ante cibū ex prunis cerasis: sed eoꝝ vsum deuitet assiduū: lentaṫ qñq̄ cū cassia fi. tamarindo. manna: sed nō cum acutis.

Emperica.

Regimē istiꝰ egritudinis ē regimē impinguationis corpis macri frigidi debilis melici per naturā. Hoc aūt regimē maxime complet cū cibis ⁊ medicinis sanguinē ⁊ spma multiplicantib⁹: vt sunt pisces laudabiles ⁊ dyasatyrion ⁊ dyābos: q̄re dicta ca. de defectione coitus. ⁊ q̄ dicenṫ ca. de igrossatiōe corpis macri. sublimiṫ suffraganṫ. Ex cibis pterea multū ⁊ subito nutriētib⁹ est lac butirosum recenter mulsum q̄le est vaccinū vel ouinū: queadmodū ⁊ lac nō butirosum in cura fe. ethice cōmedaṫ: velut ē lac muliebre vl' asininū l' caprinū. Opȝ aūt vt q̄ ex lacte nutriṫ ⁊ impinguari voluerit sit ī ipo cōsuet⁹ ⁊ ī ipo stomachus ⁊ os egri delecteṫ: qd̄ si nō fuerit corrūpeṫ in stomacho calo quidē ad fumosū ⁊ frigido ad acetosuȝ: quare nō nutriet: sed eructationes ⁊ angustias inducet. Ars autē lac conseruandi ne corrūpaṫ extra stomachū vel in stomacho hec est vt sugaṫ a mamillis qd̄ si abominabl'e fuerit: sorbeat ilico cū mulsum. fuerit p se vel cū mica panis de simila p̄ter ꝙ ali⁹ cibus oino ei nō misceaṫ: nisi forte stomach⁹ fuerit choleric⁹ tūc ꝯuenit vt aliq̄d zuccari tabarzeth misceaṫ: vel flegmaticus: tūc ꝯuenit vt aliq̄d mellis purissimi misceaṫ. Si ꝟo lac recēs haberi nō sit possibile poterit hoc mō p horas sex vel circa id in bonitate sua cōseruari: videlȝ vt ilico cū mulsuȝ fuerit ponaṫ in vase suo ligneo bn̄ obturato in aqua calida temperata: quoniam natura lem facit calorem remanere.

Canones.

In cura huius egritudis tēpus calefaciēdi breue: tps ꝟo humectādi lōguȝ valde qd̄ est: qm̄ hūiditas ē q̄litas tarde iprimēs i corp⁹ ⁊ sic citatē deuincēs: ppṫ qd̄ ait gal. vij. de ti.ge. sanitat. ꝙ facil⁹ ē hūidū exiccare q̄ siccum hūectare: verū cuȝ caliditas fortis exiccet: cōuenit hūc patiētē abstinere a reb⁹ acutis: vt sunt pip alliu sinap. Silr ⁊ ab acrumib⁹ vt acetū ⁊ agresta succus berberis ⁊ a cibis valde salitis vel fumigatis: nisi forte qñq̄ ex eis parū gustauerit ad ꝓuocationē appetitus: sed nutriaṫ reb⁹ dulcib⁹ aromatizātib⁹ facilis digōnis: sicut est vinū rubeū dulce clarū: Silr ⁊ claretū: qm̄ solū dulce nutrit vel ppurum vel predn̄ans in mixto: vt ait gal. iij. de simpl. medicinis. Sciēdū pterea ꝙ cū ethica senectutis nō sit aliud q̄ defectio ꝟtutis nutritiue: necessariū ē vt in ei⁹ cura rectificationi ⁊ ꝯfortatiōi. mēbroꝝ naturaliū insistamus: ⁊ ꝓprie circa stomachū ⁊ epar cum vnguētis ⁊ emplis calidis stipticis aromaticis: que suis capi. tractauimus proposse.

Pronosticatio.

Ethica senectutis maxime accidit āte. xviij. annū ⁊ post. xxxv. ānū mō q̄si ꝯtrario fe. ethice: qd̄ est qm̄ āte tps. xviij. anoꝝ est humidū radicale adhuc plurimū cui nōdū accidit diminutio de qua curādū sit: q̄re calidū naturale remanet oppssum ad qd̄ deseruit plurimū humidū influēs nutrimētale: ⁊ ꝓprie in pueris gulosis. Sed post tps. xxxv. annoꝝ qd̄ est termin⁹ pfectiōis ⁊ ꝯsistētie diminuiṫ humidū radicale atq̄ depasciṫ a calore: q̄re deficiēte pabulo deficit ⁊ calor naturalis. Itē hec egritudo maxime accidit corpib⁹ melicis p naturā vel regimē vel etatē ⁊ qñq̄ flaticis. Itē hec egritudo vt plimuȝ succedere cōsueuit egritudinib⁹ cronicis apud declinationē: qm̄ tūc est in eis san. modic⁹ ⁊ calor naturalis defect⁹ ex egritudine p̄cedēti: q̄re sagaciter succurraṫ. Itē ethica senectutis est tardioris terminatiōis ad mortē citioris ꝟo ad salutem: cui⁹ ꝯtrariū in fe. ethi. repiṫ. Sunt ei⁹ p̄terea tres spēs siue grad⁹: queadmodū ⁊ fe. ethice. q̄rū p̄ma est facile curabilis: sȝ difficile cognoscibilis. scd'a ꝟo ecōuerso. tertia aūt nullis latet cognitionē sȝ nequaq̄ recipit curationem: queadmodū neq̄ sensuȝ naturale: neq̄ ꝺr̄nt ij grad⁹ nisi ꝺm magis ⁊ min⁹ vel antiqui⁹ ⁊ recētius. vn̄ Ipo. ij. p. amph. Que ex multo tpe extenuātur corpora tarde reuerti consueuerunt.

¶ De cura fe. putride. Caplm. v.



Jcet ois fe. p naturā rei sit caloꝛ
putredinalis ⁊ oino calori natu
rali ɔtrꝰ: vt ostēdimꝰ ca. de diffi.
feb. verūtñ apud medicos illa
fe. ppꝛie dꝛ putrida: cuiꝰ calefa/
ctū esse est in humoꝛibꝰ. calefieri vo in spiriti
bus ac mēbꝛis q̄ ⁊ fe. hūoꝛalis nūcupat. Ad
sciam aūt pfectā nois ⁊ diffinitiōis fe. putri.
dicamꝰ: qm̄ ista. iiij. hñt se p ordinē: vt dicit
gal. xi. de inge. sani. Primo nāq̄ humoꝛalis
materia collecta ex cibis ⁊ potibꝰ supfluis in
coꝛpe replet ipm̄ ſm vasa sui q̄ntitate ⁊ ag/
grauat ſm virtutē sui q̄litate. Deiñ vo talis
repletio ⁊ grauitas poros cutis ⁊ oꝛa venaꝝ
capillarium opillat. tertia vo talis opillatio
trāspirationē ⁊ euētationē caloꝛis naturalis
phibet. q̄rta aūt caloꝛ naturalis hūoꝛis ex h̄
ebullit neq̄ regulat a natura q̄re fumuꝫ ca/
pꝛinosum a cētro eleuat ad circūferentiā ve/
lut accidit in stercoꝛibꝰ ⁊ alijs rebꝰ cuꝫ putre
scūt: qm̄ pueniēs coꝛporalr ad coꝛ ipm̄ inflā
mat vltra sui debitū. Deinde pcedēs ab ipo
p venas ⁊ arterias i corpus vniuersuꝫ febꝛē
putridā inducit. ¶ Cā igit feb. putride tri/
plex est. s. pꝛimitiua añs ⁊ ɔiūcta: que ⁊ sunt
cause oim moꝛboꝛuꝫ: neq̄ sunt plures alie.
¶ Primitiua q̄dē est cā extrinseca veluti estꝰ
solis carētia exercitij vel balnei vel euacuatio
nis cōsuete. Silr ⁊ añcessio crapule pduran
tis ⁊ ppꝛie ex rebꝰ facile putrescētibꝰ vt sunt
lac ⁊ fructꝰ olera ⁊ pisces. Et sicut est motus
inoꝛdinatꝰ sup cibuꝫ ⁊ assumptio vini plimi
vel cōfectionū calidaꝝ fumosarū post cibuꝫ.
¶ Antecedens vo est cā intrinseca mediata
cunq̄ facta fuerit imediata vocabit ɔiūcta
cā, verbi grā. humoꝛ vel cibꝰ supfluus aptus
putrescere donec ⁊ iam putrescat. ¶ Ad cō
pletū igitur intellectū fe. putride ⁊ suarum
specierū: dicamus q̄ ſm Gal. pmo de diffe
rentijs febꝛiū. Differentie multipliciter re/
quirūtur. ¶ Prima quidē ex materia ⁊ hec
est melioꝛ illarū distinctio: qm̄ aut est hūoꝛ
simplex: aut mixtꝰ: ⁊ siquidē simplex sic fient
quattuoꝛ species. Pria ex sanguie. Scda ex
cholera. Tertia ex flegmate. Quarta ex me
lancholia. ¶ Si vo cōmixtus sic fiunt diuer
se species q̄ calamo scribi nō possunt nisi in
genere prout dicimus ca. de cura febꝛiū pu/
tridarū ⁊ cōpositarū. ¶ Scda diuisio fe. pu
tride est ex foꝛma afflictionis: qm̄ aut eiꝰ ma
teria est intra venas ⁊ arterias ⁊ sic fit fe. cō
tinua q̄ semp affligit: aut est extra venas et
sic fit feb. interposita q̄ qꝛ certis piodis fluit
ad minerā putredinis idcirco quietem inter
ponit. ¶ Tertia vo diuisio ipsarū q̄ est ma/
xime necessaria cognosci a medico ipam cu/
rare volenti est ex qualitate materie ⁊ mō
cursus eiꝰ in pugna cōtra naturā que est: qm̄
materia aut est acuta calida: ⁊ sic feb. facit
acutam: aut frigida grossa ⁊ sic febꝛem facit
cronicā: aut medio modo ⁊ sic fe. facit tropi
cam seu cōuersiuā. Hanc aūt ppoſſe pertra
ctabimus caplo de significatione fe. an ter
minanda sit per crisim vel sine crisi: quoniā
nō est possibile ipsaꝫ pfecte intelligere sine
crisis cognitione. ¶ Signa fe. putride cōia
que nō faciunt errare cū simul fuerint sunt h̄
pulsus velocioꝛ ⁊ frequētioꝛ debito vel cōsue
to in quo sistoles maioꝛ est q̄ dyastoles pro
pter minoꝛē necessitatē expellendi fumū cap
nosum q̄ euacuandū calidū: silr ⁊ anhelitꝰ
inoꝛdinatus ⁊ vꝛina rubea cōfusa in q̄ nō ap
paret digō statim a pncipio vel parū appa/
ret ⁊ ppꝛie cū materia fuerit pauca. Vbi grā
et virtus foꝛtis cuꝫ regimine bono ⁊ tactus
quidē coꝛpis apud manū medici sentit cali/
dus moꝛdax acutus vapoꝛosus ⁊ pmutatio
lingue ad sapoꝛes alienos sine cā manifesta
cū siti ⁊ fastidio ⁊ anxietate plurima ⁊ lassi/
tudine mēbꝛoꝝ coꝛpis totius ⁊ pmutatione
somni ⁊ vigiliarū in oꝛdinē nō cōsuetū ⁊ do
loꝛe capitis pulsatio ⁊ fetoꝛ exeūtium plus
debito q̄ cōsueto. ¶ Signa distinctiua fe. pu
tride an sit cōtinua vel interposita non pñt
trahi nisi ex plus apparentibus: quoniaꝫ in
pꝛincipio omnis feb. putride sentit patiens
hoꝛripilationē ⁊ rigoꝛē: hec tamē est in fe. cō
tinua pꝛopter reuocationem caloꝛis natura
lis ad interioꝛa pꝛopter sensationē nocumen
ti. Sed in fe. interpollata ppter sparsionem
materie nondū putrescentis: apte tñ putre/
scere super membꝛa sensitiua musculosa que
sunt in ambitu totius coꝛpoꝛis. Similr ⁊ in
declinationibus eoꝛum fit vt plurimū sudoꝛ
exuberās durꝰ vapoꝛosus vel alia euacua
tio sensibilis manifesta: nisi foꝛtassis mate/
ria sit pauca ⁊ benigna ⁊ virtus foꝛtis in/
sensibiliter ipsam resoluens: quare opoꝛtet
vt talis distinctionis signum capiatur ex

afflictiõe fe. vbi gratia. Si desint aliqua bo rarũ in infebricitatione et quietẽ pfectaz ve erit interpollata. Si vo nunq̃ pfecte desit eius afflictio: lz exacerbet magis vna horaz diei q̃ altera vendicet fe. cõtinua pportionabilis. Q̃ si oi tpe equalr affligat velut fino cha dr fe. cõtinua nulli interpollate fe. interposita pportionata pprijs differemus.

Methodus. Cura feb. putridaruz in generali duob' pficit instrumẽtis: dieta videlz et medicina. Opatio nãq3 manualis ad ipsarũ curã nõ ptinet: nisi cũ fuerit cũ apate: de qb' nos iã expediuim' li. s. verũtñ de his duobus instrumẽtis actores medicine et maxime Ypo. et gal. canones scripserũt vtiles atq3 necessarios diuersos. Nos vt eoz dicta breuiter pstringam' nihil vtiliũ ptermittentes pposse tractem' q̃stiones. Prima quarũ est de dieta q̃lis. s. et qua hora diei vel morbi sit auferẽda a medico methodũ obseruãti. Ad qd videt rñdendũ q canõ pfect' de modo cibationis in fe. putrid. q̃buscũq3 tã ptinuis q̃ interpollatis cõplectẽs oẽs regulas actoz gñales hz septẽ ptes. Prima quarũ est q in nulli' feb. paroxismo seu exacerbatiõe dãd' est cib': neq3 ilico ante ipm: neq3 ilico post ipm: nisi fortassis accidẽs aliqd magnũ timorosum ad hoc necessitauerit. verbi grã. Sincopis q cõsueuit q̃busdã accidere vel defectio in principio paroxismi vel augmẽto: vel statu vel declinatione: nõ solũ pter inanitionẽ: sed pter feb. molestiã: quare tũc q̃libet horarũ cib' erit offerẽdus. Et adhuc magis si sit pter inanitionẽ. Hic cib' opz vt sit paucus facile transmutabilis habẽs virtutẽ alterãdi atq3 cõfortãdi potentẽ: sicut est mica panis pluries lota in aq̃ frigida vel vino albo claro pontico limphato. Et si sic est intẽtio vomẽdi in paroxismis fe. iterpollatarũ de cibo. vel flate: qm̃ in eis facilior fiet vomit' si cibus offerat. Et hãc partẽ can. tradidit nobis Ypo. p. s. aph. cũ dicit in paroxismis subtrahere opz: apponere enĩ lesio est. qd Gal. ptractãs ibidẽ in cõmento ait. Qm̃ duz cibus subtrahit calor totalr sup materiã morbi puertit et paroxismum abbreuiat bono fine. Scda ps can. est q magis debem' eligere vicinitati declinationis paroxismi vel exacerbatiõis si opz q̃ principio q3 calor naturalis minus impedit facta pugna q̃ ante pugnã: pter qd ait Ypo. primo reg. acutoz. Dãd' est cib' postq̃ calor in calcaneũ declinauerit. i. postq̃ calor fe. expasus fuerit pfecte a cẽtro cordis ad circũferentiã oĩquaq3: sicut fit in declinationib' oĩm fe. et paroxismoz. Tertia ps est lz principiũ paroxismi debeat magis fugi q̃ declinatio regularis: est tñ in casu qñq3 necesse fieri si molestẽt accidẽtia: vtpote sui capitis vel debilitas plurima: nõ tñ facta pter inanitionez: sed pter fe. molestiã supuenire cõsueuerũt in declinatiõe: qm̃ vlr in oi fe. hora puentior et trãquillior est eligẽda. Aliter nãq3 nõ digereret: sed corrũperet et maliciã feb. augmẽtaret. Quarta ps est q hora crisis et p totuz statũ donec tota crisis cõpleat in fe. habẽtib' verã crisim est tenuissima dieta vtẽdũ. vñ Ypo. Qñ egritudo est in statu tenuissima dieta oportet vti. Tenuissima autem dieta vt dicit Gal. in commento illius amph. s. p. Tenues et certe diete. psistit in oino nihil dãdo de cibo: istud tñ fallit qñq3 in casu verbi grã. Si accidẽtia cretica fuerit malitiosa virtutẽ deijciẽtia: tũc nãq3 cib' in hora stat': immo et hora crisis nõ est denegãdus cũ virt' sit a medico a cũctis pseruãda. Sciẽdũ tñ q accidẽtia crisis duoz sunt generũ. q̃daz sunt signa crisis tm̃: sicut dolores capitis: anxietas alienatio: difficultas anhelit': et rigor et silia p q̃ nihil euacuat de materia: et ex taliuz apparitiõe et ex vtutis fatigatiõe nõ dz dari cibus apud crisim: qm̃ impediret natura. Signa nãq3 talia nõ fiũt ex vtutis defectione: sed ex pugna materie ptra malitiam morbi quã patit in ei' sepatione post digõnẽ absq3 expulsiõe subita ad exteriora. Alia vo signa sunt et cura crisis: sicut est sudor flux' nariũ: flux' vẽtris: vomit' dyarria vrine. et gñalr oia p q̃ euacuat aliq̃d de materia a corpe. Et ex tali defectione vtutis facta p aliqd istoz vel plima opz simul cibare egruz in statu vel in ipsa crisi. Ista ptereã q̃rta ps can. lz sit vera in statu fe. acute cuz determinatiõe iã dicta: nõ tñ pter hoc est va in statu oĩs fe. Fallit nãq3 in tribus casib'. Primo quidez in statu sumpto penes digestionẽ tm̃ sine difficultate accidentiũ: vt dixim' ca. de pleuresi. Scdo vo in statu q extẽdit vltra spaciũ q̃tuor diez qm̃ sicut dr primo de crisi. et sicut ptz de an-

xto in cōmēto illi⁹ ampħ.porismos ꝛ cōsistē-tias ꝛc. Status quoqꝫ durat ꝑ septē dies: sed dieta tenuissima nō oꝫ dari nisi ꝑ spaciū.iiij. vel.v.dieꝝ ad plus: ꝛ maxime in ꝓcessu morbi cum virtus est iā debilitata: vt patet per Ypo.ꝛ gal.in tota prima ꝑ.ampħ. Tertio fallit in statu quē nō sequit̄ declinatio: qꝛ morituri solis ꝓnosticis sunt relinquēdi. Quinta ps cañ.principalis est ꝙ si fe.putrida curanda sit fe.acuta simplr̄ q̄ terminat̄ in die. xiiij tunc ab hora status vsqꝫ ad finē crisis ꝛ principiū declinationis est vtenduꝫ dieta tenuissima: sed in principio ꝛ augmēto dieta absolute tenui. Si ꝟo sit fe.ꝑacuta q̄ terminat̄ in die septima dieta tenui est vtendū. Si ꝟo sit fe.ꝑacuta q̄ est in q̄rta die futura ē facere crisim: tūc a principio vsqꝫ ad finē dieta tenuissima est vtēdum. Et hāc partē cañ.tradidit nobis Ypo.j.ꝑ.ampħ.cū dicit. Quibus cōtinuus est stat⁹ ꝛ continuo ꝛ tenuiter refici ꝛc. Est autē dieta tenuissima: vt dicit Gal.ibi. Tenues ꝛ certe diete ꝛc.cū tot⁹ cibus auferf̄ aut solū mellicratū aut iulep vel succus granatoꝝ affert̄. Dieta tenuis: cū ptisana collata vel mellicratū nō aquosum offert̄. Est auteꝫ tenuis absolute cū ius pulloꝝ vel ptisana nō collata vel cib⁹ grossus in substātia: paru⁹ tñ in quātitate donat̄. Et ex ꝯtrario intellectu isti⁹ cañ.cognoscim⁹ qm̄ fe.putrida cronica vel tropica est a principio grosse dietāda ꝓut signat nobis Ypo.parti.j.ampħ.cuꝫ ait In tenuibus diebus peccant egrotantes ꝛc. In ista tñ q̄nta parte sunt cōditiones obseruāde: scꝫ cōplexio: ꝯsuetudo: etas: tp̄s anni: regio: habitudo corpis: virtus: qm̄ si oia ista aut plurima inclinēt ad cibum erit dieta minus subtiliāda.verbi gratia. Cōplexio cholerica cōsuetudo gulosa etas iuuentutis pueritie. In istis nanqꝫ casibus Ypo.cañ.nō debent obseruari. Sexta pars cañ.principalis est ꝙ si possibile fuerit: dietetur cum paroxismus vel exacerbatio feb.non prohibeat hora sanitati consueta: quoniā tunc natura magis in cibo delectatur. Septima pars est ꝙ sicut tp̄s digestionis prime cibi in stomacho non est idem apud oēs homines tempore sanitatis: vt ait Gal.cōmento illius ampho. v.parti. Si inebriatus ita neqꝫ tēpore egritudinis: ꝛ ideo tarde digerenti plus temporis reseruetur. Licet autem de hora digestionis nō possit dari certa ꝛ vniformis mensura: cōiter tamē ꝛ vt plurimū requiritur spacium decem horarū inter cibū ꝛ cibuꝫ ad minus. Canones autē ꝓprios quibuscunqꝫ fe. putridis interpollatis aut continuis acutis vel non acutis: dicemus capitulis singularū

Questio secunda est de secundo instrumēto curationis feb. putridarum qđ est medicina qua horarum egritudinis ꝯueniens sit morbi materiā euacuare ꝛ cuꝫ quali medicina: ꝛ proprie in fe.acutis: qm̄ in illis maior cadit timor. Ad quā videt̄ taliter respondendū ꝙ cōsiderādo debitum ꝓcessum artis. Et videtur ꝙ nō oꝫ euacuatio fieri digesta materia excepto solo casu furoris: quod nobis Ypo.j. par.ampħ.in primo canoñ. vbi dicit. digesta medicari ꝛ mouere nō cruda: neqꝫ in principijs nisi materia fuerit furiosa: multa vero nō sunt furiosa. Redditur aūt materia furiosa quinqꝫ modis. Primo quidem ex sui qualitate: vt si sit calida cholerica subtilis ꝛ noscitur rebellis quaꝫ sine nocumēto nō pōt expellere: vt est cholera ꝓprie ꝫinaria vel prassina. Scđo ex sui substātia quā natura phorret a forma specifica: vt melācholia adulta q̄ dū fundit̄ sup arenā ebullit ꝛ ab ea fugiunt musce. Tertio ex sui q̄titate: vt in sinocha inflatiua vel sinocho putrescēte: qꝛ timet̄ suffocatio calidi naturalis vel ruptura venarū. Quarto ꝓpter dolorē ꝓsternentē virtutē: vt in colica vel yliaca vel arthetica. Quinto ꝓpter nocumentū cadens in mēbro nobili necessario ꝑ toto: vt in squinātia ꝛ frenesi. In oibus em̄ istis euacuamus illico digestioneꝫ nullatenus expectando: verūtñ in hoc cadit distinctio nō modica que plurimū est necessaria atqꝫ vtilis medico operanti. Et est sicut dicit gal.xj.de inge.sa.ꝛ Aui.iiij.cañ.fen. j.ꝙ duplex est euacuatio.s. minoratiua ꝛ eradicatiua. Euacuatio minorationis hꝫ fieri in principio vt natura reddat̄ potentior sup residuū materie ad digerendū ꝛ expellendū. Et lꝫ principiū sit triplex.s. principiuꝫ digestionis: ꝛ principiū qđ est spaciū triū dierū: ꝛ principiū qđ est punctuꝫ indiuisibile tpis quo primū cepit eger sentire nocumētum: vt distinguit Gal.in cōmēto primi ꝓno. Intelligo tñ hic spaciū triuꝫ dieruꝫ: nisi forsitan feb.esset cronica in qua principium digestionis vlterius perdurat. Ista etiam euacuatio

minoratiua qñq; fit cū flōmia ꝓprie si sol⁹ san. peccauerit velut ɔtingit in fe. san. vel si oēs humores simul dñarint velut in qbus/ dā fe. cōpositis ꝛ erraticis. Verūtñ gal. xi. de inge. sanitatis ꝑcipit hanc euacuationē fie/ ri in oī fe. cū flōmia ꝛ ꝓprie in corpe san. iu uene carnoso. Et hoc qdruplici de cā. ꝑmo q̄dez ꝓpter ɔsuetudinē. scđo ꝓpter minorem eius timorē. tertio ꝓpt̄ ei⁹ subitū appatū. q̄rto qꝛ ꝛ si nō q̄litati cōferat: ɔfert tñ q̄ntita ti: qm̄ educit multitudinē. quare pōt fieri a principio oīs fe. pu. ɔtinue vel īterpollate: ꝛ hoc ꝓprie in corpe habente san. multitudinē preterq̄ in causone ꝛ tertiana pura: qm̄ ex ea timetur ebullitio ꝛ furor cholere ꝛ ꝓterq̄ in fe. flegmatica pura: qm̄ in ea timetur fle/ gmatis incrudatio ꝛ morbi prolongatio cū debilitate virtutis. Fit aūt euacuatio mino ratiua cū farmacia qñ alius humor solus a sanguine vel duo simul dñantur: velut acci/ dit in summo causone ꝛ tertiana pura ꝛ q̄r tana pura vel notha simpliciter. Silr̄ ꝛ fe. fl'atica pura vel non pura. Ista tñ farmacia nō debet esse quecūq; medicina sed tm̄ lenī/ tiua sicut est ea q̄ soluit lubrificando vel lu/ bricū faciendo: vt cassia fi. māna tamarindi viole pruna succus granatoꝝ dul. Non aūt q̄ soluit cōprimēdo sicut mirabolāt: qm̄ post solutionē derelinquūt stipticitatē qđ est pe riculosū in omī feb. nisi forsassis fuerit cum fluxu ventris supfluo: neq; q̄ soluit attrahē/ do sicut scamonea agaricus turbith: qm̄ ha bent virtutē venenosam q̄ virtutē membro/ rum naturaliū debilitat ꝛ fe. inflāmat ꝛ de/ struit loca sana: vt ait Auicen. caplō ꝑsenti. Verūtamen ꝛ in hoc cadit distinctio necessa ria: quoniam ꝛ si ratione ꝑdicte venenosita tis nocumenta ꝑdicta inferant: ɔsunt tamē in alio scʒ euacuando vel minorando causaʒ feb. quare eisdem cōuenit vti qñq; in princi pio fe. ꝛ ꝓprie reub. ꝛ turbith ꝛ dyagredio cum sint minus venenose tūc scʒ qñ videm⁹ q̄ plus adueniat ex eis iuuamenti q̄ nocu/ mēti. Et hec oīa plene trahunt̄ ex. i. amph. prime pti. In acutis passionibus raro et in principijs farmacijs vti ꝛ hoc prius dījudi/ cantes benefacere. Similiter et ex alio. ij. particule. Incohoantibus morbis si quid vi/ detur mouendum moue. ¶ Euacuatio vero eradicatiua habet fieri apparente digestio ne ꝑfecta: quapropter ait. Ga. xi. de ingenio san. q̄ neq; screatiua: neq; vrinatiua: neq; su dorifera: neq; secessiua donabis nisi materia apparēte prius quodāmodo digesta. ꝛ Aui cen. ꝑnti ca. dicebat. Opʒ igitur vt in princi pio des sirupū ace. siue simplicē. in augmen mento vero siue statu sirupū aceto. siue com/ positū dabis. In ista tñ euacuatiōe eradica tiua cadit distinctio ꝛ necessaria. Et est cum virtus ꝑ se suffecerit: tūc nō debet fieri per artē sed nature cōmitti in hora crisis: vt di/ cit Ipo. i. ꝑ. amph. Ea quoꝝ crisis fit aut facta est equaliter ꝛc. vel virtus sola nō suffe cerit et hoc dupliciter qꝛ vel hūc defectū pre cognoscim⁹ ante statū scʒ qꝛ scim⁹ ex debili/ tate v̄tutꝭ q̄ ip̄a motura est imꝑfecte ad cri sim apud statum: ꝛ tunc debemus euacuare in augmēto vt natura postea super residuū valeat crisim ꝑfectā fidā ꝛ cōpletā fāciām oīno eradicādo vel hūc defectū nō ꝑcognoscim⁹ ante statū sed solū ꝑcognoscim⁹ ipsum ꝑsen te crisi qđ est hora stat⁹ ꝛ ꝓprie circa finē ei⁹ ꝛ hoc regul'r: qꝛ vel certe scim⁹ mēsurā illi⁹ de fect⁹: ꝛ tunc debemus euacuare hora crisis ꝛ auxiliari nature nō tñ quōlibet sed ꝑ eandeʒ regionē cū natura. v̄bi grā. si natura cupit facere sudorē da in potu iulep calidū. ꝛ pone vesicas plenas aqua calida circa corp⁹ totū atq; ipsum pānis calidis lenib⁹ mollibus co opi ꝛ ꝑcipue vt ei⁹ astantes dirigāt anhelitū v̄sus lectū egri. si aūt cupit facere fluxū san. nariū intinge setas porcinas intra nares ꝛ emunge eas. Si v̄o vomitū pone digitū vel pēnaʒ oleo tepido inunctā intra gulaʒ ꝛ da in potu aquā tepidā cum aceto. Si v̄o fluxū ventris ilico fac suppositoriū ex sapone vel melle vel fellib⁹: vt docui cap. de stipticitate ventris. ꝑp qđ ait Ipo. i. ꝑ. amph. vnq̄uaq; repit natura ꝛc. ꝛ Aui. ca. ꝑnti. Et si natura nō mouit moue tu hora mot⁹ est vel non certe scim⁹ mēsurā illi⁹ defect⁹ hora crisꝭ ꝛ motus: ꝛ tūc debem⁹ auxiliari nature post crisim ꝛ mo tum ne fiat recidiua. quapropter ait Ipo. ij. ꝑ. amph. Que relinquunt̄ in morbis ꝛc. q̄re euacuabim⁹ post crisim hora declinationis nō qꝛ sit v̄a declinatio: qm̄ neq; v̄a crisꝭ an/ cessit; sed declinatio non v̄a. Et adhuc decli natio q̄ fit hora crisis nō dʒ fieri qñcunq; sed hora antecedentis crisis qꝛ minus infestant. Uniuersaliter tamen sciendum q̄ tutius est

atq3 meli⁹ egro ⁊ medico hāc euacuationem fieri post crisim: ⁊ cū iā apparēt opa nature diminuta manifeste ꝙ hora crisꝫ. qm̄ non est possibile nobis pfecte cognoscere implectio nez euacuatiōis hora qua fit salua cuz semp iudicio medici pronostici de crisi diminuta quā nō sequit̄ declinatio: qm̄ morituri solis pnosticis sunt relinquendi. Ex q̄bus oibus ostendit̄ ꝙ p canones euacuationis in fe. putrida supradictos nō iformant̄ de crisi pmutatiōis: id est q̄ fit p apa creticū. Verū m̄ rōnabilr̄ videt̄ dicendū ꝙ etiā in hoc casu auxiliari possum⁹ nature post hmōi crisim diminutā: ⁊ hoc q̄dē cum emplr̄is calidis attractiuis ex fermēto ⁊ cepis crudis cōfectis ⁊ cum fricationib⁹ illi⁹ mēbri: ⁊ pp̄rie si fit mēbrum ignobile vel emūctoriū doctrinā Aui. sectantes primo can̄. fen. iiij. ca. de cura apatū dicētis. ꝙ est qn̄q3 cū volum⁹ hmōi apata ⁊ ipsa q̄dā puocam⁹ si nō sunt: ⁊ augmētam⁹ si sunt sc3 cū p ea corpis mēbra intrinseca exonerabunt̄. Restat aūt hoc quoddā de euacuatōe minoratiua ptractādū qđ est qm̄ cū ipsa fit qn̄q3 possibilis fieri in eadē fe. putrida cum flōmia ⁊ farmacia vt ostēdim⁹ in predictis.

Scripsim' superius cañ. necessarios in cura feb. tertiane cuiuscunqꝫ dirigētes medicū in administratione debita cibi vel medicine cap. de feb. cura in generali. Attamen illis dictis generalr videnf duo specialia psenti capitulo apponēda. Quoꝝ primū est de hora cibationis in hac fe. Ubi sciendū put colligif ex mente auctoꝝ ⁊ pprie Aui. Cibus dꝫ offerri ante poxismū regulariter. ij. horis vel quatuor ad plus put egri virtus digerens vel cibi qntitas ⁊ qualitas postulauerint. Dico autē regulr qm est cū in principio paroxismi cibus cōpetit: tunc. s. cū vomitū intēdimus prouocare: est etiā cū in medio poxismi tūc scꝫ cū virtutē ex inanitione seu morsu cholere defectam volumus confortare. Inter hos cibos cadit differentia fm subām ⁊ qntitatem qm prius opꝫ vt sit ex oleribus vel leguminibus plurimus atqꝫ vndosus. scōs vero ex mica panis infusa in aqua frigida vel vino granatorum in qntitate valde parua. Et numerus quidē cibationū regularium inter paroxismū ⁊ poxismum est vt ter vel quater reficianf. verbi grā. Si virtus sit debilis et consuetudo crapulosa ⁊ materia feb. plīma vel non pura opꝫ vt quattuor vicibus cibus offeratur. primo quidē. iij. horis post desinētiam poxismi. deinde mō transactis decē horis dabitur secūdus. deiñ iterū. x. transactis tertius. deiñ iterū. x. transactis dabitur quartus tribus horis ante principiū poxismi cū principium poxismi sit. xij. horarū ad plus. Tempus vo quietis. xxxvj. horarū licꝫ vt plurimū tēpus poxismi apud cōiter febrientes hac fe. viij. horarū reperiaf. Et tunc inter cibationē ⁊ cibationē cadere potest spaciū. xj. horarū: ⁊ ex hoc exemplo distinguere potes horas cum cibationibus. verūtñ siue ter siue quater cib' fuerit offerend' hoc diligēter obseruādū vt cib' multū elongef a principio poxismi: qm est res conferens in cura fe. proportionalis. Declinationi vero si vicinari oporteat non erit adeo verendum: qm vt ait Hipo. primo regi. acutoꝝ. Illico post poxismū cibus dari pōt cū calor fe. ad calcaneū decli-

nauerit:⁊ hoc q̇dē est cū hora declinatiōis nondū bene trāsiuit. Scōm est speciale ad/dendū de hora euacuatiōis in hac fe. qď est vt nō detur medicina laxatiua in die paroxis/mi sed quietis ne forte mot⁹ periodi impediat motū medicine ⁊ ne virt⁹ duplici labore fati getur. Et vtile ↄsiliū videt̄ vt non fiat eua/cuatio cū mirabolanis:qm̄ soluēdo vētrē in ducūt stipticitatē:silr̄ ⁊ sodam q̄ sunt accidē tia maligna in quacūq; fe.

Pronosticatio.

Fe.tertiana v̄a nō durat vltra septē paroxis/mos imo vt plurimū infra teriat̄ prout chole ra fuit plurima vel pauca. sed tertiana nō pu/ra pōt p duos vl' tres mēses durare. Ex quo scire potes q̄ materie viscositas parū p fe. elongat q̄ ipsi⁹ multitudo q̄tūcunq;. Unde Ypo.iiij.pti.amph. Tertiana v̄a si nō iudi/catur septē periodis lōgissima est. Itē in oī fe. tertiana silr̄ ⁊ in oī fe.iterpol.si aduēt⁹ pa/roxismū anticipet a p̄ncipio breuitatē egritu/dinis significat. Si v̄o eq̄liter stet lōgitudi/nē pretēdit.vñ Ypo.iiij.pt.amph o. Quibus/cūq; exacerbatiōes fiunt si q̄ hora fe.dimise rit in crastinū eadem hora accipiat difficilis erit. Itē fe.tertiana pura ē ex tota sui spē sa lubris:nō pura v̄o timorosa. Morbi nāq; plixitas ⁊ medicinaꝝ diuersitas v̄tutē natu ralē psternūt. Itē in fe.tertiana pura p̄mus paroxismus est p̄ncipiū q̄re fit facilis. scōs aut tertius augmentū q̄re fit fortior. q̄rtus v̄o ⁊ quint⁹ est stat⁹ quare fiū: in vltimo furoris et malitie. Sed sextus ⁊ septim⁹ declinatio quare minorabunt̄ oīa accidentia gradatim q̄ si medicus a principio huius feb.p̄dixerit sapiens apparebit. Itē fe.tertiana nō pura vt plurimū cū elongat̄:cōuertit̄ in quotidia nā ⁊ fortassis ad ethicā ⁊ mortem.

¶ De febre cholerica cōtinua et causone. Caplm.viij.



Fit hec fe.ex cholera ru. putrescen te intra venas ⁊ arterias atq; va sa conclusa quapropter est de ge/nere fe.continuaꝝ acutarū quem admodū ⁊ fe.de sanguine. Est aūt duorum modoꝝ:qm̄ aut cholera putrefit in venis di stantibus a corde:vtpote q̄ sunt in ābitu cor poris totius:tūc tertiana cōtinua nūcupat̄ et absolute acuta indicat̄. Aut cholera pu/trefit in venis ppinquis cordi:vtpote q̄ sunt in pectore ⁊ pulmone epate ⁊ splene et ore stomachi:⁊ tūc causone vel causonides ap/pellat̄ ⁊ peracuta ⁊ perperacuta indicat̄. Et di/xerunt puecti in medicina q̄ vtraq; istarum fieri pōt ex flegmate salso puro vel cholere pmixto:qm̄ flegma nō fit salsum:nisi p adu/stionē plurimā ⁊ cōmixtionē cholere rubee multe. Signa tertiane ↄtinue sunt oīa signa tertiane interpollate cui extat pportionabi lis:p̄ter q̄ in ea nō accidit horripillatio neq; rigor:neq; sudor nisi cum fit crisis.calor aūt ⁊ alienatio ⁊ sitis ⁊ vigilie ⁊ lingue nigredo si milr̄ ⁊ oīa signa alia sunt in eo vehemētiora Signa causonis sunt signa eadē cū fuerit in vltio vehemētie malignātis ⁊ pulsus spissus velox diuersus inordinatus:silr̄ ⁊ anhelitus ⁊ vrina subtilis citrina vehementer vel rufa vl' liuida radiosa. Et iste q̇dē fe.sunt in acci dētib⁹ vt plurimū siles feb.de sanguine:qm̄ san.⁊ cholera sunt humores calefaciētes ve ꝝ differūt qm̄ sinocha nō excrescit aliq̄ dierū periodice cū sit fe.nō pportionata ad aliquaꝝ febriū putridarū iterpollataꝝ. Fe.v̄o chole rica fit periodice fortior de tertio die in tertiū quēadmodū ⁊ tertiana iterpollata ⁊ nō sunt cū ea rubedo faciei superflua neq; corporis re pletio plurima extēsiua cū dispōne p̄focatiua assidua velut in sanguinea. q̄ si tp̄s āni etas ⁊ cōplexio atq; regimen añs cholerica fuerint ⁊ habitudo corporis macra verior fiet tua si gnificatio ⁊c.

Methodus.

Curatio v̄ris/usq; fe. cōti nuarum de cholera est vt stati a p̄ncipio minoret̄ mā cū medicīa lenitiua q̄lis ē cassiat̄.māna tama/rind.cū i aq̄ decoctiōis prunoꝝ ⁊ viol.dissol uunt̄ qm̄ leniēdo vētrē alterāt calorē. Et nō det̄ medicīa fortis qm̄ materiā agitaret idi/gestā ⁊ frenesim iduceret pniciosam. Post h̄ v̄o p totū tp̄s p̄ncipij ⁊ augmēti donec stat⁹ accesserit ⁊ signa digōnis pfecte apparuerit in vrina qď est apud diē q̄rtū vel ad plus se/primū. Sit tota intētio tua tam in cibis q̄ medicinis ad infrigidandum ⁊ humectan/dū ⁊ pprie in causone ⁊ pprie alterā dispo sitionem febrilē digerunt materiā cum cho lere digestio fit eius ingrossatio donec redit

rit ad moderamen. Detur igitur oi die ante aurorã sirupus de prunis vel sirupus de nenuphba. vel sirup⁹ acetosus simplex vl' oxizacara ad potãdũ cũ aq̃ frigida estate: ⁊ calida hyeme. ꝙ si vẽter fuerit obediẽs quacũ die plus duab⁹ vicibus nõ fiet opus medicina laxatiua: sed extinctiua tñ adeo vt si plurimũ fluxerit ad stipticitatẽ recurrat. quas diximus cap. d fluxu vẽtris. Apud vo ortũ solis qd est post p duas horas a sumptione sirupi tribuatur in cibo pulmentũ ex farina ordei vel auene conditũ cũ aceto vel lacte papaueris albi vel lacte amigdalarũ dulciũ. Uel detur mica panis infusa in aqua frigida vel vino granatoꝝ. vel nutriat ex cucurbitis melonib⁹ lactucis portulacis malis macianis coctis ⁊ cõditis cum aceto vel succo berberis ⁊ granatoꝝ. Bibat apud comestionẽ aquã frigidã purã vel mixtã cũ aceto vel aquã decoctionis ordei ⁊ prunoꝝ siccoꝝ. In meridie vo cũ est vehementia sitis ⁊ furoris bibat sirupuz ro. vel viol. cum aqua frigida pura: vel bibat iulep aquosuz. In sero aũt cũ petit somn⁹ ⁊ quies. Bibat sirupũ de papauere vel de psilio cuz aqua frigida pura vel cũ aqua decoctiõis semi. lactuce ⁊ portul. ⁊ illiniat frons timpora atq̃ nares cũ oleo de mãdragora ⁊ fricent vole manuũ ⁊ plãte pedum cũ sale ⁊ aceto: ⁊ fomentent crura cuz aqua tepida in qua cocta sint folia salicis ⁊ populi vitis albe viol. ⁊ folia papaueris cũ corticib⁹: qm̃ hec oĩa calorẽ febrilẽ extrahũt ⁊ somnũ inducũt. Cõfortetur virt⁹ hora qua cibũ nõ sumpserit ex zuccaro ro. vel viol. vel triasãd. ⁊ dyarodon abbatis puris vel cõmixtis. Nec prohibeatur eger ab esu fructuũ frigidoꝝ humidorum: vt sunt pruna pira psica ⁊ mala acetosa: qm̃ alterãt ⁊ cõfortãt. In statu vo subtilietur regimẽ vltimate qd est nihil dare in cibo nec in potu nec in medicina si virt⁹ ꝯsenserit donec supuenerit crisis ⁊ trãsierit cõplete. Si igitur apõ crisim vomit⁹ choleric⁹ supuenerit: adiuuetur natura cũ impositione digiti vel pẽne linite in oleo in pfundo gule. Si vo flux⁹ sanguis nariũ iuuetur natura cuz setis porcinis missis in nares ⁊ emũctione vehemẽti. Si vo sudor vniuersalis apparuerit: cõfortetur natura si pigra vel insufficiẽs videatur cuz potu iulep feruentis ꝙto calidi⁹ põt: bibatur ⁊ cooperiatur diligenter vndiq̃ pãnis calidis mollibus. Et assint ei⁹ amici vel astãtes ⁊ pannos calefaciãt manibus tractando ⁊ anhelitũ illuc dirigẽdo. Et aperiatur pori cutis cũ fricatiõe leui facta cuz pãnis lineis mollibus infusis in aqua ⁊ aceto postꝙ in eis cocti fuerint furfures ⁊ flores camomille. Deinde expressis diligẽter ⁊ tepidis ⁊ roridis p longuz refricatis. Ad hoc plurimũ cõfert etiã ponere vesicas siccas semiplenas ex aqua calida circa latera patiẽtis oĩquaq̃: qm̃ illico facit sudare. Sternatur pterea camera ex foliis ro. ⁊ vio. populi ⁊ salicis ⁊ nenuph. vitis albe ⁊ similibus. Et aspergãtur ei⁹ parietes ex aqua ro. ⁊ aceto: vt aer inspirat⁹ infrigidetur: qm̃ illud est necessariũ in oĩ febre p cordis euẽtatione Cõpleta crisi pfecte resumatur virt⁹ ex carnibus edoꝝ pulloꝝ coctis ⁊ cõditis cum rebus frigidis sepe dictis ⁊c.

Emperica.

Hec igitur est cura vera fe. cõtinue de cholera cuiuscunq̃: qm̃ morbuz ⁊ eius cãm remouet cũ virtute. Uerũ pter ipsam est cura accidentiuz ꝯsequẽtium vehemẽtiaz huius fe. que sunt dolor capitis vigilie sitis alienatio icteritia sincop. ⁊ debilitas virtutis: de q̃bus oĩbus iam sufficiẽter dictum est libro primo suis ppriis capitulis. ¶ Ad cõfortationem igitur virtutis que est medicator principalis hic reliqua referemus. Cõfortatur autẽ virtus nõ nisi per cõfortationem organoꝝ que sunt cerebrũ cor epar ⁊ testiculi cum rebus alterãtibus eoruz cõplexionem distemperatã in feb. Epithima cõfortans cerebrum fit ex aqua ro. ⁊ aqua solatri semputiue ⁊ iusquiami si in ea puluis ro. ⁊ sandaloꝝ distemperetur addito modico aceti ⁊ actu frigiduz supverticem vbi sunt cõmissure cranei abrasis prius capillis sepius cuz pãnis lineis. Emplastretur siliter ⁊ sup frontem ⁊ timpora circunquaq̃. similiter ⁊ odorare aquaz roseam in qua sandali ⁊ aliquid calami aromatici fuerit dissolutum cõfert qm̃ calorem alterat materiã repcutit: frenesim phibet ⁊ somnuz inducit. Epithima confortans cor sic fit. ℞. aque ro. aque buglosse. añ. ℥. iiij. aceti. ℥. ß. camphore. ʒ. ß. croci. ʒ. j. ⁊ in isto actu frigido petie de sindone vel scarleto vel serico infundantur ⁊ super pectus frequententur. Epithima cõfortãs epar sic fit. ℞. aque ro. aque

endiuie aque solatri.an̄.partes duas.aque absinthij partē.s.aceti acutissimi par. ℞.di/ stemperetur in eis puluis earundem rerum ⁊ frequenter super epar. Epithima confor/ tans testiculos sic fit. ℞.aque ros.par.vnaꝫ vini puri aromatici veteris ⁊ potentissimi. ptes duas aceti par.℞.pulueris dyamarga/ riton.quar.vnius partis distemperētur om nia simul ⁊ cum pannis lineis actu frigidis emplastrentur super testiculos virorūꝫ ⁊ mā millas mulierū frequenter reiterādo postꝙ fuerint exsiccata. Et potest fieri etiam hora crisis si virtus videatur debilis.

Canones.

Febris est pro/ pria species eiꝰ que causon dici/ tur cum sit peracuta que terminatur in die septima:vl' perperacuta que terminatur in die quarta tenuissima dieta fiet regulanda: ita vt si terminatio sit in quarto nihil detur in cibo statim a principio vsqꝫ declinationē perfectam. Si vero in septimo nihil detur post diem quartum prout diximus capitulo de febre in generali. Uerumtamen huiusmo di canones Ipocra. Rasis in diuisionibus presenti capitulo refutat dicens ⁊ non attē/ das illud quod dicitur a stultis medicorum ꝙ multitudo extinguentium a cibis ⁊ medi/ cinis exhibitis tardat crisim. ¶ Ego iam ex pertus sum ambas vias scilicet ⁊ regiminis extinctiui dicti in methodo:⁊ regiminis sub/ tiliatiui quod dixit Ipocra.⁊ viam extincti/ uam repperi securiorem. Et qui mortui sunt in hac febre sub regimine extinctionis sunt multo pauciores eis qui mortui sunt sub re gimine subtiliatiuo quoniam si non dabun/ tur extinctiua assabitur cerebrum ⁊ nerui et stomachꝰ ⁊ accidet spasmus ⁊ frenesis mor/ talis. Ex quibus scire potes canon̄. ypoc. esse veros regulariter quoniam morbum et eius causam decidunt.falsos vero accidenta liter:quoniam virtutem prosternunt: ⁊ pro/ prie in corporibus delicatis assuetis multo cibo tempore sanitatis. Dicit preterea Ra. loco predicto ꝙ non debet prohiberi in hac egritudine:quin eger bibat aquam frigidaꝫ cum vult: quoniam extinguit vehementer. Quod intellige verum si corpus in ea fuerit consuetū ⁊ delectetur:nec in visceribus opil/ latio seu apostema:quoniam licet incrudet materiam ⁊ morbum prolonget ⁊ crisim re/ tardet:magis tamen confert iuuamentum: quoniam prohibet marasmum.de quo potu aque frigide loquens Galenus.ix.de inge. sanitatis ait. ꝙ melius est aliquod malum egris gignere ꝙ̄ sinere eos in mortem. Con/ gruit igitur vt potus iste sit plurimus simul vna hora:quoniam aqua modica facile in/ flammatur. In cura preterea huius feb.non competit flebothomia quoniam educit mul titudinem humorum omniū de quibus cho lera refrenatur:propter quod ait Auicēna.i. canon̄.fen. iiij.capitulo de flebothomia.ꝙ summopere cauendum est a duabus rebus ex flebothomia:scilꝫ humorū calidorūꝫ ebul litione ⁊ frigidorum incrudatione: verūta/ men si corpus fuerit sanguineum ⁊ consue/ tuꝫ in flebothomando ⁊ vrina ru.obscura vi deatur:competit a principio materia mino/ rari cum flebothomia:nō quideꝫ forti simul plurima:sed eadē die bis vel ter gradatiue secundata:quia confert qn̄titati: sed non qualitati.

Pronosticatio.

Feb.continua de cho. timorosa est atqꝫ su/ specta de tota sui natura:qm̄ morbi veloci/ tas ⁊ materie furiositas virtutē deijciūt regi tiuā.Ite prima eiꝰ spēs q̄ q̄deꝫ tertiana cōti nua noiaṫ:terminaṫ vt plurimuꝫ in.vij.die ad mortē vel salutē:⁊ pprie si signa digōnis vel indigōnis cū cōueniētia particulariū ceperint die.iiij.vel.v.manifeste apparere:verūtn̄ si plongeṫ.xiiij.nō transit:qm̄ vt ait Ipo.ij.p. amph. Acute egritudines in.xiiij.iudicanṫ. Scđa spēs que causon đr vt plurimū in.iiij. terminaṫ:⁊ pprie si statim a principio ⁊ in/ fra primas duas dies signa digōnis vel indi gestionis in vrina cū cōueniētia particulariū manifeste ceperint appere. Itē in quacūqꝫ ista rū fe.fluxus san.nariū copiosus aut vomitꝰ cholericus aut sudor calidus vl'is totiꝰ corpo ris:aut fluxus ventris cholericus supuenerit statim a principio vel in aliqua die cretica quam precessit indicatiua post signa dige/ stionis perfecte ⁊ constantia virtutis ⁊ alle/ uiatione infirmi salubre:contrariuꝫ đo mor tale. Iteꝫ si remedia rationabiliter exhibita quacꝫ die contulerint et accidentia fuerint

remissa salubre: cōtrariū mortale. Itē si lingua nigra fuerit et adusta cū asperitate multa malignior fiet: qz deterior fe. Si vero al. erit leuior: si vero citrina media fiet vtraqz. Item si spasmus aut tortura superuenerit: aut oculorū contorsio mortale: qm̄ significat spasmuz de inanitione. vn̄ Ipo. ij. par. amph. Febrez in spasmo melius est fieri q̄ spasmuz in febre. Itē si vrina rubea fuerit vel citrina vehemēter et in crastino alba subtilis euenerit mortale: qm̄ frenesim significat perniciosaz. vnde Ipo. iiij. par. amphbo. Quibus vrine limpide aut albe male: maxime vero si in freneticis appareāt. Item si patiens statim a principio imaginationes habeat extraneas cuz soda vel sine soda frenesim significat affuturā nisi cuz repercussiuis circa cerebrum illico succurratur. Itē si extrema frigida fuerint et pectus et venter adurant mortale: qm̄ apostema magnū in interioribus demōstrāt. vnde Ipo. iiij. pti. amph. In nō deficiētibus fe. si quidē fuerint extra frigēt: q̄ vero int⁹ ardeāt et sitim habeāt mortale. Itē si rigor superuenerit in aliq̄ die cretica vel nō cretica neqz ipaz vera crisis subsequatur mortale: qm̄ materie multitudinē et virtutis significat defectionē q̄ crisim attentat quā pficere non pōt. vnde Ipo. ibidē. Si rigor inciderit fe. non deficiēte iaz debili existente corpe mortale. Si vero crisis fienda atqz cōpleta subsequat̄ cū sudore calido vel toti⁹ corporis atqz fluxu san. copioso salubre: qm̄ virtutis expulsiue significat fortitudinē et crisis bonitatez propter qd̄ ait ibidem. A causone habito rigore superueniente solo fit egritudinis. Itē si hec fe. crisim faciat per ictericiam in die. vij. ix. vel. xj. vel. xiiij. salubre. Si vero añ. vij. diē mortale Unde Ipo. ibidem. Ictericia si superuenerit in feb. acuta añ. vij. malum. Istud tamen ampliori indiget tractatione quam iam fert primus lib. f. c. de ictericia. Itez si stupor: aut alienatio aut asma vehemens superuenerit aut inquietudo iacendi diuersa ātē q̄ signa digestionis perfecte ceperint apparere mortale: quoniam crisim sinthomaticam significat malignam. propter quod ait Gal. iij. de crisi. q̄ omne signum creticum si ante signa digestionis euenerit malū est atqz timēdū.

¶ De flegmatica interpolata.
Capitulum nonum.


Accidit hec fe. ex flate putrescente extra venas: vtpote stōacho intestinis et spōgiositatib⁹ mēbroꝝ verū qm̄ ebullitio flatis putrescentis redit pro die quaqz die: ppterea q̄ flegma est duaꝝ qualitatū pparantiū ad putredinē cum sit velut materia patiēs q̄ caliditas q̄ est causa efficiens. Idcirco hec feb. quotidiana interpollata nūcupat̄. Est autē duorū modoꝝ quemadmodum et fe. interpollata de cho. scz pura et non pura. Pura quidem cum fit ex flegmate puro cui nihil aliorum humorum vel aliene qualitatis est cōpositum cuiusmodi flegma dulce vel vitreū siue acetosum. Non pura vero que fit ex flegmate cui aliquid cholere vitelline vel melīe reperit̄ cōmixtum: vel fit ex flegmate salso. Flegma nanqz non fit salsum nisi per adustionē vel humoris cōmixtionē: lz prima atqz ppria flatis qualitas sit frigiditas cū humiditate q̄ minime in flate salso reperiunt̄. Signa feb. quotidiane pure sunt q̄ incipit eius paroxismus cū horripillatione veri frigoris super dorso et extremitatibus mēbrorum preter q̄ sentiat patiens velut acuum puncturam tremorē vel rigorē vehementez: sed grauitatem solam extrema cōstringentē et durat ista frigiditas tēpore longo. Et fit pulsus paruus: velox: spissus: mollis: diuersus inordinatus. Deinde cū peruenit ad augmentum tardatur ei⁹ calefactio: neqz fit vehemens immo fortassis nō calefacit et proprie si flegma sit vitreum grossum quare neqz magnificatur pulsus vehemēter apud statum. Et est tēpus principij longius multo tpe status vel augmenti: qm̄ est in ea caliditas transiens: frigiditas vero pdurans. In declinatione aūt nō aduenit sudor nisi fortasse paruus viscosus adherēs et pprie apud principiū egritudinis cū materia nōdū est digesta neqz subtiliata et magnificat̄ apud declinationē dyastoles cū sua quiete. Et minorat̄ sistoles et eius q̄es et expādit̄ calor ad man⁹ et pedes: et est cū ea vomitus flegmatis et humiditas in ore et pstratio appetit⁹ et sitis paucitas. Et spaciū quidē paroxismi ē. xviij. horarū vel circa illud. Spaciū vero q̄etis sex horarū q̄re aduenit vt plurimū circa occasuz solis et durat vsqz ad meridiē pusq̄ reliquie pfecte resoluantur. Et forte nō resoluitur do-

nec alius redierit paroxismus. et accidit vt
plurimũ hec fe. pueris ꝛ mulierib⁹ ꝛ crassis
laute ferculãtibus cũ multiplicatiõe somni
et quietis ꝛ vtentib⁹ in cibo fructib⁹ humi/
dis ꝛ piscib⁹ ꝛ lacte. Et in p̃ncipio hui⁹ egri
tudis est vrĩa alba grossa spũosa. In augmẽ
to ẏo ruffa vl' subcitria grossa. sꝫ cũ ad statũ
peruenerit: fit rubea clara subtilis cuꝫ ypostasi
alba leui equali pluria. Verũ dũ ypostasis
minorat̃ in vrina et precessit euacuatio plu
rima per sudores vomitũ ꝛ secessum flegma
ticũ: tunc vera morbi declinatio indicat̃. Et
cum perdurauerit hec feb. tpe lõgissimo vili
ficat̃ ex ea corpus ꝛ albescit facies ꝛ citrina
tur ꝛ palpebre inferiores inflantur: velut in
yposarcha. Signa feb. quotidiane nõ pure
sunt refractio signorũ oim predictorũ cum
vergẽtia ad caliditatẽ ꝛ sitim vehemẽtem ꝛ
abbreuiationẽ paroxismi ꝛ pprie apud pri/
cipium egritudinis vniuersale.

Methodus.

Cura feb. quotidia/ne pure est
vt statim a p̃ncipio minoret̃ materia cũ bñ/
dicta laxatiua vl' medicamine de turbith di
cto caplo de soda. dando ex eis modicũ ho/
ra maioris quietis. Confortet̃ etiã natura
quaqꝫ die ad vomitũ in principio paroxismo
rũ si fuerit possibile cuꝫ aqua tepida mixta
cum sale ꝛ aceto vel cũ aqua decoctionis ra
fani ꝛ aneti mixtis cũ eisdem p̃missa saturi/
tate ex leguminibus ꝛ cepis ꝛ oleribus sali
tis si conferens videat̃. Et ꝫm ꝙ existens fue
rit magis grossum vel viscosum tribuant̃ ei
medicine fortiores. Digerat̃ ergo materia
cum sirupo aceroso cõposito vel cũ oximelle
squillitico dando ex eis in matutinis aliq̇d
cum aq̃ calida p̃mo: deinde apud statũ cum
aqua decoctionis semis feñ. ꝛ adde petro. ꝛ
oim prouocantiũ vrinã: quoniam plurima
pars hui⁹ materie educitur per vrinã: ꝛ tunc
eradicetur materia cuꝫ hiatartico forti sicut
yerapigra gal. ꝛ pillule co. ꝛ medicamen de
mirabola. hebulis ꝛ pillule stomatice q̃ oia
diximus caplo de debilitate stomachi. Et si
venter fuerit restrictus leniat̃ quaqꝫ die gra
datine cũ suppositorio vel clisteri donec ad
acuta perueniat̃. Nutriatur ex carnib⁹ edoruꝫ
vel pulloꝝ coctis cũ petro. conditis cum sina
pi ꝛ melle vel melle ꝛ aceto vel succo herbe/
ris ꝛ trifolij̃ faciendo ex ipsis salsamentum.
Bibat vinum album clarum parũper adaq̃/
tum: vel: bibat mellicratum si caput ex vino
noceatur. Confortet̃ virtus hora qua cibuꝫ
nõ sumpserit cũ electuario ducis ꝛ dyarodõ
abbatis simul mixtis: vel cuꝫ zuccaro roẜ. et
dyagallan. simul mixtis bibendo post illud
aliq̇d vini predicti. Abstineat a fructib⁹ ole
ribus ꝛ piscibus pposse: neqꝫ bibat aquam
frigidã quoniã materiã incrudat ꝛ feb. elon
gat que p se naturaliter cronisat. Cura feb.
quotidiane nõ pure est vt in cibis vel medi/
cinis caliditas remittat̃ quare detur p digi/
stiuo sirupus ace. simplex primo. deinde apõ
augmentũ sirupus acetosus cõpositus: neqꝫ
vltra oximel cõpositum transcendat̃. In ci/
bis ẏo dẽtur pultes ex ordeo ꝛ auena condi
ti cum vino pontico vel aceto. In potu vero
tribuat̃ iulep vel mellicratum aquosum. Et
gargariset sepius cum aqua frigida ꝛ aceto:
qm̃ sitim reprimit excellẽter. Medicina pre
terea materiam digestam eradicans melior
hec est. ℞. turbith alb. ꝛ electi atqꝫ mundati
ʒ. j. reubar. boni. ʒ. j. ss. cinamomi añ. ʒ. ß. zuc
cari. ℥. j. fiat ex oĩbus puluis qui fit dosis vna
ꝛ si reubarbaruꝫ habere nõ poteris: sumatur
loco ei⁹ dyagredij̃. ℈. ß. ꝛ vniuersalr confe/
runt in hoc casu oẽs medicine tam digestiue
ꝙ solutiue que dicent̃ ca. de scabie ꝛ pruritu
corporis.

Emperica.

Ars faciendi sirupum dige/rentẽ atqꝫ edu
cẽtẽ flegma ex quacũqꝫ pticula corpis hec est
℞. pulegij̃: calamẽti: mẽte: salute: maiorane:
saturele: primule veris: balsamite: abrotani:
rorismarini: absinthij̃: fumiterre: basilicõis:
arthemisie: origani: costi: serpilli: sileris mõ
tani: oim vel pluriũ. añ. m. j. rad. q̇nqꝫ cõium
calidoꝝ scꝫ anisi apij̃ feniculi petro. añ. ℥. j.
ss. cinamomi xiloaloes xilobalẜ. folij̃ indi ga
riofil'. añ. ʒ. ij̃. mellis dispumati. li. j. vel mel/
lis ꝛ zuccari añ. li. ß. fiat sirup⁹ bene coctus ꝛ
clarificatus quẽadmodũ fiũt ꝛ alij̃ sirupi de
quo potent̃. ℥. iij̃. actu calide oĩ die in auro/
ra. Et si laxatiuũ facere volueris adde turbith
hermodactiloꝝ agarici mirabolanoꝝ embli
coꝝ ꝛ hebul'. añ. ℥. j. in decoctione prima: qm̃
faciet bis vel ter leuiter assellare quaqꝫ die
donec sufficere videatur. Et si volueris vt a

proprietate caput, ⁊ eius ptes respiciat: ad-
de herbis pdictis sticad. peoniā flores camo
mille mellilotū camedreos camepitheos na
sturciū rutā senatoꝝ. Ex spēbꝰ adde nuc.
musca. cubebas, carpob. anacard. thus lau
danū atqꝫ castoreū. Si vero pectꝰ ⁊ pulmo-
nem ⁊ cor adde ysop. yreos enulam campa-
nā ca. ve. prassiū albū ordeū fenugrecū ane-
tū. Ex speciebus adde liquir. passulas iuiu-
bas, sebestē caricas dragagātū penidias da
ctilos pingues amigdalas dulces pineas ⁊
fisticos. Si vo stomachū ⁊ intestina adde ci
tonia mentā masticē olibanū gallāgā. Si ve
ro epar ⁊ venas totius corporis adde epati
cā endiuiā squinātū eupatoriū cucuste ame
os amomū ⁊ duas spicas. Si vero splenem
adde scolopēdriā politricū tamariscū adiā-
thū squillā rubeam tinctorū ciperi capparis
acori azari folia vel flores sambuci. Ex spe
ciebus adde zedoariū ⁊ baccas lauri. Si vo
matricē renes ⁊ vesicā adde saxifragā miliū
solis sauinā grana iuniperi macedo. Ex spe
ciebꝰ cantarides sine capitibꝰ ⁊ alis qm̄ sui
fortitudine vicerāt renes ⁊ vesicam. Si vero
ad iuncturas adde pollium mū. azarū amo-
mū acor. piper et squillā. sil'r acetū plurime
acuitatis. Est nāqꝫ fere cōtinens oia simpli
cia digerentia atqꝫ educentia flegma cuius-
cūqꝫ modorū a proprietate. Dicūt preterea
excellētes in hac arte q si omni die ministre
tur. ʒ. ß. de mirrha ⁊ thure sero cū itur ad som
nū abbreuiāt paroxismū huius fe. similiter
et totā fe. qm̄ stomachū corroborāt: putrefa
ctionē phibēt ⁊ materiā flaticā exiccant et
pprie post purgatiōes. Et ipsas iam descri
psimus ca. de catharro. ⁊ alias dicemus ca.
de feb. pestilentiali.

Canones.

Minera putre-
dinis in hac fe-
bre est vt pluri-
mū in stomacho ⁊ intestinis atqꝫ venis me-
seraicis et qñqꝫ in cōcauitatibus plurimis
quare necessariū videt̄: vt in eiꝰ cura mēbra
talia nullatenꝰ negligant̄. Cōfortent̄ ergo
stomachus ⁊ intestina p intus ⁊ exterius cū
calidis stipticis velut sunt olibanū ⁊ mastix
et trocisci de reubarbaro ⁊ trocisci de eupa-
torio dicti capitulo de opilatione epatis.
si materia vicerit dispositionem: sed cū zuc-
caro ros. ⁊ trocis. de ros. et rosata nouella si

dispositio magis fatigarit. Et hos trociscos
iā scripsimus ca. de opillatione splenis. Do-
cuimus cōfortantia stomachum in ca. eiꝰ p-
prio. Cōfortent̄ meseraice cū aperiētibꝰ ⁊ ex
opillantibꝰ que diximus cap̄. de opillatione
epatis ⁊ venarū. Confortat̄ aūt pulmo cum
exiccātibꝰ catharrū que diximꝰ ca. de cathar
ro. In cura preterea huius fe. nō ꝯuenit eua
cuatio cū flebothomia regulariter: qm̄ cau-
sat incrudationē: verūtamē in casu possibile
est fieri: et pprie in principio apud minora-
tionē. Cū scz hec febris est de flegmate non
puro et in corpore carnoso viuido cuius vene
sunt tumide apparētes: ⁊ q cōsuetus est in
flebothomādo. De hora eius cibationis in
hac fe. sciendū q sicut dicunt Auicē. ⁊ ysaac
cōuenientior cibus est qui dat̄ tribꝰ horis ad
minus ante paroxismū vel sex ad plus. verū
cū spaciū quietis sit breue valde cum sit sex
horarū tm̄: videtur de medio ipsorū vt cibus
ilico post desinētiam paroxismi extat offerē
dus. Quod si quis obijceret q̄ sub hac via da
bitur semel tm̄ cibus quaqꝫ die dabit̄: quare
fiet tenuis dieta in fe. cronica quod est con-
trariū canōibꝰ ypocratis: qm̄ i hmōi fe. gros-
sius iubet reficere ne virtus deficiat in via.
Respondendū videt̄ q si virtus fortis est: et
materia pauca sufficeret: talis dieta quoniā
flegma nutriet cū fuerit digestū ante putre
factionē ex eo: ⁊ flegma est sanguis nō cōple
te digestus: neqꝫ v̄tus deficiet cū sub hmōi
regimine morbꝰ acueret̄. Si vero sit virtus
debilis ⁊ materia multa fiet grossius dittan
dū. quare conuenit vt detur simul bis vel ter
semel in medio declinatōis perfecte: ⁊ iterū
ante paroxismū principiū futuri p duas ho
ras. Et oportet vt sit cibus paruus quātita-
te: sz magnus v̄tute qui cito ⁊ multū nutriat
⁊ facile digerat̄: cuiusmodi sunt iura carniū
laudabiliū ⁊ oua sorbilia ⁊ testiculi gallorū
nondū coeuntiū ⁊ carnes auiū siluestriū par
uarū. Et qm̄ ad oblationē debitā cibationū
i fe. interpollata vel cōtinua necesse est quat
tuor tēpora paroxismi vel exacerbationis co
gnoscere: sicut nāqꝫ dieta v̄lis in fe. regular-
ter digerit̄ ad elongationē ⁊ viciniam status
v̄lis: ita ⁊ dieta pticularis digerit̄ quaqꝫ die
ad statū particularē paroxismi. Dicamus er
go noticiā per signa distinctiua. Cū igitur
vadis ad infirmū ⁊ tangendo corpus circū-

quacq reperis brachia et manus et pedes frigida vel minus calida: ventrē vero et pectus sufficiēter scias q est pricipiū paroxismi fe. interpollate: et principiū exacerbationis cōtinue febris sibi proportionate. Similiter et si reperis frigiditatē vel diminutam caliditatē in ambitu corporis totius. Si vero reperis corpus equaliter calidū per totū: scias qm est status vel augmētū cū nō differant nisi modo gradatiuo. Si vero manus et pedes reperis calidiores trūco corporis declinationē certificabis: in qua calor putridus motu proprio agitat a medico ad circūferētiā oiquaqz. Est aūt et alia ipsarū distinctio per pulsum: qm in pricipio paroxismorū pulsus profundat et fit paruus debilis spissus in quo sistoles et quies post ipsuz est maior q dyastoles: qm est maior necessitas expulsionis fumi putridi q euētationis caloris nālis oppssi: in augmēto vero et statu magis ac magis augmētat: sz sistole ecōtrario modo. In declinatiōe fit valde manifestus et dilatat arteria et dyastoles fit maior q sistoles: similiter et eius quies. Ex quo scire potes q magnificatio sistolis in pulsu statim a pricipio feb. breuitatē morbi significat: quēadmodū et subita apparitio digestionis in vrina.

Pronosticatio.

Fe. interpollata de flegmate et proprie que est de flegmate puro durat vt plurimū vsq ad quadraginta dies et qnqz per tres menses: qm est fe. cronica p naturā. Nō si apud diez xiiij. vel infra terminet nō erit ex qualitate materie: sed diminuta quātitate. Vbi grā. cū flebotbomia a pncipio mota fuit vel euacuatio fortis plurima quaqz die apud paroxismū cū vomitu aut fluxu ventris: aut sudore et si paroxismi statim a principio egritudinis anticipēt atqz accurtant: breuitatē egritudinis significāt. Si vero retardent aut equaliter stent nō precedenti aliq sensibili euacuatione copiosa materie grossitudinē et morbi longitudinē prefigurat: quare si cū his virtus fuerit defecta et appetitus pstratus mortez expectabis. Item si paroxismi anticipent: est augmentū si postponātur et euacuatio sensibilis precesserit copiosa est declinatio. Si vero equaliter euenerit et signa digestionis per fecte nondum apparuerint et accidentia malignentur statum maxime dubitabis. Et idē intelligendum est in tertiana interpollata: similiter et quartana. Verū et in exacerbationibus fe. continuarū proportionaliū idē iudicandū. Item hec fe. si multū perdurauerit: producet ad fe. ethicā dispositione vincente sup materiā. Sed ducet ad ydropisim materia super dispositionē dnante. Similiter et ducet ad fe. erraticas et demū ad quartanam. Vn Ipo. iij. pno. Febrib inordinate vagātibus qrtane sunt future. Itē si patiēs ex ea sonolētus fuerit oi hora et grauitatē senserit circa caput subeth aut stuporē pdicat futuruz: nisi cū medicinis euacuātib p iferius vehemēter succurrat et cerebrū ex reb calidis fortiter exiccat: oportet put docuim libro primo.

¶ De febre flegmatica continua que latica nuncupatur. Cap. x.



Ec febris extat proportionabilis fe. flegmatice interpollate: quoniam fit ex flegmate et humorib crudis frigidis intra venas putrescētib. Similiter et exacerbat quaqz die: et proprie apud occasuz solis: quēadmodū et fe. illa: verū quoniaz modica est eius caliditas respectu fe. continuarū de cholera laticā nominatur. Signa eius sunt signa feb. flegmatice interpollate pter q horripilatio non est cum ea periodice: quemadmodū nec in alijs fe. quibuscūqz continuis: sed est velut similitudo horripillatiōis in corpore ex sua diminuta calefactiōe: et nō est in ea sudor: nisi fortassis apud statū cum fit crisis: sed est cuz ea vomitus et solutio flegmatica ante crisim et simul et post. Nec pterea fe. vt multū est similis feb. ethice et proprie quando prolongatur: sed discernitur inter eas ex pulsu et vrina atqz exacerbationū forma: quod est quoniam in hac fe. pulsus est mollis paruus latus et vrina alba grossa in principio: sed rufa vel liuida post augmentum et exacerbatio fit maxime versus noctem siue aliquid assumptum fuerit in cibo: siue nō: et est cum ea cutis mollis laxa nō tensa: neqz arida: quorum omnium contrarium reperies in feb. ethica: prout descripsimus suo loco. Verum si acciderit ipsarum complicatio difficilis erit earum cognitio atqz curatio.

Methodus.

Cura huiusmodi feb. est cura fe. interpollate tam in cibis quam in medicinis preter quam magis necesse est cautelam obseruare in administratione medicinarum calidarum: et proprie si caput est debile vel eger est ex his quibus egritudines cerebri sunt consuete ne forte materia flatica calore feb. et medicine leuigata sursum per venas rapiatur et faciat litbargiam: quare conforteтur cerebrum statim a principio cum stipticis temperate calefacientibus: et abradantur capilli et frequetetur buorum diuersio atque extractio per inferius cum suppositorijs et clisterijs acutis si per se non ascellauerit bis vel ter quaque die. Non si vomitus fuerit laboriosus difficilis illico restringatur: et hec omnia pro posse iam diximus.c.de de litbargia etc.

Emperica.

Quia que scripsimus emperice ca.fe.flatice interpollate conferentia sunt presenti ca.

Canones.

Oportet vt in hac fe.multiplicentur omnia que prouocant vrinam tam in cibis potibus quam in medicinis quoniam plurimum materie flatice purgatur per vrinam quaque die: quoniam minorabitur materia antequam diuertetur a cerebro et sperabitur crisis fida: nisi materia fortassis insensibiliter resoluatur. Nec pretermittendus est status: quin confortetur cum stipticis modo calidis: modo frigidis et remaneat materia appetitus put materia vel dispositio postularit: quoniam est magis necessarium quam in fe.flegmatica periodica cum sit magis timorosa.

Pronosticatio.

Hec fe. cronica est et perdurans: quare non teriatur ante diem quadragesimum: nisi fortassis materie paucitas et euacuationum pluralitas morbum accurtarit et idcirco durat eius principium vsque ad.xx.diem vel sibi vicinam. Item dicit Ras.in diuisionibus. ca.proprio. quod parum accidit vt fiat in ea crisis cum sudore: quoniam vt plurimum est vt fe.cronice que sunt de flate vt melia que cum resolutione teriantur: siue fuerint periodice siue continue: quare teriatur in eis materia parum post parum quaque die cretica per fluxum ventris aut vomitum: aut sudorem. Et vomitus et fluxus vt plurimum accidunt a principio: sudor autem in fine post digestionem. Item in omni cronica si virtus fuerit debilis statim a principio vel appetitus prostratus mortale: quoniam deficiet in via. Item dicit Ypo.iiij.pti.ampho. Quibus in dentibus limositates fiunt in febribus diuturniores et fortiores fiunt fe.quod est: quia dentium et lingue mucositas significat materiam in stomacho plurimam viscosam. Item si vrina fuerit ampullosa vel turbida confusa litbargiam aut subeth minatur: et proprie si eger somnolentus fuit aut frigidus circa caput: quare succurratur cum ligaminibus extremorum et fricationibus fortibus et suppositorijs acutis atque clisteribus: et prohibeatur a somno donec materia diuertatur atque minoretur. Unde Ypo.iiij.pti.ampho. Quibuscunque in fe.vrine conturbate et conuerse fuerint velut subiugalium haben t capitis dolores aut assunt aderunt aut prefuerunt. Item si color faciei liuescat et palpebre tumescant futuram ydropisim significat et proprie yposarcham: nisi cum remedijs ad ydropisim conferentibus aut calidis aut frigidis put fe.aut materia consenserint illico succuratur. Item si facies citrinetur et oculi concauentur et cutis reddatur velut corium arefactum feb.ethicam significat accessisse. Quia namque fe.ethica cum perdurat: adducit ethicam si dispositio vicerit materiam aut ydropisim si super dispositionem materia dominetur. Item hec feb. si complicetur cum ethica mortale: quoniam fiet opus curis contrarijs quibus virtus fatigatur. Febri namque flatice competit calefactio atque euacuatio: febri vero ethice infrigidatio cum humectatione.

¶ De febribus emplala lipparia et horripilatione cui caliditas non succedit. Cap.xi.

Iste tres passiones fiunt ex eadem causa: quoniam ex flegmate gipseo grosso viscoso adherente stomacho et intestinis et venis meseraicis: quare fiunt huiusmodi feb.interpollate. Neque potest hec materia generari in epate et venis: quoniam vt ait Gal.primo de complexionibus. Et ita non sustinet in membris principalibus tantam frigiditatem: et hec quidem materia cum non putrefit: causat colicam malignam: vt de seipso testatur Gal.loco supra dicto. Uerum differunt quodammodo: quoniam vt ait Auicen.quarto ca.fen primo ca. de cura feb.istarum. Febris lipparia dicitur in qua partes exteriores corporis frigescunt venter vero et pectus exardescunt: quoniam in ea flegma grossum dum putrescit: efficitur

velut carbo ignitus in visceribꝰ a quo duz fu
mi putridi eleuanť ad extrema corpis circũ
quaqꝫ musculos grauãtisimi ꝙtitate: deide cũ
in loco steterit ⁊ calor putredialis exhalarit
debiľrꝰ insertus infrigidãt sui q̃litate: velut
appet in vaporibꝰ aque ebulientis: ⁊ ad id
opatur plurimũ oppssio caloris naturalis
atqꝫ eiꝰ reuocatio ad corpis interiora: qm̃
ex his infrigidãť exteriora ⁊ extrema depau
peranť spiritu ⁊ calore. Fe. ṽo ẽpiala dr in
qua modo ↄ̃trio partes extreme calescũt: in/
teriora ṽo frigescũt: qm̃ in ea calor putridꝰ
debilis a pͥncipio, nõ obtinet supflua grossa
sed solũmodo sup ptes eiꝰ liq̇das subtiles:
q̃re fumãtes ad extrema calescunt ea vehe/
mẽter partibꝰ grossis viscera infrigidantibꝰ
velut dura ↄgelata añ poxismũ fiunt frigi
da: tñ cuz moueť aut agitať ad putredinem
magis ex ea corpꝰ infrigidať. Horripilatio
ṽo dr cuz corpꝰ sentit cũ grauitate q̃dã mẽ/
bra ↄstringẽte: q̃re horret ea cutis ⁊ pori co
artanť donec pili q̇ stant in eis rigere videã
tur. Uerum differũt horripillatio rigor tre/
mor atqꝫ tipus: qm̃ ⁊ si qòlibet eoꝝ signifi/
cet dispositionẽ corpis frigidã in fe. tamen
aliter ⁊ aliter illud accidit: vt ait Aui. iiij. ca
noñ. fen. j. ca. de differẽtia ipsoꝝ. Diciť nãqꝫ
horror siue horripillatio cũ talis frigiditas
aduenit sine pũctura: qm̃ accidit ex materia
grossa frigida flegmatica currẽte sup muscu
los q̇ sunt in ambitu totiꝰ corpis quẽadmo/
dum cõtingit in fe. fľatica. rigor ṽo dr cũ ad
uenit frigiditas velut cuz acuũ pũctura: qm̃
accidit ex mã cbole. subtili musculos stimu/
lãte: quẽadmodũ fieri hȝ in fe. cho. Tremor
aũt esse dr cuz ad tantã malitiã pcesserit fri
giditas vt medullas ossiũ cõterat: neqꝫ cor/
pus cõtinere se possit quin moueãtur om̃ia
sua mẽbra ⁊ labia oris atqꝫ dentes cõcutiã
tur: qm̃ fit ex materia frigida grossa meľica:
velut appet in quartana. Tipꝰ ṽo dr dispõ
q̃dã leuis frigida cũ halatiõibꝰ ⁊ oscitatiõibꝰ
diuersis: velut accidit in declinatiõibus feb.
apõ materiã paucã: siľr ⁊ in eaꝝ pͥncipijs cũ
materia nõdũ fuerit cõplete ad putredinem
agitata. Signa p̄dicta fe. sunt signa fe. fľati
ce pure interpollate cũ additiõe signoꝝ p̄di
ctoꝝ apõ pͥncipium poxismoꝝ cum redierit
piodice quaqꝫ die: ⁊ ppe post occasum solis
qui est hora diei flegmati deputata.

Methodus.

Cura istoꝝ
oĩm vna est
atqꝫ eadeȝ
quod est vt tã in cibis ꝙ in medicinis eger
regať velut est in fe. flegmatica pura iterpol
lata. sed necesse est vt in eis caliditas magis
augmenteť ⁊ virtꝰ medicinaꝝ soluentiũ vlti
meť ⁊ regimẽ subtiliteť: quapropter ↄueniẽ/
dum videť in digerentibꝰ ad oximel squilli/
ticum. In medicinis ṽo soluẽtibus ad pillu/
las hermoð. maiorum ⁊ ad pilľas de oppo/
ponaco ⁊ ad pilľas de colloquintida quas
omnes diximus caplõ de arthetica.

Pronosticatio.

Hee sunt feb. maxime cronisãtes: qm̃ grossi
cies ⁊ viscositas siľr ⁊ frigiditas ꝓhibẽt ma
terie cõsumptionẽ quare non terminanť añ
diẽ. xl. vel. lx. nisi materia fortassis fuerit mo
dica a pͥncipio ⁊ virtus expulsiua fortis cuȝ
euacuatione sensibili plurima diuersa p vo
mitũ vrinã ⁊ secessum. Neqꝫ opȝ vt expecte
tur in eis sudor nisi fortassis tardus paucus
frigidꝰ viscosus cũ quo crisis nõ cõpleť. Itẽ
si virtꝰ fuerit debilis a pͥncipio aut plĩmum
deficiat in ꝓcessu ⁊ appetitꝰ ꝓsternať mor/
tale: qm̃ deficiet añ crisim ⁊ resolutionẽ cõ/
pletam. Itẽ hee fe. cuȝ ꝑdurauerint tp̄e lon/
gissimo ꝑducũt ad ydropisim materia vincẽ
te: aut ad ethicã ⁊ marasmũ calore putrido
dominãte. Itẽ ex hmõi fe. erratice ꝓcedere
ↄsueuerẽt qm̃ pars subtilior ptꝰ inflãmabiť
et faciet poxismũ quo desinẽte vel in medio
existẽte ps grossa putrefiet ⁊ aliũ faciet suc/
cedere poxismũ ⁊ putabiť ꝙ sint due fe. non
tñ simul: ⁊ hoc põt accidere in fe. q̃rtana vel
tertiana nõ pura cũ materia fuerit ethero/
genea seu commixta.

¶ De febre melãcbolica interpolla
ta que dr quartana. Caplm. xij.

Causať hec fe. ex melãcholia pu/
trescẽte in aliquo loco corpis ex
tra venas velut in stõacho ⁊ in/
testinis ⁊ cauernositate splenis
atqꝫ ossium medullarũ: ṽm qm̃
ebullitio melãcholie putrescẽtis tarduȝ hȝ
reditũ scȝ de q̃rto die in q̃rtũ inclusiue ꝓpter
ea ꝙ hũor meľicꝰ tã ex mõ subẽ ꝙ ex sua q̃li
tate causis putredis repugnat. Idcirco feb.

hec quartana nūcupaṫ. Est aūt duoꝝ modo
rū queadmodū ⁊ fe. interpollate q̄ sunt q̄rta
na v̄a ⁊ nō v̄a. Vera ꝺ: cū humor fe. efficiēs
est melā. simplex naturalis cui nihil: aut pa
rū accidit ex admixtione aliorū humorū et q̄
neq̧ per admixtionē: neq̧ ꝑ congelationem
plurimā ꝑdidit ꝓpriā naturā: et hec ē melā
q̄ est sicut fex masse sanguinee queadmodum
in oleo fit amurca. Nō vera autē ꝺ: q̄ fit ex
melā nō naturali vehementer ingrossata ꝑ/
adustionē vel cōgelationē vel humorū valde
grossorū admixtionē cuiusmodi sunt flā vi/
treū aut gipseū in intestinis frigidis ḡnatuꝫ
Et licet hmōi feb. distinctum nomen obti/
neat ex periodis nō tn̄ distigui potest a feb.
quartana ꝑ naturā rei: qm̄ humores princi/
paliter distincti in massa sanguinea nostri
corpis: nō tamē sunt nisi quattuor q̄ sunt flā
cho. sanguis purus ⁊ melā quare sub eodē
ca. fiunt interponēde. Signa q̄rtane v̄e sunt
qm̄ incipit eius paroxism⁹ cū horripilatione
difficili vehemēti cui succedit tremor corpis
toti⁹ ⁊ dentiū cōcussio qm̄ ꝓfunditatē ossiū
⁊ medullarū ⁊ ꝓpe post tres vel q̄ttuor paro
xismos ⁊ nō sentit patiēs velut acuū pūctu/
raꝫ ſꝫ lassitudinē ⁊ grauitatē plimā quasi sit
infrigidat⁹ in niue aut cesus fustib⁹ aut i car
ne lacerat⁹ ⁊ fit pulsus hora illa valde puus.
itaq̧ licet in ꝑ̇ncipio paroxismi cuiuscunq̧
cuiuscūq̧ fe. pulsus minoreṫ nō tn̄ sicut i hac
minoraṫ adeo vt ꝑ soluꝫ pulsum cognoscere
posses hāc feb. si pulsum egri cōsuetū nouis/
ses apud sanitatē. deinde cū calefacit ⁊ venit
ad augmētū fit vehemēs ei⁹ caliditas: adeo
vt in statu iuxta caliditatē sinoche ⁊ tertiane
⁊ causonis parū differēs ab ea ⁊ vltra calita
tē fe. flātice q̄liscūq̧: ſꝫ est ei⁹ siccitas sicut sic
citas tertiane ⁊ ei⁹ vrina aquosa in ꝑ̇ncipio:
et ꝓpe si fit in ꝑ̇ncipio opillatio. post hoc fit
rufa grossa cū materia digeriṫ ⁊ calor infigi
tur: ⁊ est dura velut in carbonē: ⁊ qn̄q̧ fit ni/
gra rubea obscura. Et illud qꝺ errare nō fa/
cit in hac fe. est vt dicit Auerro. iiij. colliget.
qn̄ redit periodice de q̄rto in quartū inclusi
ue: et ꝓpter apud octauā horam diei ꝙ na/
tura se facere potest: neq̧ simplex: neq̧ com/
posita. Signa quartane non vere sunt oīa
signa predicta preter ꝙ tardatur ei⁹ perio/
dus: quoniā redit de quinto in quintum aut
de sexto in sextū: aut amplius ꝓpter grossi/
tiem vel frigiditatem vltimatā quare tales
fe. non sunt quartane: sed quintane ⁊ sextane
nominātur. Et dicit Raꝭ. in diuisionib⁹. O
ꝙ parū euenit fe. cuius paroxismus ꝑtrāsit
quartū diem. Verū ego iam vidi multotiēs
paroxismos pertranseuntes.

Methodus.

Cura q̄rtane vere est
si vrina sit
rubea grossa in principio ⁊ habitudo corpis
sanguinea minoreṫ stati a ꝑ̇ncipio materia
(sed nō in die paroxismi) cū flebothomia ba
silice sinistre ꝑ̇mo: deinde cū flebothomia sa
phene sinistre. Et fiat incisio vene larga vt
sanguis grossus extrahaṫ. Ad quod confert
plurimū vt eger sedeat in balneo aque dul/
cis tepide ante flebothomiā vel in aqua de/
coctionis maluaꝝ maluauisci ordei depilati
⁊ fenugreci: qm̄ tūc melancholia sanguinea
id est ex sanguine adusto vel cōgelato iudica
biṫ esse cā antecedens huius fe. que propter
cū flebothomia separaṫ. Si ergo nigrū gros
sum fuerit quod egreditur plurimum ex ipo
extrahaṫ: aut simul: aut apud scꝺationē fa/
ctā aliquoties vsq̧ ad septē aut nouē paro/
xismos. Si vero subtile clarū fuerit ilico re/
stringaṫ. Si autē vrina fuerit a ꝑ̇ncipio sub
tilis aquosa habitudo corpis macra melica
aut squalida israelitica nō fiat flebothōia
ſꝫ euacuatio cū medicina lenitiua: vt ē apo
zima de mirab. indis ⁊ apozima de elleboro
nigro: q̄ diximus ca. de ꝑturbatione sensuū.
vl̓ cū apozimate de polipoꝺ. qꝺ. ℞. polipo.
℥. j. mirabolanoꝝ indorū. ℥. j. ⁊ ß. sene epithi
mi añ. ʒ. ij. roſ. rub. scolopendrie añ. ℥. ß. pi/
stenṫ grosso modo mirabol̓. ⁊ bulianṫ cū po/
lipodio ⁊ scolopenꝺ. in lib. j. aque clare do/
nec cōsumanṫ ex aqua ꝑtes due: tunc addaṫ
sene epithimū atq̧ rose. Et iterū aliquātulū
sup carbones leuiter excoquanṫ: qm̄ perde/
rent virtutē in decoctione forti: tūc fricētur
res manibus vehemēter ⁊ exprimaṫ earuꝫ
ius ⁊ aqua colleṫ cū. ℥. ij. sirupi roſ. vl̓ viol̓.
aut cū aqua decoctionis prunoꝝ ⁊ zuccari: ⁊
deṫ totū ante diē. Deinde digeraṫ residuum
materie cū oximelle cōposito aut squillitico
aut cum sirupo acetoso dando ex eis omni
die in aurora cū aqua decoctionis cipi cap/
paris cū zuccaro dulcorata: et alterneṫ pre/
dicta purgatio omni septimana semel post

huius maturationē ita vt balneū aque dulcis tepide oī die frequētet̄ p̄terq̄ in die paroxismi qm̄ est vehemēter cōferens in digerendo materias grossas cū sui humectatiōe et subtiliatione mēsurata. Et si materia fuerit adusta qđ scies ex rubore vrine ⁊ fe. caliditate apud paroxismū sint oēs medicine leniores: ita vt in eis humiditas sup calefactionē dn̄etur: quare sufficit sirupus acetosus in digerendo ⁊ aqua casei in qua effusum sit epithimū p noctē inuoluendo. Si v̄o materia nō fuerit adusta qđ scies ex albedine vrine ⁊ fe. remissa caliditate apud statū paroxismi op₃ vt sint oēs ipsarū medicīe fortiores: ita vt in eis caliditas cū₃ humiditate equaliter dn̄etur: quare requirit̄ oximel in digerendo ⁊ mirabolañ. ⁊ sene atq₃ polipođ. in euacuādo donec gradatine ad lapidē lazuli ⁊ elleborum nigrū puenīamus: ⁊ ꝓpꝛie apud statum egritudinis cū materia pfecte fuerit digesta. Tūc nāq₃ cōuenit ipm eradicare cum medicinis fortibus: vt sunt pillule de lap. armeno ⁊ pillule de elleboro nigro q̄s diximꝰ cap̄. de melā. Et medicine cōmunes vsitate cōferentes in hoc sunt yeralogodion yera ruf̄f. dyasene cartaticū impiale. Hac igitur methodo reguletur patiēs: ita vt solutio iteretur post digestionē ⁊ digestio post solutionem: l₃ nō videas in eis magnū profectū statim a principio: quoniam est morbus difficilis eradicationis: verūtn̄ sub hoc regimine nequaq₃ ꝓlongat̄. ⁊ hec est eius cura per medicinas. Dicamus igit̄ consequenter de dieta. Sit omnis cibus eoꝝ humidus cum caliditate temperata: sicut sunt pisces parui petrosi elixi cū petro: aut conditi cū zinzibere ⁊ cinamomo aut assi sup prunas: carnes edorum pullorū castratorum agnorum annaliū et vitulorū lactantium cocte cum petro. ⁊ sicut sunt blete spinarcħ. rape dulces cocte cū carnibus eisdem. Et ex cibis ventrē leniter soluentibus sunt aqua decoctionis caulium recentiū condita cū sale ⁊ butiro. Simil'r et ius galli vetustissimi decocti cū aqua ⁊ sale in quo protectū fuerit aliquantulum polipođ. quoniā in eis sunt partes acute secessiue: ⁊ ꝓpꝛie si parum ex eis ante cibum vel malis sapidis dulcibus post cibum sumatur Abstineat a cibis ⁊ potibus sanguinē grossum generantibus: qm̄ multiplicant melācholiam ex quibus sunt caro ferina: caro bouina: caro porcina ⁊ hyrcina ⁊ oīs res vehementer salsa panis azimus ⁊ res frixe in sartagine quales sunt tortelle. Et ex oleribus sunt allia ⁊ caules: ex seminibus lentes ⁊ fabe: nisi fortassis cū corticibus lentiū intēdat leuem ventris solutionē. Et ex potibus sunt vinum rubeū albū grossu₃ ceruisia vel aqua frigida pura. Abstineat a coitu superfluo et ira ⁊ tristitia ⁊ labore: habitet assidue sub aere tēperato: ⁊ gaudeat solatijs: tripudijs ocio quiete ⁊ somno plurimo ꝑposse: nisi cū appropinquauerit paroxismus: tunc non cōpetit vt dormiat donec totū principiū transierit ⁊ paroxismus puenerit ad augmentu₃. Hec est ergo hmōi fe. cura: per oēs dies q̄etis sicut requirit̄. Sed nunc dicamus de regimine ipsius in die paroxismi. Cū igitur antecesserit tēpus paroxismi sit venter eius oīno vacuus a fecibus atq₃ cibis: ⁊ si nō aliter saltem cum suppositorio ⁊ clisteri: ⁊ cum superuenerit tremor aut horripilatio mitte ipsum in tynam aque dulcis calide aut totū aut saltem manus ⁊ pedes quoniam facilitabit paroxismum ⁊ faciet festinare caliditatē et prouoca in eo vomitū si fuerit possibile et si non aliter saltem cum oximelle composito aut sirupo acetoso in potu exhibito cum aqua calida decoctionis seminis aneti aut rađ. raphani premissa saturitate ex oleribꝰ et cepis ⁊ leguminibus ⁊ piscibus salsis: et proprie si materia nō fuerit adusta. Quod si si vomitus facilis fuerit ⁊ consuetus frequētetur multotiēs in diebus quietis. Cum autem frigus trāsierit ⁊ paroxismus peruenerit ad augmentum extrahe ipsum a balneo et pone ipsum super lecto molli ⁊ pannis calidis cooperi ipsum diligenter vt calor acceleret ad statum: ⁊ tunc in potu tribue aliq̄d ex prouocantibus sudorem: ⁊ propꝛie apud statum egritudinis cu₃ materia perfecte fuerit digesta q̄lis est potus aque calide in qua pul'. cardamoñ. aut gariofil'. cu₃ zuccaro fuerit bullitus. ⁊ pone circum corpus vndiq₃ apuesicas in quibus sit aqua decoctionis origani calamenti et florum camomille: quoniam faciet sudare: et cum sudor fluxerit: abstergatur gradatim cum pannis lineis calidis: quoniam poros aperiet et alium faciet succedere sudorem: et sic regatur do-

semen lini: ⁊ bibat vinū vetus clarū sup ipm
curat a ꝓprietate: similr ⁊ muscillago fenugre.
⁊ seminis mal'. ⁊ althee ⁊ psillij. Si potetur
vsifur. i. zinobrū cuz bibitur: accedit dolor for-
tis ⁊ corrosio in stomacho vel gutture atq3 in
testinis ꝓpter caliditatē vehementez quā ꝑ
adustionē acqsiuit quare fit fluxus vētris dif
ficilis: ita vt qnq3 sanguis egrediatur. Cura
ei⁹ est vt statim a principio fiat cura genera-
lis venenoꝝ opantiū a caliditate. Post hoc
vero sorbeat iura pinguia gallinarum. Et co-
medat cibos vnctuosos tēperatos in calidita
te velut est butirū: qm̄ lenificabit vias ⁊ fa-
ciet materias egredi per vomituz aut seces
sum. zimar. i. viride eris cuz bibitur: accidit
dolor ⁊ corrosio in gutture ⁊ stomacho atq3
intestinis: quare retinetur vrina ⁊ fit fluxus dis
sinthericus ⁊ qnq3 vomitus. Deinde cuz do
lor fortificatur: infrigidātur extrema ⁊ fit sinco
pis ⁊ ꝑfocatio. Cura ei⁹ est vt statim a prin
cipio fiat cura generalis venenoꝝ operātiū
a caliditate. Et si venter restrictus fuerit: lu-
brificetur cum medicina lenitiua vel cuz cliste
ri qd̄ fit ex viol. maluis ordeo depillato fenu
greco psillio althea ⁊ similibus coctis in aqua
ꝑfecte. De cuius collatura ⁊ oleo viol. ⁊ mel-
le fiat clistere qd̄ actu frigidū sepius iniicia-
tur. Qd̄ si fluxus vētris supuenerit ꝓposse re
stringatur. In fine vero rei ⁊ post vomitum atq3
euacuationē sorbeat assidue iura vnctuosa ⁊
gallinaruz piguiuz ⁊ porcelloꝝ: similr ⁊ brodia
butirosa. Bibat etiā sepius muscillaginem
fenugre. psillij seminis althee ⁊ semis mal'.
⁊ lini. Qd̄ si fastidiosum ⁊ abominabile fue
rit: bibat sirupū viol'. aut iulep cū aqua frigi
da. Et comedat butiruz cruduz cum bucella
panis: qm̄ lenit in visceribus: deinde bibat
lac acetosum ⁊ aquā frigidā ⁊ vinum grana
toꝝ ⁊ succum maloꝝ acetosoꝝ ⁊ berberis et
trifolij: qm̄ sui stipticitate ꝓhibent intestino
rum corrosionē ⁊ lenitiua cum stipticis alter
nentur. Et dixerunt expimentatores ꝙ vri-
na asini aut fel caprioli si ex ipsis. ʒ. j. potetur
cum aqua calida post curā generalem ⁊ eua
cuationē curat a ꝓprietate. Calx viua cū po
tatur: facit accidētia zimar. Et cura eius est
cura illius. Arsenicum vel auripigmētuz cuz
bibitur: facit accidentia zimar: ⁊ cura ei⁹ est
cura illius. Gipsum cuz bibitur: facit accidē
tia ceruse vel litbargiri: sed fit in eo difficul-
tas anhelitus maior: ⁊ cura eius est cura ce-
ruse. Alumen cum bibitur: facit tussim vehe-
mentē que cum perdurauerit: ꝑducit ad pti-
sim paulatine. Et cura eius est cura ptisis in
cibis ⁊ medicinis lenitiuis humectātibus ⁊
mundificantibus per sputum quare sorbeat
omni die in ieiuno lac recens asine vel capre.
Et comedat butirum crudū cum bucella pa
nis ⁊ lambat per diem penidias ⁊ zuccaruz
albissimum: ⁊ cuz tussis fuerit sicca: difficilis
bibat de sirupo liquiritie vel de ysopo. Squa
ma ferri cum bibitur: accidit dolor ⁊ mordica-
tio vehemens difficilis in stomacho ⁊ intesti

nis ⁊ quandoq; fluxus ventris superfluus ita vt fortassis ad dissinteriam perducat.

¶ Cura eius est vt si fluxus ventris non fuerit superfluus detur in potu medicina solutiua recens cum lacte acetoso: sicut est dragma vna vel dragma semis dyagredij vl' vncia semis electuarij de succo ros. ita vt materia expellatur per secessum. Post hoc vero dentur in potu sorbitiones vnctuose dicte in cura zimar vna vice post aliam assidue donec dolor mitigetur. Quod si fluxus valde superfluat: restringatur: vt docuimus capitulo de fluxu ventris capitulo de medicina effreniter laxante. Et dicunt experimentatores ꝙ si venter restrictus fuerit et dolor fortis detur in potu dragma vna pulueris magnetis cum aqua calida: quoniam congregabit squamas separatas. Et post hoc per duas horas dentur solutiua primo quidem lenia velut iura pinguia ⁊ brodia butirosa: quoniam facient ipsas egredi per vomitum vel secessum. Quod si lenia non suffecerint ad fortia gradatim procedatur. Realgar cum bibitur: facit accidentia zimar: sed est malitie deterioris ⁊ citius interficit. Cura eius est cura zimar. Sed o ꝙ parua est eius cura cum iam impresserit eius operatio ⁊ superuenerit dissolutio virtutis ⁊ sincopis pfunda. Argentum viuum cum bibitur ilico egreditur cum dispositione sua per inferiora: ⁊ siquidem fuerit non extinctum ledit stomachum et intestina cum dolore et torsione atq; inflatione ex frigiditate sua actuali priusq; egrediatur per inferiorem regionem: quare inflatur ex eo corpus totum ⁊ retinetur vrina ⁊ magnificatur lingua et mollificantur membra omnia velut in paralisi et apoplexia. Si vero fuerit sublimatum est nocitiuum valde atq; corrosiuum propter caliditatem maximam quam per adustionem acquisiuit: quare inducit dolorem ⁊ mordicationem vehementem in visceribus priusq; egrediatur. ⁊ sequitur fortassis fluxus ventris sanguineus ⁊ dissinteria perniciosa. Et cum funditur in aurem siue fuerit sublimatum siue viuum est penetratiuum incisiuum ex subtilitate sue substantie ⁊ fluxibilitate: quare accidit in capite dolor vehemens ⁊ permixtio rationis: ⁊ quandoq; ducit ad spasmum et epilepsiam aut ad mollificationem et apoplexiam propter lesiones fortem cerebri ⁊ panniculorum eius. Et dicunt quidam auctores ꝙ argentum viuū ē frigidum ⁊ humidum in quarto gradu: et quidam ꝙ sit calidum in eodem. Et videtur nobis ꝙ vtriq; verum sapiant. Est nanq; frigidum vehementer secundum suam actualitatem ⁊ operationem primam: quare est mollificans ⁊ paraliticum faciens cum quis gestauerit ipsum tempore longissimo aut eius fumum cum aduritur attraxerit per nares. Est autem calidum vehementer secundum suam cōplexionem ⁊ virtutem ⁊ operationem secundam: quare est incidens ⁊ corrodens ⁊ adhuc magis dum fuerit sublimatum. Uerum qualitercunq; res se habuerit: fiat cura generalis venenorum operantium a proprietate que fere vna est ⁊ eadem omnino. Post hoc vero oportet cōsolidare accidentia que sequuntur: quoniam si sequitur fluxus ventris plurimus ⁊ dolor fortis intestinorum que significant: quoniam virtus calida dominatur in ipso super frigida dentur confectiones frigide dicte ibidem gradatim procedendo donec ad narcotica perueniatur et restringatur fluxus proposse: sicut diximus in capitulo proprio capitulo de medicina effreniter laxante. Si vero sequitur paralisis et mollificatio membrorum que significant quoniam virtus frigida dominatur in ipso super calidam. dentur confectiones calide sicut dyamargaritō tyriaca vetustissima metridatum. Et fiant que diximus in cura generali venenorum operantium a frigiditate. Et dixerunt experimentatores ꝙ in causa calida confert bibere lac caprinum in plurima quantitate ⁊ lac acetosum ⁊ exercitari super ipsum motu forti assiduo: quoniam refrangit eius caliditatem ⁊ dolorem mitigabit ⁊ expellit materias deorsum per secessum. In causa vero frigida confert vna vice post aliam in potu sumere dragmas tres mirrhe cum vino veteri amaro aut ydromelle: similiter et vinum decoctio. absinthij ysopi et rutbe. Cum autem infusum fuerit in aurem nequaquā agitetur cum tenta vel radio: quoniam fieret magis furiosum: sed leniter inclinet patiens caput suum super aurem lesam ⁊ saltat super pedem lateris eiusdem donec egrediatur. Et si non sufficit: p-

nocetur sternutatio cum pipere vel condisi: ita vt os ⁊ nares obturentur. Quod si adhuc nõ sufficerit: fiant oĩa que diximꝰ ca. de surditate. ⁊ solicitet medicus in eius euacuatione: qm̃ cũ nõ educit: corrodit cerebrũ ⁊ piã matrẽ: ⁊ demũ interficit cũ dolore vehementi. Napellꝰ cũ potat apostemant labia oris et lingua ⁊ egrediunt oculi ⁊ fiunt sup ipm vertigo ⁊ sincopis ⁊ tenasmõ ⁊ raro euadũt aliqui ex eo: qm̃ est venenum a proprietate. Qd si subito non moriant: cadunt in febres ethicã aut ptisim: ⁊ sagitte illinite ex succo eius interficiũt subito quẽ tangunt. Cura eius si fuerit possibilis est vt statim a principio fiat cura generalis venenoꝝ operantiũ a pprietate. Post hoc vero detur in potu tyriaca optima cũ vino ⁊ musto: aut detur metridatũ aut dyamargariton aut dyamuscus cũ vino decoctio. capparis macis ⁊ croci vna vice post aliã assidue: quoniã resistũt hmõi veneno a pprietate: si tamẽ resisti sibi poterit per artẽ quoquomõ. Et si vomitus tardaretur: possunt dari ante ipsum: lʒ tũc minus operent. Euforbiũ cũ bibitur: facit accidentia ʒimar: ⁊ cura eius est cura illius. Titimalus cũ bibitur aliq̃d ex generibus lactis fiũt accidẽtia ʒimar ⁊ cũ facies aut manꝰ ex eis liniũtur: surgit in tumorem ⁊ discoloraẽ velut facies leprosoꝝ. Et dicit cp.ʒ.ij. ex lacte huiusmodi inficiunt potantẽ. Sunt aũt titimali.iij. species famose. scʒ anabula cuius succo vtimur: esula cuius radice vtimur: ⁊ cathaputia cuius semine vtimur. Cura eoꝝ omniũ cum in potu assũmũtur est cura ʒimar in stipticando ventrẽ atq; leniendo dolorem: sed oportet vt sit maior intentio ad fluxum restringẽdũ cũ cibis ⁊ potibus ⁊ balneis clisteribus frigidis stipticis vehemẽter. Qd si dolor ⁊ corrosio fortis sit in visceribus lenitiua cum stipticis alternentur: vt docuimus ibidẽ. Et ex balneis vehementer stipticantibus est aqua pluuialis aut cisterne postq̃ in ea fracte fuerint rose balaustie corti. granatoꝝ papaueris folia fructus rubi pira pontica mala acetosa nespille sorbe galle cipressi cupule glandiũ folia vitis agrestis berberis ⁊ sitia in aqua cuʒ tepida fuerit balneet vsq; ad vmbilicũ paruʒ post parum ne virtus ex eo debilitet ⁊ spargatur aqua ro. sup faciem ⁊ pectus: ⁊ naribus instilletur. Ex cibis aũt stipticis sunt risum panicum citonia sorbe nespille pira lentes excorticate aut bis cocte relecta prima aqua ⁊ expressa diligenter. similiter ⁊ pultes ex farina simile conditi cum lacte vstulato. Similiter ⁊ caro pullorũ assa atq; condita cum cera recenti ⁊ adipe renuʒ caprarum vel hircorum simul ad ignẽ in sartagine dissolutis ⁊ roratis super assaturam. Ex potibus stipticis sunt vinuʒ rubeum põticum mixtuʒ cum duplo aque pluuialis aut aque in qua ferrum ignitum fuerit extinctuʒ similiter ⁊ aqua deco. sumach ⁊ mirtillorum cum zuccaro ro. dulcorando. Clisteria stiptica preciosa diximus ca. de dissinteria. Electuaria stiptica diximus cap. de sputo sang. Et trocis. de karabe sublimes ca. de mictu sanguinis. Cum autem lac titimali linitum fuerit super faciẽ aut membrũ aliud inũgatur ex vnguento albo famoso aut citrino: qd si non suffecerit: fortificet eius ṽtus cũ cerusa aut litargiro. Mesereon ⁊ cocognidiũ cum sumuntur in potu immoderato vsu ⁊ sine proprijs tyriacis faciunt accidentia titimali. Est autẽ mezereon herba cuius folijs vtimur sed cocognidium est semẽ eius quod est malitie peioris. Et dicitur cp.ʒ.ij. in potu exhibite sunt perniciose: plus tamen vel minus ſm virtutem assumentis. Cura eoꝝ est cura titimali. Scamonea ⁊ dyagredium cum bibuntur sine suis correctorijs ⁊ vsu nõ moderato faciunt accidentia titimali. Est autem scamonea dicta priusq̃ assetur in citonio vel torrefiat super lamina ferrea acuta: post hoc vero dyagredium appellatur: et sic scamonea est malitie peioris quare dicitur cp.ʒ.ij. ex ea interficiunt potantem plus tamen vel minus ſm virtutem assumentis dyagredij vero vncia semis vel circa id. et cura eorum est cura titimali. Aloes cum bibitur dosi superfluente ⁊ cum additione piperis aut sinapis aut aliorum acutorum et postpositione stipticorum facit accidentia titimali ⁊ aperit orificia venarum. primo quidem meseraicarum: dein earum que sunt in substantia epatis: ⁊ post hoc in membris remotis quare educit sanguinẽ bonũ p secessum ⁊ sequit sincop. ⁊ casus ṽtutis. Et cura eius ẽ vt ligent extrema vehemẽter: p̃io q̃dẽ superiora deinde inferiora. Et ponat vẽtose sicce magne sup epar stomachum vt attra/

bant suctione forti. Et post hoc ministrentur potus stiptici: similiter ⁊ balnea q̄ diximus in titimali cura. Elleborus cum sumitur in potu vsu immoderato facit angustiā circa cor ⁊ stomachū: ⁊ si fuerit albus accidit vomitus fortis assidue donec cadere faciat virtutē. Si vero accidit fluxus ventris corrosiuus donec ad dissinteriā pducat. Et dicitur q̄ albus interficit canes a pprietate. Niger vero homies si ex ipo .3. ij. vel tres assumātur. Cura eius est cura titimali. Ciclamē cum bibitur vsu imoderato facit fluxum vētris superfluere vehementer. Et cura eius ē cura titimali. Cucumer asininus cum succus eius bibitur dosi superfluēte faciet ventrem currere vsque ad sincopim ⁊ mortē. Cura eius est cura titimali. Opiū cum bibitur: accidit stupor ⁊ frigiditas extremorū ⁊ singultus ⁊ vertigo ⁊ oculorū tenebrositas cum grauitate magna ⁊ color faciei ⁊ labiorū oris ⁊ vnguiū fit plumbeus. Deinde cū virtus eius magis impresserit: accidit difficultas anhelitus ⁊ amissio loquele ⁊ subeth ⁊ spasmus. deinde pfocatio cū frigido sudore. Et dicitur q̄ .3. ij. vel iij. ipsius interficiūt potantē ⁊ pprie si fuerit frigidus per naturā vel etatē ⁊ ipm potauerit cum modico vini albi ⁊ vaporosi qd̄ eius virtutem cito deleget p venas ad cor ⁊ cerebrū preter q̄ resoluat. Si vero fuerit cholericus aut sanguineus p naturā ⁊ in etate adolescentie vel iuuētutis dosi indiget ampliori. Cura eius est vt statim a pncipio fiat cura gnalis venenorū operantiū a frigiditate. Post illud aūt detur in potu vna vice post aliā vinum decoctiōis castoris ⁊ piperis. Et sumat ex tyriaca optima in q̄ aliqd balsami ponatur si fuerit possibibile ⁊ comedat allia ⁊ nuces super ipsum assidue: qm̄ calefaciendo conferunt vehementer. Similiter ⁊ vinū albū vetus amarū bibitū in multa quantitate donec sudet et calefiat ⁊ moueatur. Et dicunt experimentatores q̄ ista cōfectio est eius propria tyriaca. ℞. asse fetide casto. piretri piperis mirrhe sauine. an. q̄tum volueris de vnoquoque terantur ⁊ conficiantur cū melle: et detur ex ea assidue cū vino calido puro veteri amaro: similiter ⁊ quodlibet simpliciū est conferens sui qualitate potēti. Nux mecha cū bibitur: facit accidētia opij: ⁊ dicitur q̄ .3. b. ex ea somnū profundū inducit. q̄ si ad .3. ij. procedatur: interficit cū somno. Cura eius est cura opij. Iusquiamus cū bibitur ex semine eius mollificatur corpus ⁊ magnificatur corpus et egreditur spuma ex ore ⁊ rubēt oculi velut strāgulati ⁊ sensus obscurantur ⁊ fit asma ⁊ pmiscetur ratio ⁊ superuenit spasmus ⁊ epilepsia et qnque rugiūt voce horribili atque rauca. Et niger est in hoc deterior albo. verūtn̄ vterque ipsorū est debilior q̄ sit opiū vel nux mecha: ita vt fortassis .3. iij. vel quattuor ad minus efficiant accidētia predicta. Cura eius ē cura opij oino. Uua vulpina cū bibitur: surgit velut lactis sapor in ore bibentis ⁊ induratur lingua ⁊ color faciei offuscatur ⁊ superuenit vomitus ⁊ singultus ⁊ fluxus ventris dissintericus cum mucositatibus ⁊ squamis intestinorum. Cura est vt statim a pncipio fiat cura generalis venenorū omniū que est vt festinetur ad euacuationē subitā per vomitum ⁊ secessum. Post hoc vero sumat in potu lac caprinū vel asininū in multa q̄titate ⁊ moueatur fortiter sup ipsum: qm̄ malitiam eius refrangit: corrosionē phibet ⁊ ipsius reliquias euacuat per vomitum vel secessum. ⁊ si fuerit lac acetosum: aut lac vstulatum fortius opabitur hoc idem. In fine vero rei cum dolor ⁊ corrosio cessauerit oino detur tyriaca ⁊ elec. calida cū vino vt alterent malā complexionem frigidā derelictā. Est nanque venenum hmōi mortificatiuum ⁊ corrosiuum sed maior cadit timor in corrodendo q̄ mortificando. Fungus. Cū ex aliquo genere fungorū plurima q̄titas sumitur in cibo ⁊ proprie sine pipere aut alijs acutis ⁊ in corpore frigido per naturam vel etatem accidit singultus ⁊ pūctura circa stomachum ⁊ difficultas anhelitus ⁊ inflatur venter ⁊ infrigidatur corpus totū ⁊ minoratur pulsus. Cura eorū est vt statim a principio fiat cura generalis venenorū operātium a frigiditate que cōsistit in euacuatione plurima per vomitum ⁊ secessum: post illud fiat cura opij supradicti. Psilliū cum recens assumitur in potu sub multa q̄titate facit accidētia fungorū. Coriādrū cum recens comeditur in q̄titate lib. s. aut succus eius bibitur in q̄titate ptis. iiij. lib. s. facit accidentia opij. Et cura eius est cura opij oino. Mādragora cum potatur sub dosi excedēte facit accidentia opij sed est malitie minoris. ⁊ cura eius est cura illius oino. Cātarides cū bibūtur: accidit dolor et corrosio in stomacho ⁊ meri ⁊ intestinis: ita

vt qñq sequat solutio ventris fluxus vehe/mens e sincop. ⁊ pmixtio rõnis ⁊ dolor pte ditur vsq ad extrema corpis transiẽs p ypocundria ⁊ inguina vsq ad coxas ⁊ crura. Et hec oia pueniunt ex earũ qualitate sola. verum qd ex pprietate accidit: est vt siue p in/terius siue per exterius ministrent in potib⁹ vel emplis ledant vesicam lesione vehemẽti ita vt alteret ⁊ assidue appetat mingere p/pter qd mingat: ⁊ qñq mingit sanguinẽ purum modicũ subtilẽ cũ venit ex vesica: ⁊ qñ/q sanguinẽ purũ plurimũ nigrum cõdensatum cũ ex renibus pcedit quare fit dolor maximus circa pectinẽ ⁊ sumen. ⁊ inflat virga vehementer. Cura eax est vt statim a principio fiat cura gñalis venenox operantiũ a q̃litate donec tota materia euacuet p vomi/tum ⁊ secessum. post hoc vero mitiget dolor et corrosio intestinox ⁊ stomachi sorbitioni/bus lenitiuis vnctuosis ⁊ clisterib⁹ frigidis humectatiuis q̃ diximus in cura zimar. q si fluxus ventris supfluat sicut docuim⁹ in cu/ra titimali. Deinde vo mitiget dolor ⁊ cor/rosio q̃ fit in vesica ⁊ regionibus vrine cũ si/rup. frigidis ⁊ cũ trociscis de alkekengi et cũ collirijs iniectis per siringã ⁊ cũ balneis et vnguẽtis conferẽtibus que oia pposse iam scripsimus ca. de vlcere ⁊ scabie in vesica. et ca. de ardore vrine. lib. j. Stafisagria cũ bibitur dosi supfluente facit accidentia cãtarid. Et cura eius est cura ipsax. Stellio cũ assumitur eius caro aut bibit liquor in quẽ ceci/derit: fiunt accidẽtia cãtarid. fm ysophagũ stomachũ atq intestina sed nõ fm vesicam. Et cura eius est cura cantarid. Ydrus cũ bibitur ei⁹ caro aut aqua in q̃ habitat aut morit: aut facit accidẽtia cãtarid. Et cura ei⁹ ẽ cura cãtarid. Rana seu buso cũ bibit aqua in quã piecerit saliuã aut in qua morat: in/flat corpus ex ea vehementer velut in ydro/pisi ⁊ fit eius color liuidus cũ citriuitate p/mixta ⁊ accidit dolor ⁊ angustia in stõacho ⁊ meri atq intestinis ⁊ difficultas anhelit⁹ velut pfocati ⁊ sensuũ obtenebratio ⁊ vertigo ⁊ pmixtio rõnis. Et cũ eius malitia impresserit magis fit spasmus aut thetanus ⁊ ventris solutio fortis ⁊ vomitus ⁊ emissio sper/matis vna hora: post hoc superuenit sincop. mortalis ⁊ pauci saluant ex ea. q si qs eua/serit nõ retinebit dentes ⁊ hec est pprietas sua specialis ex mollificatione gingiuarum quã induxerit. Cura ei⁹ est vt statim a pnci/pio fiat cura generalis venenorũ operantiũ a pprietate donec tota materia vel maior eius pars euacuet per vomitũ ⁊ secessum. Deinde pcedat ad curã pprietatis venenose cũ potu tyriace veteris electe ⁊ metridati dando ex eis vice post vicez cũ vino claro donec malitia veneni refrangat ⁊ virtus natu/ralis confortet. In fine vero rei cõsiderentur accidentia q̃ remãserunt. Et si remãserit vẽtris inflatio det dyacucurma maior ⁊ minor et fiant oia q̃ diximus cap. de ydropisi. §. de ascite siue se. Si vo remãserit spirituũ ob/scuritas ⁊ mollificatio mẽbrox: fiant oia q̃ diximus ca. de paralisi p totũ. Uitulus aqticus est vermis puus longus velut duox cu/bitorum coloris subalbidi habitãs in palu/dibus ⁊ aquis corruptis ⁊ credit ab aspiciẽtibus q fit pilus caude equine ppter simi/litudinẽ ad ipm. Et cũ assumit in potu facit accidentia ranax. Lepus marinus cũ bibit facit accidentia cantarid. Et cura eius ẽ cu/ra earũ. Ceruus cũ assumit in cibo: extremitas caude ceruine facit angustiã vehemẽtez in stomacho ⁊ intestinis ⁊ qñq sincopim et mortẽ. Cura eius est vt statim a pncipio fiat cura generalis venenorũ operantiũ a pprietate donec materia educat totaliter vel pro maiori parte. Post illud vo in potu vicibus frequentatis tyriaca optima cuz vino claro aromatico. Et dicũt expimentatores q ista cõfectio est eius pura tyriaca. Rx. auellanax fisticox fellis equini. añ. terant ⁊ incorporẽtur cũ melle vel zuccaro ⁊ dent in potu vna vice post aliã cũ vino pdicto. Fel. Oĩe gen⁹ fellis cũ assumit in cibo vel potu est ex genere venenox ⁊ facit accidere vomitũ cholericũ ⁊ sincopim. Et dicit q fel leonis aut leo/pardi inficit illico potantẽ. Et fel canis aq̃/tici aut canis rabidi cũ sumit ad q̃titatẽ lentis inteficit infra. vij. dies quos si ptranseat fiet spes salutis.

¶ De cura speciali venenox approximatox p exterius: vtpote morsu vel pũctura: aut vulneratione cũ gladio aut sagitta toxicata. Caplm. iij.

BEs venenose q̃ per exterius exhi/bite interficiunt nostrũ corp⁹ sũt generũ diuersox. Sũt nãq ex eis

minere ⁊ plāte atq; aīalia de q̇bus per ordi/
nē famosiora atq; vtilia ꝑcurramus. Si vide
tur necessarium vnūquodq; ipsoꝝ operet̃ a
ꝓprietate: qm̄ rarū est vt virtute alia valeat
corpus hoīs trucidare. Napellus cū ex suc/
co ei⁹ recenti gladius cū tela ꝑtingit̃: interfi/
cit quē reperit hora vna. Et nō videt̃ ei cu/
ra possibilis. q̄ si quid cōferre poterit: est ty
riaca magna andromaci ⁊ post ipsam tyria/
ca gal'. cū dissoluit̃ in vino vel aqua ros. ⁊ in
tra vuln⁹ ⁊ extra pungit̃ oīquaq; ⁊ dat̃ ex eis
in potu vna vice post aliaꝫ incessanter. q̄ si
per hmōi patiens senserit alleuiationē: pro/
cedat̃ illico ad curā gn̄alē morsuū ⁊ punctu/
raꝝ venenosaꝝ quā dixim⁹ in fine ca. gn̄alis
vbi etiā signa certa generalia atq; infallibi/
lia euidenter descripsimus. Realgar cū lini
tur sup gladiū vel sagittaꝫ vulnerantē facit
dolorē ⁊ corrosionē plurimā: ita vt si nō suc/
currat̃ totaliter corrūpit mēbrū ⁊ eius opa/
tionē. Cura ei⁹ est vt statim a principio fiat
cura generalis sup̄dicta sꝫ opꝫ vt empl'a fri
gida cū attrahētib⁹ ibi positis alternent̃ ne
malitia veneni reddat̃ furiosa. Fiūt ėmpl'a
attractiua ex rebus calidis: vtpote ficubus
⁊ sinapi ⁊ fermento ⁊ stercore colūbarū atq;
sil'ibus vice vna ⁊ emplastra mitigatiua re/
p̄ssiua ex reb⁹ frigidis: vtpote solatro semp
uiua lactuca cicorea folijs papaueris ⁊ sil'ib⁹
vice alia donec corrosio securet̃: neq; securet
medicus ad consolidationem labiorum do/
nec tota malitia veneni radicitus exhalarit.
Arsenicū sublimatū cū acciderit ex eo vuln⁹
facit accidentia realgar. ⁊ cura eius est cura
illi⁹. Vipa cū morsum in quē fecerit dētibus
aut puncturā cauda sua egredit̃ prio san. pu
rus: deinde per horā vnā san. spumosus pro
pter ebullitionē veneni ⁊ post hoc virus ci/
trinū aut viride cenosum quare surgit dolor
vehemens ⁊ apostematur mēbrū totū ⁊ sur/
gunt botbor ⁊ pustule minute velut ab igne
vl' aqua bulliente. Verū cū ambulauerit ei⁹
malitia ꝑ corpus inflat̃ ⁊ fit rigor ⁊ frigidi/
tas extremoꝝ: n̄ q: venenū sit frigidū: sꝫ ꝓpt̃
opressionē sil'r ⁊ resolutionē caloris naturaľ
ex caliditate veneni: et qn̄q; supuenit vomi/
tus citrinus ⁊ singult⁹ ⁊ vertigo ⁊ fluxus san
guis nariū. In fine vero sudor frigidus dimi
nutus ⁊ sincop. donec mors infra diem septi
mū vt plurimū subsequat̃. Et masculi quidē
sunt deteriores femell'. ⁊ discernunt̃ ex hoc
quoniam masculus hꝫ vnū dentē solū quare
et facit foramem vnicū ex vtraq; ꝑte mem/
bri lesi: femella vo plures. Et iterū magni
sunt deteriores ꝑuis ⁊ senes iunioribus ꝓpt̃
siccitatē sue cōplexionis ⁊ famelici repletis
⁊ irati mansuetis ⁊ montani paludinosis. ⁊
in estate atq; autūno peiores sunt q̄ hyeme
et vere. Et sputū eius cū sumitur in cibo vel
sanguis q̇ fluit ex cauda sua cū occidit̃ aut fel
ipsius interficit ilico sumentē ⁊ inflat̃ ex eo
corpus vehemēter ⁊ fit dolor ⁊ angustia for
tis valde donec supueniat sincopis ⁊ mors.
Et dixerunt experimentatores q̄ lingua vi
pere cū siccat̃ ⁊ custoditur ne putrescat alte
ratur in colore ⁊ citrinat̃ ⁊ velut sudorē rori/
dum modicū acquirit cū venenum accesserit
ad ipsam: ⁊ ꝓprie cū ponitur inter res frigi
das siccas moderate velut ē sal ⁊ arena: quo
niā tunc vapor venenosus magis sup ip̄am
aggregat̃. Et idcirco sup mensas principuꝫ
ponit̃ ⁊ magnatū. Cura eius ē cura gn̄alis
siue per exterius: siue per interi⁹ obuiauerit:
neq; reperit̃ scriptū aliqd̃ certū ⁊ ꝑfectū p̄t̃
curas gn̄ales. Verūtn̄ emperici dixerunt q̄
multiplicatio somni ⁊ potatio vini boni plu
rimi: ⁊ vsus assiduus tyriace optime intus ⁊
exterius aut metridati optimi confert specia
liter in isto veneno ꝓpter resolutionem spi/
rituum plurimā ⁊ maximā quam efficit suo
calore forti. Neq; dentur in potu cōfectiōes
frigide: quia calorēꝫ veneni aggregant ⁊ na
turalem debilitant vehementer: sed calide
acute quoniā venenū subtiliant ⁊ resoluūt si
cut est tyriaca optima exhibita cum vino plu
rimo veteri amaro ⁊ modico aceto. similiter
⁊ allia ⁊ sinapis ⁊ semen cicute ⁊ assafetida
⁊ piretrū ⁊ mirrha ⁊ gentiana piper casto/
reū. aristologia rotunda ⁊ omnia coagula: ꝓ
prie tamen coagulum leporis ⁊ squilla aco
rus ⁊ asarum rutha ⁊ oppoponacuꝫ: siue po
tentur: siue supra vulnus emplastrentur quo
quodo possibili conuenienti. Et ex eisdem
plurimis bonis est illud quod fit ex pulis vi
uis per medium scissis ⁊ actu calidis frequē
tatis super locum ⁊ quod fit ex ranis siccis.
Et quod fit ex carne vipere si potest haberi:
et quod fit ex sauina ⁊ baccis lauri ⁊ squilla
assata et farina orobi et sinapi ⁊ floribus
camomille simul mixtis et perfecte contri/

tis ⁊ incorporatis cum oleo laurino vel oleo de iunipero vel laterino vel benedictino: vl' melius adhuc omnibus oleis foret balsamus si posset haberi. Dixerunt etiã ꝙ si hõ lesus a vipera bibat vrinã hois non lesi curatur. Conferũt preterea ⁊ res vnctuose in cibo assumpte: velut sunt butirum nouũ vel vetus plurimũ sumptũ cum bucella panis ⁊ iura gallinaꝝ pinguia ⁊ nuces: et oleũ: qm̃ sui viscositate aut hũiditate forti opprimũt caliditatẽ veneni ⁊ in se trahunt ne per corpus dilatet̃: et fortassis educũt per vomitũ aut secessum. Dixerũt etiã ꝙ virga ceruí assata ⁊ comesta hora dispositiõis veneni multum cõfert: in fine ẽo rei ⁊ cum tumor et inflatio corpis ⁊ angustia fuerit minorata inducat̃ sudor atq; exercitiũ et labor fortis in ieiuno: ⁊ phibeat̃ a somno ppósse. Et balneetur in aqua tepida in qua sint cocte flores camomille mellilotum ⁊ anetũ donec veneni reliquie resoluãtur. Scorpio cũ fecerit puncturã in membro aliquo p aculeum sue caude tumet et inflatur cũ tumore forti ⁊ dolore: et si nõ succurrat̃ pãbulat: inflatio totũ corpus donec pueniat ad mẽbra nobilia et eorum operationẽ destruat ⁊ sic vitam tollat. Cura eius est cura gñalis cũ ventosis ⁊ emplastris attractiuis posit̃ statim a pñcipio super locum: et fortassis opus fiet cauterio si nõ sufficiãt predicta. Et dixerũt experimẽtatores ꝙ si locus inũgatur sepius cum oleo de scorpionib' quod diximꝰ ca. de calculo in renibus et vesica. C. de empericis. confert a proprietate. Sed oleũ antiquũ in quo puluis euforbij fuerit dissolutus aut allium coctum cum vino cõfert sui resolutiõe vehemẽti. Similiter ⁊ vetusta tyriaca et metridatũ et ois confectio vehemẽter calida siue p interius siue p exterius applicetur. Aranea cũ membrũ stimulauerit: facit accidẽtia scorpionis et qñq; deteriora illis ita vt extrema infrigidẽtur et venter ingrosset̃: et virga erigatur ex multiplicatione ventositatũ in corpore plurimarũ. Cum autẽ in potu sumit̃: inflatur collũ ⁊ venter et egrediũtur oculi. Et fit angustia in stõacho et itestinis donec sincopis et mors sequat̃. Cura eius cũ fecerit puncturã est loci ventosatio fortis cum scarificatione: ⁊ post hoc eius emplastratio cum ruta ⁊ absinth. calce ⁊ cinere simul incorpatis cum aq̃ calida et sudor in balneo sicco et sepeliri in arena calida: vel stercore bouino vel cinere calefacto in fornace ⁊ sumere i potu tyriacã cum vino puro vna vice post aliã assidue ⁊ cõfectiones calidas sepe dictas et semẽ nigelle ppꝛie ⁊ se. apij. ⁊ assam fetidã donec dolor ⁊ tumor cessauerint oino. Cum autẽ in potu sumatur: fiat ilico cura gñalis venenoꝝ opantium a ppꝛietate. Rustela est aĩal silẽ aranee sed hꝫ crura lõgiora ⁊ eiꝰ puctura facit accidentia aranee. ⁊ eius cura est cura illius. Basiliscus q̃ cognominatꝰ est regulus: qm̃ caput hꝫ velut coronatũ seu qm̃ cunctis animãtibus sui potenti malicia dominat̃. Ipse nãq; nõ tm̃ sputo vl' morsu interficit verũ ⁊ visu solo. Qm̃ est eiꝰ venenositas adustiua vt vapores sui corpis aerẽ reddãt venenosũ q̃re nullũ aĩal viuere põt circa suã speluncã ⁊ herbe ⁊ plãte virides arescunt cũ serpit sup eas. Et si q̃s ipm gladio vel lãcea tetigerit: morit̃ velut ex pũctura. et dicit̃ ꝙ gñat̃ ex ouo galli decrepiti qñ sup ipꝫ bufo cubat ⁊ fouet velut gallina pullos suos. Sꝫ nos magis credimꝰ ꝙ sit aĩal gñatum ex sibi silĩ queadmodũ ⁊ bufo: qm̃ i india maxie multiplicant̃ ⁊ in nubia q̃ sũt regiones calẽ vehemẽter. Et nõ ẽ ei cura oino q̃re cũ videris hoiem interimi subito sine cã manifesta ⁊ in loco de hoc suspecto hoc scias fieri ppt̃ basilicũ. Et dixerũt empici ꝙ sola mustela hꝫ a ppꝛietate interficiẽdi ipm et in hoc psistit fortior leone aut milite armato. Armena est aĩal silẽ basilisco in figura ⁊ opatione preter ꝙ nõ interficit hora vna sicut basiliscus: sꝫ infra. iiij. dies. Sed idcirco apud medicos sagitte toxicate sagitte armene nũcupãtur aut fortassis ideo ꝙ apud armenos fuit reptus primus eius vsus. Aspis et ydro sunt serpẽtes venenosi quorum est ppꝛietas vt quem tetigerit morsu vel punctura interficiant infra. ij. vel tres horas neq; est eius cura. Canis cum est rabidus interficit suo morsu nisi subito succurratur. Fit autem rabidus per adustionem humoꝝ sui corporis ⁊ cõuersionem cõplexionis naturalis in melancholiam adustam queadmodũ in hominibus fit mania canina. Et signa canis rabidi et morsus eius sunt rubor oculorum et proiectio lingue extra os ⁊ intromissio caude inter crura et spuma currens

ex ore ⁊ raucedo vocis ⁊ abhorrere socios ⁊ natos quare currit solitarius ⁊ vult inuadere cui obuiat ⁊ fugiūt ab eo canes. Et dicit ꝙ si liniat panis ex sanguine currēte ex morsu canis rabidi non cōedunt eū canes alij. Et si emplastret vulnus cum mica panis et ꝓijciatur galline nō comedet ex ea. Cū igit canis hmōi momordit hoiem ⁊ sibi pꝰ alios dies ⁊ ad minus inter dies .xl. ⁊ q̄ttuor menses supuenerit timor aque vehemēs ⁊ raucedo vocis ⁊ dolor vulneris maior debito ⁊ dispositio ad opationes melancholicas scias ꝙ fuit morsura canis rabidi quare si nō succurratur: fit rabidus et ipse ita vt mordeat hoies quibꝰ silr accidet sicut sibi qm̄ est eiꝰ morsus venenosus ⁊ supuenit difficultas anhelitus velut in asmate ⁊ venter siccat ⁊ vrina qn̄q3 retinetur. ⁊ qn̄q3 mingitur vrina nigra ⁊ qn̄q3 lactea grossa valde quasi sint in ea canes parui ⁊ quandoq3 subtilis aquosa ꝓpter oppilationē ⁊ demum accidit prefocatio cum morte festina. Et dicit Auicē. ꝙ non euadet aliq̄s quem canis rabidus momorderit postꝙ timor aq̄ supuenerit qm̄ significat veneni malitiā totū corpꝰ ptrāsisse. Et dicit Ras. in diuisionibus ca. de mordicatione animaliū venenosorum. ꝙ morsus canis rabidi est sup alia venena maximi nocumēti: qm̄ est magis interficiens ꝙ alia ex eo ꝙ est eiꝰ conuersatio inter hoies per naturam. Cura eius ⁊ proprie in pn̄cipio infra tres dies ad plus cū3 adhuc est possibilis est vt statim fiat cura generalis morsuū venenosorum cū ligationibꝰ ⁊ ventosis emplastris attractiuis. silr ⁊ cauterio cum ferro ignito: ꝙ si nō videtur sufficere ⁊ membrū incipiat denigrari nō securabitur eger nisi membrū totaliter emutilet si fuerit possibile mēbru3 remoueri prout dictum est in cura generali. Et regat cum cibis ⁊ potibꝰ impinguātibꝰ corpus. Silr ⁊ digestionibꝰ ⁊ euacuationibus queadmodū in passionibꝰ melācholicis quas diximus ca. de perturbatione virtutū sensitiuarū. §. de mania canina. veru3 qm̄ in hmōi regimine cadit potus aque frigide necesse est vt exbibeat in vasis obturatis: ita vt ipsam nō videat: neq3 audiat cū potarit. Sunt preterea remedia quedā conferentia a proprietate queadmodum emplastrum ex rutha elixata ⁊ confecta cum butiro vaccino super locum. Et frequēs vsus medicine de cancro que sic fit. ℞. cinerum cancrorū adustorum cū3 suis corticibus sicut sunt in testa vel fornace. ℥. x. gentiane. ℥. v. thur. ℥. j. terātur oīa ⁊ cribellentur ⁊ misceant simul detur ex eo omni die statim a principio. ℨ. j. vel. ij. cum aq̄ frigida: qm̄ rabiem fieri ꝓhibet anteq̄ fit: ⁊ cū facta est: mitigat ⁊ decidit. Similiter ⁊ cerotum. ℞. aceti lib. vnā ⁊ ß. oppoponaci lib. j. dissoluātur adinuicē in casola ⁊ bulliantur donec fuerint inspissata in formā vnguenti cōtinue agitādo cum spatula donec fuerint pfecte cōmixta. Et cum infrigidatu3 fuerit: reseruetur omni die aliq̄d ex eo super corium extendatur molle albū ⁊ vulneri supponatur p̄missa cura generali: quoniā attrahendo mundificat ⁊ post hoc sanat. Ad idem etiam cōfert vnguentū fuscum famosum virtute potenti. Lupus cū3 fuerit rabidus facit accidentia canis rabidi. ⁊ signa et cura sunt sicut in cane rabido. Vulpes cū fit rabida facit accidentia canis rabidi. et signa ⁊ cura sunt etiā illius. Similiter est de mustela rabida. Homo cū3 fit rabidus ⁊ demonium habens lupinū seu maniā canina3 fit eiꝰ morsus venenosus ⁊ facit accidētia canis rabidi p̄ter ꝙ nō accidit timor aque nisi fortassis rabies fuerit a principio ex cane rabido: vt diximus superius. Et cura eius est cura canis rabidi. Est preterea cum morsus hominis aut alterius animalis est malus dolorosus preter ꝙ fit venenosus propter aliquam malam qualitatem calidamvel frigidam vehementer qua differunt indiuidua inter se sub eadem specie vel propter rē acutam: vtpote spinam vel vnguem aut dentes paruum derelictum in vulnere post morsuram quare tardatur consolidatio in eisquēadmodum accidit et in puncturis apum et vesparum et calcarium et fusorum filantiu3 mulieris et gladijs rubiginosis quare omnium vna et eadem est cura sc3 vt a principio fiat emplastrum super locum ex cepis crudis et sale ⁊ melle ⁊ cepis simul cōmixtis et incorporatis quod dimittatur supra vulnus per diem vnam et noctem: quoniam malam complexione3 alterat et vulnus seu morsuram dilatat: et mundificat partem perfecte. Similiter et emplastrum ex farina fabarum et rad. feni. coctis in aqua et aceto.

Deinde expressis et pistatis in mortario et incorporatis cũ melle dispumato. Postea vero cõsolidetur cũ vnguento fusco vsitato et proprie cũ timor est de spina vel vngue vel aculeo vel dente derelicto in vulnere efficaciter. et post hoc labia eius consolidat perfecte. Sunt aũt adhuc genera plurima serpentuz venenosorũ velut dracones et noiati surdi: sed nos ipsa pertermittimus: qm perparũ nobis obuiant in frigida regione. Et cũ obuiauerint: sufficiet in eis cura generalis.

¶ Tractatus quartus cuius sunt. xij. capitula. Primum est de decoratione capillorum.



Decoratio ẽ rectificatio dispositionũ malarum q̃ fiunt in corpore manifeste velut in capillis et cute verũ qm partes huiusmodi nõ sunt principales neq; nobiles per naturã que sint necessarie ad subsistentiã indiuidui: idcirco doctrina de ipsis nõ est nisi ad cõplementũ artis medicine. Dicamus aũt primo de capillis quorum decoratio cõsistit in depositionibus q̃ sunt eorum generatio et eorũ euulsio in locis in quibus id volumus et eorũ fixio et eorũ coloratio et eorum accidentiũ pseruatio et eorum crispatio vel rectificatio et eorum cõsolidatio cũ scindunt et eorum elongatio pfecta: de quibus oĩbus breuiter per ordinẽ dicamus. Generatio capillorum cũ nõ sunt similiter et eorum multiplicatio cũ sunt in membro in quo id volumus perficit ex reductiõe corporis ad caliditatẽ et siccitatẽ q̃ sunt cause pductiue capillorum cũ cibis et potibus medicinis calidis siccis per naturã fame et siti et exercitio forti in ieiuno: localia remedia virtutis cõsimilis fient post illud addidẽda. Fricet ergo locus oĩ die sepius cũ cepis et alijs aut sinapi aut spongia marina aut panno laneo aspero donec vlceret. Et illico post fricationẽ liniat ex vrina ppria actu calida aut lixiuio acutissimo facto ex cinere quercus aut oleo laurino aut oleo laterino aut oleo veteri in quo cinis capillorum vene. adustorũ fuerit dissolutus: qm post eius vsum et frequentiã diuturnã pullulabunt stipites capillorũ quos tũc abradere cõuenit omni septimana semel cũ rosario sicco sup loco se-pius refricato donec videant sufficienter inspissari. Ex quib' scire potes q; in corpe frigido et humido per naturã: sexum: regionẽ: et etatẽ difficile aut impossibile est pilos generare multos. Medicamen aũt nobile curans caluiciũ nõ factũ per naturam qd allopiciã medici vocauerũt sic fit fm Mes. in suo de appropriatis. ℞. euforb. spume maris fimi colũbini. aã. ʒ. ʃ. elli albi seminis ruthe mõtane radicũ canne combustarũ corticum auelanarũ adustarũ corticum castanearum nasturtij sinapis arthemesie stercoris muris sulphuris viui. spice capsie. ana. ʒ. ß. amigdalarũ amararũ adustarum cũ corticibus suis et capillorum veneris adustorũ corticis pini adusti thuris mirrhe. aã. ʒ. iiij. terant oĩa subtiliter et cribellent. Et fiat ex eis vnguentum cũ oleo de rafano vel laurino vel oleo ro. vel vino ro. si aliud pfto nõ sit cũ vino puro veteri amaro vel cũ succo cepe acute vel squille. Et ex illo caput vnge sero cuz vadis dormitum pmissa fricatione supdicta Et si fieret scarificatio añ fricationez meli' penetraret et dimitte sic per noctẽ totã capite vndiquaq; cũ pannis calis cooperto et in crastino laua cũ aqua decoctionis ficle et fabarum aut cũ lixiuio aut cũ vino veteri sine intermissione donec fueris curat'. et si volueris ipsum aromatizare: adde parum musci. Medicamẽ aliud fm eundẽ cõferens a pprietate sic fit. ℞. carniũ limaciarum et sanguisugarum et apũ et vesparum et salis cocti aã. p. e. pone in vase vitreato hñte foramina multa in fundo eius sicut cribratorium: et pone sub eo vas vitreũ et manabit post diẽ et noctem humiditas q̃ cõseruet in vase et qñ opz: fricet sup locũ calidũ postq; ipsum prius fricueris vehementer cũ panno aspero aut spõgia marina. Euulsio capillorum in quib' id volumus vtpote supcilijs aut manib' aut collo fit duob' modis. vno quidẽ tpali remouẽte capillos tñ nõ stipites eorũ: quare regñari possunt post dies paucos cũ psilotro qd sic fit. ℞. calcis viue. ʒ. ʃ. arsenici citrini. ʒ. ʃ. terant subtilissime atq; cribellent et cũ aq̃ calida incorporent velut in formã vnguenti liquidi: vel si magis fortificare volueris: pone ad solẽ calidũ p dies plurimos sumẽdo tantomagis de aqua a principio ne possit condensari et oĩ die cũ puluere recenti calcis viue et arsenici renouando donec ad tãtã acu-


tatē ꝓuenerit vt pēna illinita denudetur. Ex
hoc igit̄ vnguēto vngat̄ loc⁹ leniter sine fri/
catiōe in estuario vel alio loco vel mēbro in
clinato sup̱ saporem aq̄ calide: ⁊ cū ad horā
steterit ⁊ pili sint oēs corrosi abstergat̄ leni/
ter cū manu ⁊ abluat̄ locus cū aqua tepida
primo donec psilotrū totaliter abluatur: et
post hoc cū aqua frigida donec locus cōfor/
tetur. verū q̄m psilotrū est corrosiuū cauen/
dū ne defluat ꝑ mēbra circūquaq̧: quare li
niant̄ cū oleo rof. mixto cum albuminibus
ouoꝝ ⁊ aqua rof. vel populeon ⁊ fiet corro/
sio cutis in loco depillato. Consolidet̄ cum
vnguento albo vsitato. Alio modo euellun/
tur capilli radicitus: ita vt nunq̄ renascan
tur: sed illud est rarū ⁊ difficile valde. Extra
hant̄ igit̄ a principio radices singule capil/
loꝝ cū forpicibus:: ⁊ post hoc liniat̄ psilotrū
predictū dissolutū cū aceto in quo pul. opij
aut iusquiam⁹ fuerint dissoluti vndiquaq̧
sup̱ locū donec pori cutis indurentur ⁊ radi
ces capilloꝝ penitus auferant̄. Tūc ergo li/
nieris oi die sup̱ locū vnguētum inspissans
cutim ⁊ callosam faciēs quod sic fit. ℞. alu/
minis. ℥. ß. ceruse. ℥. j. dragāti gūmi arabici
san. draco. masticis thuris an̄. ℥. j. opij. ʒ. j.
terant̄ oia subtiliter ⁊ cribellentur ⁊ incor/
porētur cū aqua rof. vel oleo ro. vl' oleo mir
tino: vel succo nespillarū ⁊ prunorum pon/
ticoruʒ vel succo iusquiami recētis vel aqua
decoct. se. iusquiami addēdo in quolibet eo
rū modicum aceti. Et si capilli post t̄ps re/
generari videant̄: redeat̄ a principio ad cu/
ram totiēs donec cutis inspisset̄ et mala cō/
plexio cal'a alteret̄. Fixio capilloꝝ ꝑficit̄ cuʒ
reductione corporis ad crassitudinē ⁊ pingue/
dinē si fuerit macrū tenerū: aut ad extenua/
tionē ⁊ macillentiā si fuerit squallidū grossū
Duobus nāq̧ modis ꝯueniēs accidit casus
capilloꝝ. Uno mō ꝓpter siccitatē: stipticita/
tē: ⁊ strictitudinē poroꝝ velut accidit in senio
et post egritudines perdurātes. Alio mō ꝓ/
pter cutis mollitiē ⁊ pororū laxitatē velut in
ydropisi ⁊ cachetia: q̄re regat̄ corpus in cō/
trariū cū cibis ⁊ medicinis cōtrarijs ſm hu
miditatē ⁊ siccitatē tēperatis: nō ſm cal'ita/
tē ⁊ frigiditatē. Et purget̄ humor dn̄ans et
ꝓprie salsum flegma: ꝓut dicemus dicemus
ca. de scabie ⁊ pruritu. Localia vero remedia
post hoc ex rebus stipticis ministrent̄. Quo

rum primū atq̧ debilius est vt om̄i die mē/
brū abluat̄ cū vino rubeo pōtico: aut cū lixi/
uio debili facto ex aq̄ pluuiali ⁊ cinere quer/
cus ⁊ vitis albe: aut cū decoc. rof. balaustia/
rū plantaginis rubi cupularū glandiū mir/
tilloꝝ corticū granatoꝝ aut cū aqua calida
in qua pul. thuris ⁊ gūmi ara. ⁊ masticis fue
rint dissoluta. Sed fortius predictis est hoc
hoc vnguentū Mebeme f. ℞. corticū cāne ca/
stanearū ⁊ corticū auellanarum adustarū et
granoꝝ mirti. an̄. ʒ. iiij. absinth. gallarū ana.
ʒ. ij. terant̄ oia in vltimo atq̧ cribellent̄ ⁊ cuʒ
oleo rof. ⁊ mirtino cōficiant̄: addita cera ru/
bea sufficienti. Et inungat̄ ex eo caput rasuʒ
omni sero ⁊ in crastino abluat̄ cum aliquo li
quorū predictoꝝ. Itē vnguentū expertū. ℞.
capill. ve. adustorum corticū pini torrefacti
donec possit cōteri ⁊ puluerisari granorum
mirti granorū granatorum ⁊ cortic. eorū cor/
tic. nucū gallarū cipressi auellanarū adustaꝝ
cortic. papaueris cortic. rubi omniuʒ an̄. ℥. j.
terantur ⁊ cribellentur ⁊ conficiant̄ cuʒ oleo
rof. ⁊ modico lapdani vel terebentine ⁊ inū/
gatur ex eo actu calido vt prius. Et si ipsum
aromatizare volueris: adde calami aromati
ci gariofil. cinamomi electi ⁊ similiū. Ueruʒ
q̄m vnguentum hoc quod precessit denigrat
capillos auferant̄ galle ⁊ cortic. nucū ⁊ gra/
natorum: ⁊ reliqua dimittant̄: sed fiet mino
ris operationis. Coloratio capillorū non est
fieri possibilis nisi in capillis canis vel albis
vel subalbidis: quoniam alij colores nō reci/
piunt tincturam aliquam vel diminutam et
falsam: velut in picturis demonstrant̄. Mo
dus igit̄ flauos faciendi capillos atq̧ aura/
tos sic fit. Decoquant̄ palee ordei vel auene
in lixiuio nō acuto: post hoc collet̄ ꝑ hūc pul
uereʒ. ℞. rasurā buxi liquiritie cortic. media
ne sambuci berberis an̄. ⁊ fiat illud totiens
donec lixiuiū citrinet̄ cū quo sepius caput
abluatur ita vt nō fricet̄ donec exiccet̄. Nō
si colorē huiusmodi volueris facere fixū ad/
de aliquid masticis gummi arabici thuris
draganti in lixiuio dissoluendo. Modus
vero brunos siue fuscos faciendi capillos
est vt frequenter abluatur caput cuʒ lixiuio
debili non acuto postq̄ in eo per diem ⁊ no
ctem infusa fuerint: ⁊ post hoc ad ignē bul/
lita folia rosarum et modicum vitreoli et
gummi arabici. Et si fortificare volueris

adde modicum pulueris alcanne vel pul-
pe granatoꝝ. Et si iterū magis fortificare
volueris ita vt color fiat brun⁹ cum obscuri-
tate adde aliqd succi cortic. nucum recētium
et dimitte capillos ad vmbrā exiccari. Po-
test aūt succus hmōi per totuꝫ annū reserua-
ri si colligatur dum adhuc nuces nō sunt ma-
ture: ⁊ colletur ⁊ parumper ad ignē bulliat̄.
Modus vero rubeos faciendi capillos fit cū
ablutiōe capitis ex lixiuio debili in quo san.
draconis vel rubea tinctoꝝ fuerint dissoluta
Et si volueris vt color hmōi permaneat ꝙ-
diu capilli steterint: adde aliqd gūmi arabi
ci ⁊ vitreol. sicut pri⁹. Modus autē nigros
faciendi capillos fit cum reiteratione plima
colorum predictoꝝ: quoniā illud qđ a prin-
cipio facit capillos canos fieri flauos fa-
cit post hoc fieri brunos deinde nigros: qm̄
minoratur dyafanum lucidū ⁊ multiplicat̄
opacum terrestre. Quod si subito ⁊ vice vna
capillos nigros facere volueris: ablue eos
cum lixiuio debili in quo pul. gallaꝝ cipressi
litbargiri et salis gēme fuerit dissolut⁹ aut
acacia et corticis nucis et corticis granatoꝝ
Modus vero albos faciendi capillos id est
vt remittatur eoꝝ nigredo fit vt abluat̄ pmo
caput cū lixiuio debili in quo sapo fuerit dis
solutus. Deinde postꝙ siccētur pfecte fumi
getur cū sulphure posito sup carbones. ⁊ p⁹
hoc inūgatur cū hoc vnguēto. ℞. corticū me
diane sambuci exiccatarū pisoꝝ excortica-
torum sulphuris enule sicce stercoris hyrun
dinū semis raphani gūmi arabici oīm ana.
ꝙtum volueris: terātur ⁊ incorporētur cū vac
cino felle ⁊ modico aceti donec redeat ad for
mā vnguēti. Uel vngat̄ cum oleo sambuci-
no omī die donec incipiat color albus appa
rere. Ista tñ tinctura est oīm difficilima ⁊ ꝙ̄
raro fit ꝑ artē: sed plurimū ad eā confert ab
lutio pilloꝝum assidua cuꝫ lixiuio feruenti ⁊
infusio eoꝝ in ipso: quoniā manibus tangi
nō potest ⁊ eoꝝ expositio ad solem calidū ca
pite nudato: quoniā sicut calor corpis cutē
denigrat cū sit humida per naturā: ita capil
los dealbat cū sint sicci terrei per naturam.
Capilloꝝ preseruatio a canitie festina cō-
plet̄ cuꝫ reductiōe corpis ad caliditatē ⁊ sic
citatē cū cibis ⁊ potib⁹ assis vl̄ frixis cdit̄
cū pipe ⁊ sinapi vel melle. similiter ⁊ cū me
dicinis purgātibus flegma ⁊ custodia a nau
seatiua satietate atꝙ ebrietate. Quod si re-
pletio quādoꝙ acciderit: festinet ad vomitū
ꝓposse. deuitet cibos hūidos vt sunt bro-
dia et olera atꝙ carnes elixate: qm̄ humidi
tas disponit ad putredinem quā canicies co
mitatur velut apparet in stercorib⁹ anti-
quatis. Abstineat a vino ꝓposse: qm̄ et si sit
calidum siccū postꝙ fuerit digestū: ipsuꝫ tñ
a proprietate cito rapit̄ ad neruos ⁊ cerebrū
priusꝙ pfecte digeratur: silr̄ et acetū. Sꝫ bi-
bat mellicratum aut claretū aut medonem.
Caueat preterea ab infrigidatione cerebri
ex ablutionib⁹ capitis cū aq̄ frigida vl̄ aqua
ros. vel aere frigido ventoso. Silr̄ et a suffu-
migationibus ex camphora et argento viuo
vel spodio vel cerusa vel litbargiro. Somnū
non multiplicet ilico sup cibum. Conetur
omī die cuꝫ surgit de lecto ad euacuationeꝫ
superfluitatū capitis per nares ⁊ palatum
cum rascationibus et sternutationibus atꝙ
tussi. Medicina preterea tardans caniciē a
ꝓprietate est trifera minor: quoniā calefacit
et stipticat cerebrum virtute sublimi que sic
fit. ℞. mirabolanorum bellericorū emblico
rum indorum hebuloꝝ an̄. partes equales
terantur ⁊ inungātur ex oleo cōmuni ⁊ post
conficiantur cū melle cocto ⁊ bene dispuma
to: de qua sumat̄ omni die in ieiuno ad mo
dum castanee cum modico vini puri veteris
vel mellicrati. Crispatio vel lenificatio ca-
pillorum fit proprie post humectationem
ipsorum cum lixiuio vel aliquo liquore: quo
niam si volumus ꝙ crispētur oportet vt vol
uantur circa seipsos vel circa ferrum cali-
dum intricationibus diuersis. Et tunc fir-
metur cum fascia sub huiusmodi figura do
nec perfecte fuerint exiccati. Quod si sicci
fuerint a principio nullatenus per huius-
modi operationem crispantur: quoniam sic
citas hoc habet proprium vt difficile termi
netur termino alieno: humiditas vero faci-
liter ex quacunꝙ causa. Et hec quidem
crispatio temporalis neꝙ perdurat tem-
pore longissimo. Quod si magis perdu-
rantem facere volueris: abradatur caput
quanto profundius erit possibile: et ablua-
tur omni die sepius cum vino veteri calido
amaro vel cum lixiuio acuto. Et cum ca-
pilli oriri ceperint: inuoluantur assidue et
nequaꝙ cum pectine dissoluantur donec

ipsorum tortuositas fuerit roborata. Dixe runt tñ medici q crispitudo perpetuari nõ potest nisi cũ fuerit ex tortuositate pororum cu tis quam nec infirmitas nec seniũ relaxat. Si vero volum⁹ vt rectificent: oportet vt post ablutiones capitis cũ pectine fortius distra bantur ⁊ sub figura huiusmodi firmẽtur cum fascijs. Et si fieret ablutio capitis assidua cum aqua maluarum maluauisci fenugreci psillij seminis lini quã sequitur fricatio cum pectine infuso sepius in eodem melius fiet operatio: quoniã vniuersaliter omne quod ꝓ bibet scissuras capillorum atq ipsos elongat: similr ⁊ lenificat ⁊ applanat. Et huiusmo/ modi quidem virtutis sunt res humide mu scillaginose. Consolidatio capillorum cum scin duntur ⁊ ipsorum elongatio perficitur cum humectatione capitis cũ cibis ⁊ potib⁹ im/ pinguãtibus atq medicinis vnctuosis: qm̃ ipsorum scissio: similiter ⁊ accurtatio non ac cidit nisi ꝓpter siccitatẽ: quẽadmodum in li gnis apparet dum arescũt. Abluantur ergo sepius capilli quaq die cum aqua decoctio nis maluarum vel fenugreci vel althee vel psillij vel seminis lini vel seminis citoniorũ aut cum aqua ⁊ oleo simul cõquassatis. Et si ipsam aromatizare volueris: adde cinam̃. electi. i. calami aromatici q̃titatem paruam et fac bullire modicum: fricetur quãdoq le/ niter preter q rumpãtur cum pectine linito ex muscillagine psillij vel fenugreci vel semi nis lini vel ex adipe galline vel lardo ⁊ pro/ prie apud somnũ. Crastino vero abluant cum lixiuio debili vel aqua tepida supradicta: neq desiccẽtur in sole calido: sed in vmbra.

De furfuribus capitis. Cap. ij.



Furfures sunt squame albe parue subtiles que separãtur a cute ca/ pitis aut aliorum membrorum cum eorum mordicatione vehemẽti. Fiunt au tem a mala complexione calida sicca adusta dominante sup corpus aut membrũ. Et hec quidem cõplexio aut est sine materia: ⁊ pro/ prie cum est parua recens: quare solis alte/ rantib⁹ curatur: aut est cũ materia post ma/ lam cõplexionem generata: qualis est chole ra rubea ⁊ flegma salsum: ⁊ ꝓprie cũ est per/ durans difficilis antiquata. Et hec indiget apud curã. primo quidẽ mundificãtib⁹ cau/ sam: secundo rectificantibus dispositionem

Ste sunt tres passiões cutim dedẽtes: queadmodum ꝛ albaras et morphea. Verũ differũt ab ipsis hoc mõ: qm̃ in istis passionib⁹ alterať color naturalis ꝛ pprius mẽbri cũ pustulis ꝛ furũculis diuersis. Sz in albaras et morphea nõ sunt pustule neq̃ furũculi: imo solus color alterať. Differẽtia aũt eox inter se talis ẽ: qm̃ ꝛ si qõlibet ipsox accidat circa cutim ꝛ pprie faciet: silr̃ ꝛ ruborẽ efficiat pustulosũ: verũtñ si pustule hmõi late fuerint atq̃ sparse ex q̃b⁹ virus egrediať saniosum fit hu⁹ que saphati nũcupať. Si ṽo minute fuerint atq̃ spisse cõiuncte plurime fit alguesetz que gossum nomĩatur. Si ṽo rubor sup pustulas dominatur: sic gutta rosacea diciť. Et fiunt omnes ex eadem causa: scz humore calido adusto corrosiuo: vt sunt flegma salsum ꝛ cholera atq̃ melancholia adusta.

Cura omnium istarũ vna atq̃ eadem est oĩno. digeratur igitur statim a principio humor acutus atq̃ purgetur. vt diximus capi. de scabie ꝛ pruritu. ꝛ fortiores medicinas digerentes atq̃ purgantes humores adustos diximus capi. de lepra. quoniã hec duo capl'a nõ differũt nisi penes magis ꝛ min⁹. Quod si corpus carnosum ꝛ viuidum appa ret: oportet vt huiusmodi purgatio fiat quãdoq̃ cum flebothomia larga grossum sanguinem extrahente. Et quandoq̃ cum farmacia: modo quidem cum ista: modo quidem cum alia. vt diximus de lepra. donec totus humor adustus educatur ꝛ subtilis atq̃ temperatus successerit paulatine ex subtilibus iuribus temperatis. Post istam aũt curam videtur perueniendum ad remedia lo-

calia particularia ꝓpinqua. Ulceretur ergo primo locus totus a ꝓfundo cū fricationibus ꝛ emplis ꝛ oleis rubificātibus acutis q̄ diximus ca. de albaras. ꝛ ca. de furfuribus in capite vel in aq̄ adurente quā diximus ca. de emorroydibus. Et hoc fiat totiēs donec tota materia q̄ fuit radix atq̧ cā ꝯiuncta p̄ntis egritudinis extirpetur. Et ad illud vehemēter cōferūt sanguisuge posite sup locū: aut ventose cuȝ scarificatione ꝓfundata. Et si passio fuerit in facie ponātur ventose p̄rio sup spatulis ꝛ collo ꝛ post hoc mēto: qm̄ fiet ipsius eradicatio silr ꝛ diuersio ad ꝓpinquū ꝛ remotum. Caueat tm̄ patiens ab ipsoꝝ vsu imoderato: qm̄ ventose sup collo memoriā debilitāt et mollificationē inducūt: q̄ vo sub mēto visum diminuūt ꝛ auditū. Post hoc vo gradatiue cōsolidentur nō subito cū vnguētis et fomentationibus lenitiuis dictis capitulis eisdem. Et ex vnguētis nobilibus ad dealbādū atq̧ lenificandū faciē est vnguentū albuȝ et vnguētum citrinū vsitatū: q̄ si magis stipticare volueris gratia ꝯsolidatiōis adde aliq̄d pul. thuris atq̧ lithargiri. Et si post curationem vlceris redierit aliqua istarum passionū predictarum reiteretur curatio a principio donec locus ab ea securetur.

Emperica.

Epithima expertū ad pustulas hmōi sic fit ℞. aque ros. lib. j. pul. sulphuris triti subtilissime atq̧ cribellati. ℥. j. ꝛ ß. conquassentur simul in vase vitreo: ꝛ p dies plurimos ad solem calidū vel locū temperatū deponantur donec eoꝝ virtus vniatur: riptica q̄dem ex sulphure: stiptica vo ex aqua ros. Et ex ipso facies oī sero liniatur: ꝛ in crastino cū aqua tepida abluatur: qm̄ post dies ꝛ dies faciē pulchrificat excellēter. Ad idē confert plimū lithargirū albificatū: vt diximus ca. ꝺ albaras si sup faciē diutius inūgatur. Refert p̄terea Mesu. in suo de appropriatis. ca. de saphati. q Gal. dicit se multos curasse cū isto linimento. ℞. cartas cōbustas ꝛ cōtere eas atq̧ contēpera cū aceto acutissimo et linias sup locū post fricationem sufficientē, cum pāno aspero vel spōgia marina. Refert ꝛ aliud auctoritate democriti. ℞. cartaꝝ cōbustaꝝ calcis lote argēti viui añ. ℥. j. confice cū aceto ꝛ oleo de nucibus ꝛ linias sup locū post fricationem sufficientē. Quod si alterutrum fortificare volueris. adde tartari cōbusti ꝛ colcotar adusti ꝛ salis adusti ꝛ stercoris muris et amigdalarū amararū adustarū ꝛ succi squille ꝛ succi cepe acute ꝛ aristologie rotunde ꝛ sulphuris viui gratia corrosionis ꝛ abstersionis olibanū ꝛ gallas cōbustas ꝛ lithargir. ꝛ cathimiā auri ꝛ argēti gratia stipticitatis ꝛ consolidatiōis: sed amilū ꝛ spodiū et cerusam gratia dealbationis. Sic nanq̧ hec est medicina completa aggregans omnes intentiones.

Pronosticatio.

Istius capituli est pronosticatio de albaras et morphea.

¶ De dealbatione totius corporis et proprie faciei. Caplm. vij.



Istud caplm certificat cōplementū artis medicine cuȝ scriptis vtilibus ꝛ necessarijs: neq̧ turpia neq̧ superflua negligantur neq̧ fortassis pusillū corpus humanū respiciens eius sufficientiā effugiat redundantē. Corpus igitur hūanuȝ ꝛ ꝓprie facies pars oībus nobilior atq̧ manifestior pt diuersis coloribus colorari: duobus quidem ad decorem pertinentibus in contentū qui sunt niger et critinus.


Methodus.

Albificatur utē corpus ex mltiplicatione adipis ꝛ pinguedis in ipso cū cibis et potibus dulcibus aromaticis ꝛ balneis hūectātibus cū abstersiōe aliq̄li ꝓut dicemus ca. de arte ipinguādi. Silr ꝛ cū gumera ꝛ epithimate qd sic fit. ℞. amili purissimi dragāti albissimi amigdalaꝝ dulciū excorticataꝝ ꝛ fabarū farine ordei. añ. ℥. ij. ß. rafani. ℥. ß. terātur oīa subtilissime ꝛ cribellētur p pānū dēsum lineū vel sindonē velut i collirijs ꝛ cū lacte ouiū vel capraꝝ vel vaccaꝝ calido recēti distēperur: vel cū lacte amigdalaꝝ dulciū fiat sicut mel currēs ꝛ ex illo collū ꝛ facies epithimetur sero cū itur ad lectū: ꝛ crastinū cū aq̄ tepida dulci vel cū aq̄ decoc. sulphuris vel cuȝ aq̄ decoctiōis viol. ꝛ mal. siccatur abluatur: ꝛ si hoc p dies plimos vicibus frequētatis. Et si fortificare volueris: adde aliq̄d ceruse ablu-

te: eius tamen usus assiduus caput infrigidat et dentes denigrat. Solum preterea lac recens butirosum quodcunque fuerit ex predictis cutim albificat atque mollem reddit si cum eo sepe facies abluatur et per se dimittatur exiccari: vel in ipso panni linei albi molles infundantur et super faciem tota nocte dimittantur. Similiter et albumen ovorum recentium perfecte conquassatum donec spumam fecerit et cum eodem lacte temperatum. Rubificatur autem corpus et facies ex multiplicatione sanguinis et spirituum in eis cum potu vini plurimi et proprie rubei dulcis odoriferi et iuribus carnium inspissatis cum vitellis ovorum et conditis cum croco gariofil. et cinamomo. Similiter et gumera seu epithimate calido acuto rubificativo taliter refracto: ut eius virtus sufficiat ad attrahendum sanguinem verum: deficiat autem ad cutim corrodendum. Et ipsa plene distinximus et diximus capitulo de albaras et morphea. Est autem conferens epithima quod sic fit. R. brasilij vel rubee tinctorum vel rad. pedum columbar. quantum volueris: pistetur grosso modo et bulliatur leniter in aqua dulci clara donec aqua perfecte ceperit rubere tunc dissolvatur in ipsa modicum masticis aut thuris albissimi: et post hoc imbibantur in ea particule minute coti carminati donec ruborem assumpserit perfectum: tunc igitur extrahantur et ad solem exiccentur atque reserventur. Et cum ipsis uti volueris: humectetur primo membrum cum propria saliva et post hoc fricetur totum sicut est supra locum diligenter: quoniam ruborem efficiet plurimum excellentem qui durat per dies sex vel amplius si non abluatur: et si misceatur rubificantia cum de albantibus fiet color vividus velut in corporibus speciosis. Citrinatur autem facies ex multiplicatione cholere super corpus velut accidit post usum assiduum cimini vel sinap. vel carui vel piperis vel vini veteris amari. Similiter etiam post extenuationem corporis ex labore plurimo atque vigilijs et sollicitudinibus et fame et siti et cibis acetosis. Confert et epithima factum ex pulvere sulphuris aut cimini bullito perfecte in aqua super quam inclinet suam faciem et cum petijs imbibitis in ea faciem perungat aut fumum ex eis faciat ponendo super carbones. Denigratur vero corpus et facies ex multiplicatione melancholie super ipsa quod accidit post usum assiduum lentium et caulium et carnium fumigatarum atque salitarum vehementer: similiter et post negligentiam usus balneandi.

Confert preterea epithima factum ex succo cortic. nucum vel granatorum recentium vel aqua decoctionis eorundem. similiter et cortic. papaveris atque berberis. Et si fortificare volueris: adde fuliginis mixte cum axungia: quoniam adherebit vehementer.

¶ De arte impinguandi vel extenuandi corpus. Capitulum. viij.



Corpus impinguatur ex dominio humiditatis super se totum: et proprie super epar cum sit fons et minera virtutis nutritive sive fuerit huiusmodi humiditas per naturam que radicalis dicitur: sive per acquisitionem que influens appellatur. Quod si moderata caliditas accesserit ad ipsam carnem augmentabit. Si vero frigiditas adipem et lardum procreabit: quapropter dictum est quod corporis grossities est duplex. Una carnosa velut in corporibus sanguineis que vitam elongat. Alia vero saginosa velut in corporibus flegmaticis que suffocat et extinguit. Ex rebus itaque corpus humectantibus sunt cibi et medicine atque regimen operativum. Et cibi qui conveniunt in hoc opus ut multum et subitum prebeant nutrimentum. quare oportet ut sint dulces subtiles unctuosi: velut sunt iura carnium agnorum et pullorum pinguium et porcellorum iuvenum et perdicum et fasianorum et capitum atque extremitatum vitulorum. Quod si fuerint inspissata cum vitellis ovorum necnon condita cum speciebus aromaticis non acutis velut sunt cinamomum cardamomum nux muscata zinziber crocus macis liquiritia et galla melior fiet operatio. Similiter et vinum rubeum dulce vel album rubeum odoriferum vel medo temperatus in etate vel ceruisia debito artificio preparata: grossa namque viscosa et si nutrimentum tribuant mansivum vehementer tamen virtutem nutritivam debilitant priusquam elaborentur velut est triticum et tortelle. propter quod ait Ypo. ij. parti. amph. Facilius est repleri potu quam cibo. Et ex rebus melioribus est lac recens dulce butirosum et proprie ovium vel vaccarum. Similiter et pultes de simila vel farina avene vel farris vel ordei conditi cum eodem. Similiter et caseus mollis et recens et butirum cum bucella panis de simila comestum et pinee et fistici et nuces recentes atque avellane et ficus pingues et dactili et uve valde mature. Medicine vero im

pinguantes sic fiũt. ℞. farine fabaꝝ excorti catarũ farine cicerũ vel pisoꝝ excorticatoꝝ risi amili auellanarũ mũdataꝝ: seim cõium frigidorũ mundatoꝝ fisticoꝝ pinearũ ana. q̃tũ volueris de vnoquoq̃. terant̃ oĩa subtiliter ⁊ inungant̃ cũ butiro recẽti ⁊ fiat electuariũ cũ zuccaro: de quo oĩ die comedat̃ inieiuno ⁊ sup ip̄ꝫ bibat̃ aliq̄d ex potibus supradictis. Et si ip̄m aromatizare volueris adde ex sp̄ebus supradictis. Et sunt qui trocis. cõficiunt ex reb⁹ eisdẽ cũ lacte recẽti butiroso. Et plurima restauratiua diximꝰ cap̄. de fe. ethica. que fiũt ex carñ. siue carne. Et dicit Mes̄. in suo de appropriatis cap̄. de spasmo. q̄ iura capitũ edorũ ⁊ agnoꝝ ⁊ artetum pinguiũ iniecta cũ clisteri atq̃ lõgissimo tp̄e retenta in ventre corpꝰ vehementer humectant. Simil'r ⁊ lac dulce postq̄ in eo cocta fuerit farina simile vel ordei vel risi. Simil'r ⁊ suppositoria ex eisdẽ cõfecta cum oleo vel butiro ⁊ per nocte in ventre retẽta donec fuerint dissoluta. Simil'r ⁊ balneatio in aqua dulci tepida vel in aqua decoc. extremitatũ arietũ ⁊ porcelloꝝ p̄ter q̄ fiat in ip̄is longa mora: ⁊ p̄p̄rie cũ cibus in stomacho fuerit digestus: quoniaꝫ faciet eius sanguinem ad mẽbra penetrare. Ad qđ cõfert plurimũ fricatio leuis modica per superficiem corporis totius. Unguẽta aũt ⁊ emplastra impinguãtia corpus totũ: simil'r ⁊ mẽbrum aridum plene iam diximus cap̄. de diminutiõe coitus. C. de methodo. Et di. Auicẽ. q̄ flagellatio corpis cũ corrigijs mollibus lenibꝰ moderate facta semel omni die post cibi digestionẽ impinguat corpus vehementer cutim rubificando ⁊ nutrimentũ ad mẽbra attrahendo. Regimen v̄o corpus impinguãs consistit in multiplicatione somni sup lecto molli sub aere tẽperato ⁊ postpositione solicitudinis ⁊ laboris ⁊ sudoris: nisi fortassis qñq̃ modicũ sudare placeat in estuario p̄pter abstersionẽ sordicierũ ⁊ sudoꝝ que sunt superfluitates digõnis quarte p̄p̄ter mẽbroꝝ fortificationẽ: q̃m post hoc fortior fit attractio recentis nutrimenti. Corpus v̄o maceratur ex dñio siccitatis super ip̄m: ⁊ p̄p̄rie epar ⁊ cor cum virtutẽ nutritiuã influant super totũ: sicut illud affuerit per naturã siue dietam. Quod si calor vehemẽs aut frigus assequatur: fiet exiccatio magis vltimata: propter quod dictum est a medicis q̄ duplex est genus corporum macroꝝ. Unũ quideꝫ p̄pter resolutioneꝫ humiditatis plurimã: vt accidit iuuentibus ⁊ cholericis febricitãtibꝰ ⁊ laborantibꝰ in sole estuoso. Aliud v̄o propter digestionẽ debilẽ atq̃ cõuersionẽ diminutam: quẽadmodũ in melicis ⁊ senibus et patientibus ethicã senectutis. Ex rebꝰ itaq̃ corpus exiccantibus sunt cibi ⁊ medicie atq̃ regimẽ operationũ: quemadmoduꝫ in humectantibus diximus hucusq̃. Et cibi q̄ cõueniunt opꝫ vt sint parum nutritiui: quorũ quintuplex est maneries: quoniã aut parum ex ipsis conuertunt̃ velut sunt cibi festiui quoꝝ maior portio trãsit in superfluitates. Ubi grã. Saliti plurimũ ⁊ allia ⁊ sinap̄. et iura piperata vehementer: q̃m sui acuitate stimulant intestina. Aut multũ ex ipsis resoluit̃ velut sunt cibi vrinatiui. Ubi grã. Iura carnium nõ pinguiũ ⁊ brodia ciceruꝫ vel pisorum. simil'r ⁊ vinũ albũ aquosum ⁊ olera quecunq̃. horũ nanq̃ maior portio trãsit per vrinã vel exhalat per sudorem vel plurimum ex ipsis virtus nutritiua fatigatur: sicut sunt cibi aquosi vel acetosi vel pontici qui sui frigiditate stomachũ epar ⁊ mẽbra cõgelant: aut appetitus ex eis p̄sternit̃ velut sunt cibi nõ sapidi ⁊ quibus natura communis vel p̄p̄ria noscitur inimica. Cũ eñ cibus preter desiderium assumitur ex ipso corpus non nutritur sed potius fatigatur. Aut ex ip̄is mẽbroꝝ humiditas imbibitur atq̃ desiccatur: velut sunt cibi sicci per naturam. verbi gratia. Risum, millium panicuꝫ ⁊ caseus antiquus ⁊ vinuꝫ vetus amarũ ⁊ panis valde fermentatus ⁊ panis azimus ⁊ panis cũ semine carui vel feniculi conditus ⁊ panis assus sup prunas ⁊ panis bis coctus et panis antiquatus donec fiat durus. Ex his nãq̃ grossus sanguis efficitur q̄ sui siccitate oẽs humores imbibit manifeste ⁊ oẽs humiditates diminuit. Medicine vero corpus exiccantes sunt oẽs calide sicce vehemẽter velut dyamargariton dyatriũpipereon dyaciminum. Simil'r ⁊ oẽs ventris solutiue velut yerapigra: benedicta. similiter et omnes vrine p̄uocatiue sicut dyanisum nefrocatarticum. Similiter ⁊ omnes mẽstruorum eductiue velut antidotum emagogum Ex his enim omnibus consumitur omne

qd huectat. Et ex medicis approbatis est ista. R. se. anisi feniculi agnicasti rubee cimi/ni carui piperis zedoarie ameos amomi gra/nor iuniperi seis apij salis adusti. an. quãtu volueris de vnoquoqz fiat ex eis pul. aut ele ctuariũ ꝛ det ex eo oĩ die i ieiuno. ʒ. j. vel. ij. cũ potu aq̃ frigide mixto vel cũ aceto' vel cũ potu vini acetosi vel albi aquosi vel veteris amari: qm̃ post diẽ ꝛ diẽ opabit manifeste. Regimẽ vo opationũ hoc idẽ faciẽs ↄsistit i m̃ltitudine laboris ꝛ sudoris sub aere estuo so post famẽ ꝛ siti pdurãtẽ silr et in vigilijs plimis p noctẽ sup lecto duro necnõ tristicia ꝛ sollicitudine vel coitu superfluẽte. Unguẽta ꝛ empl'a sublimiter corp' totũ exiccãtia aut membrũ qdcũqz turgidũ inflatũ: iã scripsi/m' ca. de restrictiõe lactis i mamillis. et ca. de extenuatiõe mamillar ꝛ ca. de apatib' vir ge ꝛ testiculor. C. de empicis. ꝛ ca. de vari/cib' ꝛ elephãtia. ꝛ oib' ipcipua' sunt illa q̃ di xim' caplo de artbetica. C. de canone.

Pronosticatio.

Potest q̃dẽ oẽ corpus imacerari: ipinguari vo est ipossibile cũ vehemens caliditas aut siccitas adest p naturã. Põt enĩ naturale q̃d facile subtrahere: apponere vo difficile cũ virt' nõ coopat. Itẽ di. Gal. viij. de ingeñ. sañ. q ipe huectãdi multo lõgi' est tpe exic cãdi: qm̃ siccitas facili' obtinet sup huidita tẽ q̃ ecõtra: q̃propter est dictũ a medicis q huiditas ẽ radix oĩs passiõis. Itẽ corpa ma gnũ epar hñtia difficile ipinguãtur. Cogno scit aũt epar magnũ ex venis magnis appa rentib' in mẽbris corpis toti': qm̃ gñatur in hmõi san. calid': subtilis: vaporos'. Itẽ dicit ypo. ij. pti. amph. Quecũqz m'lto tpe extenuã tur corpa tarde reuerti ↄsueuerunt: q̃ vo in modico: modice. Cuz nãqz virtus nutritiua deijcit ꝛ huiditas substãtifica minorat ma ius tẽp' requirit resumptiõis q̃ siv' remã sisset. Corpora pterea grossa vehemẽter sũt certis anni tpibus piodice euacuãda ꝛ ppe in pncipio veris vl' in fine autũni cũ flõmia si fuerit carnosa: sed cũ farmacia si fuerit sa ginosa ne fortassis subito suffocent. De car/nosis nãqz dicit Ipo. j. p. ãph. In exercitãti/bus ad sũmũ habitudies sunt fallaces. De saginosis locut' est. ij. ãph. Crassi valde fm naturã cito moriũtur magis q̃ςsib'. Corpa pterea cachochimica nõ crassescũt a ñq̃ pur gẽt. vñ Ipo. ij. ãph. Nõ pura corpa q̃to ma gis nutries magis ledes. Itẽ corpa hũt da facile purgam' ꝛ fortit: macra vo atqz fusca min' ꝛ debili'. Vñ vbi indigẽtia nõ opz la/borare. Dicit pterea Auerro. ij. coll'. q si cor pus fuerit crassuz moderate vtutis nutriti/ue fortitudinẽ ꝛ vite sigt elongationem qm̃ adeps ẽ velut superfluitas pprij nutrimẽti q̃/re natura sagax ipm nõ gñat nisi pri' mẽbra singula restaurarit. Corpa macra facili' le/dunt a cã pmitiua q̃ ↄiuncta. vbi g'ra. Estu solis vl' frigore hyemis ↄstringẽtis. qm̃ ipo rũ mẽbra sunt leuit ꝛ debilit ↄtecta. Crassa vo corpa ledunt magl a causis itrisecis q̃ p mitiuis. vbi g'ra. oppilatiõib': aut febribus aut apatib' pniciosis: qm̃ ipor vasa sũt op pilata ꝛ coartata. Cũ aũt corpis ptes sunt duplices: scz spmatice ꝛ carniformes: sole q̃/dã carniformes fluũt ꝛ refluũt q̃ sunt caro et sagimen: spmatice vero nec senio: nec fame nec egritudine minorantur.

¶ De nodis ꝛ verrucis. Capl'm. ix.

Nodi vel verruce nũcupãtur emi/nẽtie cutis tuberose q̃ fiũt in ma/nib' ꝛ pedibus ex materia grossa meł'ica radicẽ habẽs in mẽbro ↄfundatã et caput grossuz exteri' velut clauus infix' neqz ledunt: neqz coartant: neqz ꝓhibẽt mẽbrũ a suis opationib' nisi fortassis acciderit i vo/lis manuũ vl' plãtis pedũ: ꝛ ppe si fuerit ma gne: difficiles: ãtiq̃te. Et sunt modor diuer sor: qm̃ aut sunt molles: tractabiles: aut du/re aspe vehemẽter. Et iterũ aut hñt puũ sti/ptẽ caput vo latũ aut ecõuerso. Et iter aut sunt albe: aut nigre aut coloris eiusdẽ cũ mẽ bro cuius sunt. Et iter: aut sunt integre aut scisse p scissuras vel qua litercũqz se habue/rint nõ differunt in materia neqz cura.

Methodus.


Cura ipsarũ ẽ vt cau ticent ꝛ cõ burãtur ear radices circũquaqz vsqz ad ꝓ/fundũ oĩno cũ aq̃s ꝛ cũ vnguẽtis ardẽtibus dictis caplo de emorroidibus donec fuerint denigrate ꝛ mortificate perfecte. Post hoc vero liniatur cuz emplastris ꝛ vnguẽtis pu trefaciẽtib' dictis ibidẽ donec p se ceciderit vel facile cum digitis extrahãtur: neqz per/

mittatur aliqd radicis in loco: qm̄ ꝛ si puuz fuerit ilico germinabit. Post hoc vero consoli detur vlc⁹ cū puluere thuris minuti ꝓiecto sup ipm vel dragāti vel litargirij donec tota liter applanet. q̄ si fuerit veruce parue molles neq̄ ꝓfunde sufficiet ipsaꝝ fricatio vehemēs ꝛ ꝓprie post scarificationē ꝓfundataꝫ cū medicinis dictis ca. de morphea. ꝛ taꝫ in paruis q̄ in difficilib⁹. Nutriant patiēs ex cibis hūidis sorbilib⁹ sanguinē generātibus subtilem. Et purgetur humor grossus cum flebothomia larga ꝛ farmacia quemadmodum diximus capi. de lepra.

Emperica.

Mod⁹ euellē di verrucas radicitus hic est vt cōputent ipsaꝝ capita vicib⁹ frequētatis cū virga tenera corili vel mirti vel cū tenta ignita donec adustio penetret in radicē ita vt sepetur a mēbro circūquaq̄ velut surgens in tumorē: tūc igitur leuiter manib⁹ extrahatur p̄terq̄ rūpatur aliqd ex radice ꝛ post vlcus ꝯsolidet cuꝫ vnguento albo vsitato. Et sunt q̄ ligāt radices verrucaꝝ cū pilis caude eq̄ne ꝛ leniter q̄q̄ die laqueū ꝯstringunt donec ei⁹ totā substātiā resecarint: sed illud nō sufficit nisi fuerit verruca tenera facilis non profunda ꝛc.

¶ De impetigine: serpigine: ꝛ igne psico et igne volatili ꝛ formica miliari. Cap. x.



Omnes iste passiōes sunt siles in dispositione ꝛ cā: silr ꝛ cura. quapropter de ipsis vno dicem⁹ ca. Sūt pustule valde minute spissiꝫ inuolute simul p̄lime currētes p mēbri supficiem cū velocitate multa atq̄ ardore ꝛ pruritu vehementi. Sūt ex materia subtili adusta. verbi gr̄a. cholera vel flāte salso vl' sanguine cui⁹ humiditatē adustio non finiuit: neq̄ reliqas ipsius ingrossauit: ꝛ si fit a cholera fit color ei⁹ citrinus cū ardore vehemēti. Si vero fuerit a flāte salso fit color subalbid⁹ cuꝫ furfurib⁹ ꝛ pruritu. Si vero a sanguine fiet color ipsoꝝ rubeus vehemēter cum hūiditate manāte. Sūt preterea hmōi pustule qn̄q̄ in cutis supficie: qn̄q̄ velut sub cute ꝛ qn̄q̄ cū horbo[r] minutissimis: qn̄q̄ vero dilatatis. Sunt ꝛ qn̄q̄ cū ardore pruritū vincēte: quapropt diuersificāt eoꝝ noīa nec cā nec cura.

Methodus.

Cura ipoꝝ oīm cū fuerint tenera facillima est: vt a pn̄cipio statim loc⁹ circūquaq̄ ventoset atq̄ scarificet ꝓfundatim ꝛ san. ex vulnerib⁹ cū digitis exp̄mat: ita vt nihil ipsi⁹ remaneat sub cute. ꝛ ad illud ꝯfert nō modicū añcessio balnei: qm̄ cutim mollificat ꝛ materiā hūectat. Post illud vero si q̄d visum fuerit remāsisse cū fricatiōibus ripiticis vesicātibus extergat dictis ca. de furfuribus. quib⁹ succedat ilico fricatio lenitiua dicta ibidē. donec ex alternātib⁹ hmōi pfecte securet. Quō si fuerint fortes antiq̄e primo materia digerat: silr ꝛ purgetur velut iā scripsimus ca. de scabie corporis ꝛ pruritu quibus succedant localia remedia.

Emperica.

Oēs iste passiones de facili curātur si p̄missa scarificatione ꝛ balneo iā dicto locus freq̄ēter exonguēto albo vsitato liniat. Uel si presto nō sit aliud ex adipe galline vel anseris vel anatis vel ex musci lagine se. liniv' se. maluarū: ꝛ ꝓprie si materia fuerit ꝓfundata. Silr ꝛ inūgim⁹ locū circūquaq̄ ex oleo ro. vel ex albumib⁹ ouoꝝ ꝯq̄satis cū aq̄ ro. et aceto ꝛ cū succo trifolij vl' acetose: ne forsitan ꝑambulatio dilatet. Et ꝯfert ad id nō modicū corp̄is humectatio ex cibis liquidis vergētib⁹ ad frigiditatē velut sunt iura carniū edoꝝ ꝛ agnoꝝ elixatoꝝ cuꝫ lactucis ꝛ cucurbitis ꝛ semibus ipsoꝝ. silr ꝛ ex potib⁹ aq̄ frigide vel vini debilis aquosi ꝛ abstinētia a rebus acutis oīno: vt sunt allia cepe sinap. pip ꝛ cibi vehemēter saliti ꝛ vinū vet⁹ amaruꝫ. silr ꝛ ex balneis assiduis aq̄ dulcis clare. Et ex remedijs sublimib⁹ est oleū de vitellis ouoꝝ ꝛ oleū de iunipo ꝛ oleū de fraxino que scripsim⁹ ca. de lepra. ꝛ ꝓprie p⁹ curā gn̄alē.

¶ De lentiginib⁹ ꝛ pāno faciei. Cap. xi.

Differūt iste passiōes in dispositione seu forma: vm qm̄ eadē ē ipsarū cura ꝛ cā sub eodē ca. reponuntur. Dicunt aūt lētigines macule rubee aut nigre in facie seu mēbris alijs gn̄ate velut sup ipm lendes sint ꝓiecte. Fiūt aūt ex materia grossa melica cuti ꝛ carni vehemēter infiltrata. Pānū vero dicim⁹ colorē faciei nubilū obscurum q̄si pāno liuido vel tinctura fo-

pblmata variatū vt accidit in pregnātibus ⁊ ambulātibus in sole. Fit autem ex humore grosso disperso per membri supficiem omni quacꝫ quare fit cutis opaca ꝓpter alienatione lucidi dyaphani ab extremitatib⁹ ipsius.

Methodus.

Cura amborū est vt a principio digeratᷣ materia atcꝫ purgetᷣ modo cū farmacia: modo cū flebothomia larga grossum sanguinē extrahēte cui succedit regeneratio assidua humoꝝ subtilium lucidoꝝ ex cibis ⁊ potibus subtilibus ⁊ balneis humectātib⁹ ꝓposse que plene oīa iam tractauimus cap. de lepra. Post ista vero ꝓcedendū fiet ad loca illa tali modo qm̄ oportet vt primo totus locus vlcereᷣ donec macularū vestigia radicit⁹ extirpenᷣ qđ quidē pficiᷣ cū vnguētis ⁊ fricationibus. Silr ⁊ emplastris acutis rubificātibus vehemēter atcꝫ cutim corrodentib⁹ ⁊ carnē. post illud vero succedāt inūctiones sitptice cōsolidatiue vlcerū quib⁹ admisceaᷣ qđ albedinē nigrat ⁊ decorē. ⁊ hec oīa plene iam tractauim⁹ cap. de albaras ⁊ morphea.

Emperica.

Si pānus aut lentigo fuerit recēs atcꝫ facilis tolliᷣ hoc modo. Fricetᷣ primo locus ⁊ facies cū oleo de tartaro ⁊ de iunipero vel cum aqua decoctiōis sinap. vel cū lixiuio acuto in quo sapo fuerit dissolut⁹ donec cutis ceciderit oīno: ⁊ ad illud cōfert plurimū antecessio balnei vel mēbri fomētatio cū aqua tepida qm̄ cutim mollificat ⁊ ad casum facilē ipsā aptat. Post illud vero pungaᷣ sepi⁹ cū vnguento albo vsitato vel cū vnguēto citrino: qm̄ cutim regenerat cādidā ⁊ decorā. Ad idē ꝓpterea conferunt oīa que diximus ca. de albificatione ⁊ lenificatione corporis totius.

Pronosticatio.

Utraqꝫ istaꝝ passionum difficile curaᷣ ⁊ ꝓprie cū fuerit fortis antiquata: qm̄ tunc et⁹ materia vehemēter est infixa. Uerūtn̄ lentigines sunt pāno difficiliores. Sunt aūt lētigines duarū specierū: qm̄ quedā sunt rubee: qdā vero nigre: sꝫ nigre sunt peiores ⁊ q̄to nigriores sunt deteriores. Lentigines cū fuerint ex generationis principio nullaten⁹ curātur: preterea pānus in facie cū breuiter supeuenerit cum signis alijs mulierē certificat impregnatam.

De scrophulis. Capitulū.xij.

Scrophul⁹ est caro glādulosa genita in loco molli spongiosa velut in gutture vel post aures: vel circa iuncturā vel sub ascellis: vel in inguinibus ex decursu humoris grossi viscosi velut est flegma gipseū qđ actione caloris naturalis inspissatū cōuertitᷣ in carnem durā rotundā albi coloris que cū manibus tractaᷣ: moueᷣ de loco ad locū velut nux in cisti. Et qn̄qꝫ sunt tres vel quatuor in eodē loco ⁊ qn̄qꝫ magnificanᷣ donec fiant sicut melonvel cucurbita ⁊ occupāt collum totū ⁊ caput. Cura ei⁹ cū pua recēs ⁊ mollis solis medicinis acutis resoluentibus integraᷣ qđ est vt egrū euacues a flegmate cū vomitu forti assiduo si fuerit possibile. Silr ⁊ cū catarticis attrahētibus flegma cū virtute q̄ dixim⁹ ca. de epilepsia. ⁊ ca. de paralisi. ⁊ fac ipm pati famē ⁊ sitim post exercitū ⁊ laborē fortē in ieiuno ⁊ cauere a cibis et potibus viscosis vt sunt pasta tortelle ⁊ cibi frixi ⁊ caseus ⁊ pisces. Et rege ipsum cū cibis subtilibus acutis calidis: vt sunt allia sinap. ⁊ pip atcꝫ vinū vetus purū amarū. Post ista vero oīa administrētur emplastra resoluētia atcꝫ suffumigia silr ⁊ gargarismata necnō vnguēta ⁊ masticationes ꝓut nūc dicemus. Emplastrū resolutiuū fit ex dyaquilonvel aplicon actu calido posito sup locū silr ⁊ ex fermēto cui mirrha aut cātarides contrita fuerint cōmixta. silr ⁊ ex stercore colūbarū cui ficus sicce ⁊ allia ⁊ cepe crudū ⁊ yreos ⁊ stafisagria fuerit incorꝑata ꝑfecte, pistādo in mortario atcꝫ cōmiscendo ⁊ actu calido imponēdo post balneationē vel mēbri fomētationē ex aqua dulci calefacta. Suffumigiū resolutiuū fit ex pipere mirrha spongia marina osse sepie saxifraga piretro galbano armoniaco bdellio opoponaco sulphure q̄tuncūqꝫ ipsoꝝ positū fuerit sup carbones ignitos: ita vt patiēs fumum recipiat ore apto donec humor effluat saliuatim ⁊ ꝓpterea oīa, de in ieiuno vel quodlibet ipsoꝝ simul cōuertantur in puluerem ex quo figurentur pillule cum pice aut tereben

tima vt vsui reseruētur. Gargarismata vero
fiunt ex oximelle squillitico ⁊ aqua calida:vel
ex sinapi trita ⁊ cōfecta cū melle vel ex aqua
decoctionis piretri sinap̄.gēciane vel ex ace
to acutissimo ⁊ vino veteri amaro:vel ex aq̄
calida salsa vehemēter. Vnguenta ꝟo reso/
lutiua fiunt ex vnguēto fusco acuato; cū mir
rha ⁊ galbano postq̄ dissoluta fuerint invi/
no veteri ⁊ incorporata cum ipso. Siłr ⁊ ex
bdellio galbano armoniaco serapino oppo
ponaco simul dissolutis in aceto acutissimo
vel vino veteri amaro:⁊ post hoc incorpora
tis cum cera liquefacta ad ignem in casola.
Masticationes ꝟo fiunt ex pipere triū spe/
cierū ⁊ piretro ⁊ euforbio ⁊ sinapi tritis et
puluerisatis grosso modo:ita vt ex hoc pul/
uere sepius in ieiuno masticetur aliquid do
nec eiꝰ calor flegma colliquarit quare totū
expuatur simul. vel fiant ex eis trocisci cū vi/
no veteri vel cū aqua decoctionis caricarū
vel cum oximelle squillitico quorum duo vel
tres omni die masticent̄ in ieiuno. Ex reso/
lutiuis igit̄ h mōi vicissim alteratis tota ma
teria extrahat̄:ita vt nihil ipsius penitus re
maneat:qm̄ ⁊ si fuerit quid modicum rema
nens germinabit. Cum autem scrophulus
fuerit magnus:durus:difficilis:antiquatus:
hac cura resoluetur:sed oportet vt cum raso
rio circūcirca excorietur: ita tamē vt vena vel
arteria nequaq̄ dissoluatur:quoniā magnū
foret periculū propter emorroisam sangui
nis vehementē atq̄ extrahatur ⁊ vulnus ili
co coarcetur cū pulueribus stipticis ⁊ fasciis
plurimis ne fortassis sanguis effluat excessi/
uus velut sunt bolus ar.terra sigil.sang.dra.
rose ⁊ mirtilli. In fine ꝟo consolidetur cum
vnguētis ⁊ pulueribus cicatrizatiuis vt sunt
vnguentum de litargiro dictum capitulo de
fissura labiorum oris ⁊ vnguentum de masti
ce ⁊ thure dictum capitulo de emorroidibus.
Similiter et vnguentum album vsitatum
postq̄ fuerit cū puluere mummie masticis
⁊ draganti ⁊ litargiri conformatum. Et in
hoc laborem nostrum compleuimus auxilio
dei misericordis:cuius nomen sit benedictū
in secula seculorum. Amen.

Collectorium medicine Bertrucii
Bononiensis hic finem capit.

¶ In dei nomine Amē. Incipit tractatus putilis de vniuersis febribus dict⁹ dei donū.



Um rude nostrum ingeniū in re psertim honesta ꝛ lauta agitare cupiamus: in nostra potissimum cā ꝛ materia de medicine sciētia versari decens est. Quare summo opifici oī cū deuotione suppliciter auxiliū imploremus: vt aperiat atqꝫ sua imensa gr̄a ꝛ dono: rude ingeniū nostruꝫ in ea illustret. Ab eo eni᷑ solo singula emanāt bona: cū celū: terráqꝫ ꝛ oīa q̄ in eis sunt mox sua spōte ediderit. Et rudibus hoībus gr̄am interdū dederit q̄ futura sunt ꝛ archana pferari. Quare multarū sepe arduaruꝫ rerum illas apertēdi scientiā effudit. Sicqꝫ nobis dono cōcedat in sciētia medicine q̄ cupimus vera ꝛ grata posteris aperire. Sed qꝛ de febrib⁹: tū theorice: tum practice agere decreuerā. Breui tn̄ sermōne fastidiosioꝛ sim: ꝛ de illis ab humoralib⁹ initium videt᷑ de q̄bus ad pestilentialē febrē p̄io adeundū placuit: cuꝫ hec febris oībus aliīs formidolosioꝛ ac pniciosioꝛ sit. Et hoc anno psertim in populis tā cepisse videatur Sed nūc licet iocose dicā p̄lagire video: nō nullos fore obtrectatores ꝛ versutos hoīes cōtaminari rem velle: vt dicāt nō ex me hec sed ex claris viris decerpsisse. Ego quoque hoc solū dicāt cupio: dicāt pfecto pcoꝛ. Naꝫ si a clarissimis viris sententie nr̄e vsurpate sint. Eas veras eē necesse cōprobant. Quo nil mihi meli⁹ cupio. q̄obrem si verū dixerit prisci clarissimi viri vt planum est qꝛ verum dixerūt. Ego si id idē dico verū dicā oportꝫ: quo nihil mihi dulcius atqꝫ iocūdi⁹. Sed si tūc referant cōtaminari snīas vel serpendo vel vsurpando nō licere. Ad hec mō Terēti⁹ r̄ndeat: scꝫ q̄ hūc accusant: Neuiū: Plautū: enniū accusāt. Nec ipi clari viri ea q̄ nos mō dicim⁹ nisi a poꝛib⁹ accepisse faterent᷑. Quare monēdi sunt ij vt desināt maledicere malefacta ne noscant sua. Nā si maledicūt: malefaciāt oportet: cum maledicer̄ malefacer̄ q̄ddā sit. Si ꝟo opusculū negligere nō desinant: illis dicat᷑: vel aliud altius p̄us: vl' sal teꝫ simile ipi faciāt. Sꝫ si verū cū claris viris dixerim⁹ cū verū vnū solū sit nos etiā cum eis idē dixisse opꝫ. Et si diuerso interdū stiloꝛ ordine dixerim⁹. Sꝫ iā vn̄ discessim⁹ ad rē nr̄am redeamus. A pestilētia itaqꝫ vl' pestilentiali febre initiū nobis erit: lꝫ alioꝝ ordinē videar euagari. Sed prius in cōmuni de febris essentia percurrere oportet.

¶ Capl'm. j. de febris essentia.

Febris est caloꝛ extraneus accēsus in corde. i. in hūorib⁹ ppinquis coꝛdi ꝛ etiā i corde pcedēs ab eo mediantib⁹ spū ꝛ sanguīe p venas ꝛ arterias i totū corpus vt sola Auic. diffōne vtamur cū reliquis pfectioꝛ ꝛ medullosioꝛ sit. Caloꝛ eī nō est naturalis sed extrane⁹ a naturali semotus: vel vt aliī sentiunt ꝯpositus ex naturali scꝫ cōplonali sanitatē seruāte ꝛ opationes sanas efficiēte vna cū extraneo ꝛ innaturali opationes sanas ledēte diminute: corrupte vel ablate (ꝛ si nō oēs auferre possit opationes) nā si oēs auferret: vitā vtiqꝫ tolleret accēsus eni᷑ i corde ē aut i accēdi. i. i fieri. Nā si i corde nō accēdat caloꝛ iste ex̄ne⁹: lꝫ i reliq̄s accēdat᷑ mēbris nō febrē efficit: nec caloꝛ iste febris dici pt. Nā lꝫ caloꝛ aliq̄s ex̄ne⁹ i mēbro aliquo a corde lōgiquo vl' accēdat᷑ vl' sit accēsus: siue pp apa aliqd: siue pp laborē aliquē: dūmō ide nō tāta vl' talis effumatio fiat ad coꝛ vt iflāmet᷑: febris dici nō pt. Opus ei ē vt tāta sit hūoꝝ q̄ ppe coꝛ sūt i putridis febrib⁹ iflāmatio vt emittat ad coꝛ fumos caprinosos seu fuliginosos ꝙ hūores coꝛ iflāmēt. In efimeris ꝟo ꝙ spūs cordi pximi iflāment᷑. Sꝫ i ethicis tāta sit mēbroꝝ vicinoꝝ iflāmatio ꝙ cordis i flāmet᷑ sub a. Et ide tā p spūs q̄ p sanguinē ad mēbra sit cōicatio siue ad oīa: siue ad pl'a. nūc ꝟo ad pesti. fe. accedā

¶ Capitulū. ij. de pestilentiali febre.

Et pestilētialis fe. caloꝛ ex̄ne⁹ venenos⁹ i corde accēs⁹ i corđ pcedēs ab eo mediātib⁹ spū ꝛ sanguīe p venas ꝛ arterias i totū corp⁹. op⁹ ei ē vt hūores coꝛdi ppiq̄ venefici fcti ad coꝛ effumēt fuliginosos vapores ꝛ đ corđ ad reliq̄ mēbra p venas ꝛ arterias: ꝛ hmōi venenosi poti⁹ coꝛ petūt cū đ nā venenī coꝛ peter̄ sic vt đ nā magnet ferrū. ꝛ iter hūorales fe. hēri đꝫ poti⁹ ꝙ iter efimeras sꝫ cū ex quolibꝫ hūore fieri possint: p⁹ tn̄ ex sanguine: scđo ex colera: tertio ex fl'āte vltimo ꝟo ex melancholia. Sed potissimum cōponitur ex sanguine cū cholera. Quocirca cōclusa poti⁹ dici đꝫ ꝛ sinoch⁹ potissimū cum de sanguine istat putrefacto venenose tn̄ qualitatis: ꝛ hec ab aliīs hūoralibus differt tū qꝛ causa eaꝝ est magis pticularis q̄m̄ est q̄litas venenosa: siue in aere: siue in aq̄: siue in terra vel terrenascētibus vel etiā in cōstella

tionibus ⁊ planetarũ influxib⁹ fit. Nũ etiã differt qz deterioz cũ illis addat venenosi-tas q̃ in putridis alijs nõ est vñ lõge magis ꝯtutẽ ledit ⁊ debilitat atqꝫ coz magis ĩficit ⁊ alterat cũ venenosi vapozes ⁊ caprinosi po-tissimũ coz petãt de ppzietate sua. Est etiã deterioz quo ad curã cũ opus sit cibo virtu-tem semp vigozare nec dieta aliqua egritu-dinis causam aliquo mõ resoluere aut mio-rare. Qm̃ medici intentio potissimũ esse dꝫ cõseruare virtutẽ ⁊ vigozare illã cibo nec ipi cibũ appetũt: sed vt plurimũ valde abboz-rent cũ valde appetitũ deijciat venenosa fe-bris precozdijs venenatis.


¶ Caplm. iij. de causis pestilentie et pestilentialis febris.



Ause pestilentie esse videntᷣ vel supere aut infere. Supere vero duplices qz vel solo dei nutu. vt hoim scelera puniat ⁊ hec cã ce-teris oib⁹ fortioz ⁊ magis verẽ-da. Altera ꝯo planetaꝝ ⁊ astroꝝ cõiũctione ⁊ aspectu infoztunato posito saturno in do-mo hũana cũ marte in gemini ⁊ virgie dũ-mõ tñ nõ cõpescantᷣ a fortunijs iouis ⁊ vene-ris vt sentiũt astronomi q̃ volũt ꝯiũctionẽ sa-turni ⁊ martis in signo calo ⁊ hũido vapo-res plimos trahere ab aq̃ ⁊ tra. quos mars calid⁹ ⁊ sicc⁹ inflãmat ⁊ eis aer plurimis al-teratᷣ. sꝫ hui⁹ cãs medicus vt medic⁹ ignozat. Sũt ẽt alie vt multi ferũt cause aliaꝝ stellaꝝ ĩfluxu q̃ plime valde sunt ⁊ astronomis foz-san ignote. Sꝫ hec a nobis ꝑtermittantᷣ. Nã deo poti⁹ tribuẽde sunt: alie sunt cause. s. ae-ris aq̃ ⁊ terre ĩmutatio siue substãtifice: siue q̃litatiue: siue vtroqꝫ mõ. Nã nõ inconueniẽt hoꝝ elemẽtoꝝ subam corrũpi sine multa q̃-litatũ alteratiõe vt de vino accidit qð i acetũ aut liquozẽ aliũ ꝭm subam põt mutari i sub-stãtiã cercõnez dictã qð magnope corp⁹ hu-manũ alterat ⁊ illud egrũ reddit sine multa in q̃litatib⁹ mutatiõe. Sꝫ i q̃litatib⁹ manife-stis vt puta in calitate friditate hũiditate ⁊ siccitate ⁊ illᷓ adeo alterari corpa ꝙ egra red-duntᷣ. Et silr ẽt de egritudie venenosa ⁊ pesti-fera. Nõ ḡ solũ i q̃litatib⁹ siue manifestis: si-ue occultis vt aer ⁊ aq̃ ⁊ terra corrũpi põt ꝙ i-ficiat corpa hũana: sꝫ ẽt i suba vt dcm̃ ẽ ifectiõ-ne venenosa q̃ vel pestilẽtia vl̄ pestilẽtialis fe-bris. Et mod⁹ ad h̄ duplex est vn⁹ vt dum vapo-res ⁊ fumi venenosi surgẽtes a terra vel aq̃ vl̄ aere corpib⁹ hũanis adherẽt p anhelitũ respi-rãdo ⁊ ĩspirãdo adint⁹ ꝟsus coz ⁊ pulmonẽ ⁊ vicinas ptes trahuntᷣ spũs siue vitales siue aiales siue nutritiuos ĩficiũt q̇ ĩfecti tã coz ꝙ̃ vicina mẽbza ĩficiũt ĩfectiõe venenosa ⁊ etiã hũozes q̃tuoz vt occurrẽtes hũozib⁹ cozdi vici-nis accẽdãt eos. Ppsi ꝯo eleuãtes vapozes ca-pnosos coz ĩflãmat ⁊ coz ĩflãmatũ p spũs ⁊ sanguinẽ mittit eaꝫ ad reliq̃s corpis ptes vt totũ ⁊ oẽs ptes ebuliant nisi aliũde fit ĩpedi-mẽtũ vt plerũqꝫ i extremis mẽbzis i ṗncipio febziũ retrahit calor nãlis siue i hui⁹ veneno-sa febze: siue alia. Ali⁹ aũt mod⁹ ẽ ꝙ nõ p anhe-litum solũ vapozes illi petãt viscera. sꝫ etiã p pozositates cõcutãeas vndiqꝫ p oẽs pozos extrinsecos ẽt oim mẽbzoꝝ. Non eni incõue-nit vt quẽadmodũ exeunt p pozositates coz-pozis vapozes vel hũozes vt puta sudoz et sordities ita ẽt inde intrẽt vapozes siue ae-rei: siue aquei: aut terrei: vel venenosi ⁊ mali vel boni. Accidit etiã pestilẽtia cã intẽsi ⁊ ar-siui calozis in estate cũ hoies vitãtes calo-res rabiosos loca habitãt frida ⁊ hũida q̃ fa-cile aerẽ vapozosuꝫ ⁊ venenosuꝫ acq̇rũt. Silr etiã de intẽtissima siccitate accidit vt siccissi-mũ vitãdo aerẽ corpa ĩcidãt i loca frida feti-da ⁊ hũida venenosa. Aut ẽt qñ de paludo-sis stagnis exirẽt fumi ⁊ de aq̇s reclusis et fetidis ⁊ a vẽtis ducerẽtur ad alias regiões et ꝓuincias sanas q̃s suo mõ inficerẽt. vel si ex locis vbi ĩtumulata corpa potissimũ hũa-na eẽnt ꝓpter homicidia ex pl̄ijs nã veneno-si vapozes a cadauerib⁹ hũanis surgẽtes ve-nenosa sunt pessima alijs hoib⁹. Silr ẽt ac-cidit pestilẽtia ex terre nascẽtib⁹ cũ ei in aere vel terra vapozosa nascẽtur vl̄ fruct⁹ vl̄ ḡna aliq̃ opꝫ vt sapiãt vapozib⁹ ⁊ q̃litate veneno-sa dupliciter. Prio qz cõpositi ⁊ nati sunt ex eis q̃ corrupta ⁊ venenosa hoi sunt. Alio qz circũdati ab eis virtualiter illoꝝ q̃litate sa-piũt. Quare tã realiᷣ ꝙ̃ virtualiᷣ illis attestã-tur. Vñ duplici de cã hũana corpa ĩficiũt. s. substãtifice ⁊ q̃litatiue. Substãtifice qz ge-nerãt nutrimẽtũ quo nutritᷣ corp⁹ hũanũ ⁊ spũs alteratos ⁊ corruptos coz inficientes. Vñ pati ad corruptionẽ corrũpũtur ex omi leui cã alia supuenientẽ. Nã lꝫ natura aliquo tpe tueatᷣ ⁊ ꝓhibeat corruptionẽ nõ tñ oĩ tẽ-poze põt continuo irritata plerũqꝫ tñ virtus

molestata ab ea mouetur magno conatu ad expellendum et mittit ad extra corpus nocumentum. Cum vero non pot ad extra mittit ad membrum et ibi pullulat apa vel pustula venenosa et si aqua et terra infecta et corrupta sint vel fieri possint. Pestilentia tamen ex aere malo fit magis cum aer continuo per respirationem assistat cordi vel cordi presens fit. Aer tamen grossior tardius impressionem malam recipit et tardius dimittit. ¶ Sed corpora ad pestilentiam parata sunt illa que ad omnes superfluitates parata sunt et in poris opilata que potissimum crapulosa vita viuunt splendidis cibis et venereis dediti. Isti enim putredini sunt esca que vero sec⁹ sunt .i. non opilata et in dieta et talis moderata nec sepe egritudines incidunt nec moriuntur. Corpora etiam latos poros siue naturaliter siue accidentaliter habentia sunt magis parata putredini puenienti a causis extrinsecis sed citius ab eis euadunt. Corpora vero densa accidentaliter propter repletionem factam a multis et prauis humoribus sunt magis parata putredini et a causis intrinsecis plus et citius leduntur. Corpora vero frigida et sicca naturaliter et poros habentia strictos naturaliter minus incurrunt pestilentiam quam calida et humida. ¶ Pestilentia etiam ut plurimum venit in fine estatis idest in autumno quia eo tempore aer minus est calidus et tamen subtiliatus quare de facili recepit impressiones et tunc corpora sunt minus munda a superfluitatibus propter indigestionem et debilitatem virtutis in estate acquisitam licet interdum accidat plus in estate propter contingentias influxus astrorum et propter influxus venientes a planetis infortunatis et interdum propter aerem calidum et humidum acquisitum a pluuia vel estatis vel veris. ¶ Est etiam pestilentia a contagione vel incipiens vel perseuerans nec mirum plerumque si ab hac causa plusquam ab aliis fit et augetur. Nam corpore seu homine aliquo hoc morbo infecto si alter sibi occurrat sanus siue ex anhelitu siue ex poris vaporibus exeuntibus ab illo et aere extrinseco commixtis que veneno sapiunt illi venenosi vapores in aere multiplicati a sano illo homine attrahuntur et illum eo veneno inficiunt cor eius sani petentes et sic cum alterat venenosa alteratione et similiter alterum aer ille alterare pot unde illi alterati alium aerem alterant et ex consequenti alios homines et sic in infinitum pene procedi pot ut plerumque inde magnus populus inficiatur. Nec solum per os attrahendo aerem illum sed etiam per poros totius corporis nec a corpore solum eleuati vapores id efficere possunt sed a quolibet pannorum genere ut plures verear a contagio vel sanorum vel egrorum infici quam a pestifero aere in se ipso alterato. Nec quis obiiciat quosdam sepe cum egris conuersantes et illis ministrantes nec aliquo modo lesos euadere nam actiuorum sunt vel fiunt in patiente disposito.

¶ Capitulum quartum de signis future pestis.




De signis future pestis quedam cum hoc quod sunt signa sunt etiam cause. Sunt etiam aliqua signa causis socia. Sed de aeris signis est cum apparet ignis per aerem ut stelle cadentes. Et etiam ignis in aere stans et quietans ut columna vel draco in principio autumni sicut de mense octobris hec indicant pestilentiam tamquam cause. Nam significant multos vapores siccos eleuatos ad superiorem aeris regionem qui causa sunt siccitatis aeris et autumni complexionem siccam nunciant quare etiam causa sunt pestilentie. Est enim autumnus iste sue nature contrarius cum sit natura humidus Unde aer redditur subtilis aptus recipere qualitates ventorum malorum putridorum et istud ut causa non est nisi per accidens causa pestilentie cum aeris siccitas sit prohibitiua cause pestilentie sed per accidens quia siccitas aeris reddit aerem aptum recipere pestilentias et cum hoc naturam suam mutando influit potius alterationem in corpa non ergo semper vel necessario est pestilentie signum aut causa sed solum quando post hanc siccitatem insurgit multitudo vaporum quos recepit aut quando celestes influxus influunt in aerem qualitatem pestiferam nam tunc siccus aer recipit magis impressionem influxus quam si esset humidus et similiter quando aer mutat colorem suum ad rubeum. Nam rubeus color in aere est propter vapores siccos similiter etiam si in autumno et maxime in principio sit aer nubibus plenus nec pluuie adsint unde autumnus siccus redditur cum temperato calore quando eo tunc aer nubibus plenus sine pluuia multiplicat vapores que cum pauco calore putrescunt non conuersi in aquam et pluuiam et pestilentiam inferunt. Nam si pluuia aduenirct mundificaretur aer vaporibus. Et etiam dicit Musulanus quando plurimum spirat et replet aerem vaporibus et nubibus. Nec tamen pluit facile in autumno inducit pestilentiam ex corruptione vaporum. Sed ventus australis si eodem modo repleat aerem vaporibus et nubibus nec tamen

Pestilen plurimum accidit tempore autumnali

pluit:facit corruptionē in aere sequēte ꝛ pe stilētiā ob ei⁹ minorē calorē tardi⁹ corruptionē inducentē. Et qñ in estate guttatim pluit ꝛ aer fit turbid⁹ ꝛ videbunt arbores q̄si coop te puluere ꝛ eo tpe non sit debita caliditas ꝛ post in medietate autūni apparebūt signa ignis in aere añ occasum solis tūc signa erūt magne epidimie ꝓpter vapores plurimos nō resolutos sȝ corruptos diminutiōe caloris solis in estate vt potissimū hoc ānovidet. Et qñ aer sepe mutat de caliditate ad frigiditatē ꝛ aliis dieb⁹ cōmot⁹ meridionalis ventus cū caliditate solis est. signū future pestilētie ꝓpter corruptionē ꝛ nō resolutionē vapoꝝ ꝛ ꝓpter repentinas mutationes aeris. ¶ Signa vero q̄ a terra poti⁹ ꝓueniunt sunt multiplicatio vermiū q̄ ex putredine nascuntur vt sunt rane locuste vel formice aut musce siue pulices supra cōsuetudinē. Nā maximā putredinē ꝛ ebullitionē ꝛ corruptionē in terra ꝛ terrenascētibus significāt. Et si vidētur mures ꝛ cetera aiantia habitātia sub terra fugere inde ꝛ dimittere nidos ꝛ oua sua ꝛ filii serpētes signū est future pestis qꝛ signū est putredinis ꝛ corruptiōis terre ꝛ si cum istis vnavideris multiplicari variolas ꝛ morbillos signū efficax est ad futurā cito pestē. Sȝ ab aqua vel aq̄ corruptione siue alteratiōe signū est ꝙ aialia aquatica q̄ ex putredine nascunt ex aq̄ illa fugiūt ꝛ p̄cipue rane ꝛ cācri ꝛ volucres aq̄tice ꝛ pisces ei⁹ loci sunt mali ꝛ interdū illico moriunt ꝛ q̄ eos comedūt infirmant aliqua egritudine scȝ pestilētia. Sȝ tñ pestilētia ab aq̄ vel terra ꝓcedēs nō se extēdit multū de regione in regionē vel de ciuitate in ciuitatē vel de castro in castrum.

¶ Capitulum quintū de signis febris pestilentialis.


Febris pestilentialis signa ambigua valde sunt cōfusa ꝛ incerta cū sint plerūq̄ ꝯraria valde qñ venenosa q̄litas sepe fortis est ꝛ iterdū debilis ꝛ corpa resistētia qñq̄ bene resistūt ꝛ interdū male. Que aūt qualitas fortis est valde seuissima accidētia facere dȝ recti⁹. Que vero debilis debilia lȝ interdū cōtrariū accidat. Nā virt⁹ sepe fortē ꝛ venenosā q̄litatē refugiendo nō aggredit eā ꝛ bellū cum ea refugit. Et que debilia ecōtra quare accidentia seua q̄ fiunt ex. forti bello signa certa dari possunt. Et q̄ fiunt ex bello debili nō significāt maluȝ morbū ꝛ tñ morbus pōt esse malign⁹ valde quē natura aggredi nō temptat ꝓpter intensam ei⁹ maliciā vnde decipit medicus in ꝓnostico. rōnabilius tñ est ex fortibus accidētibus fortiorē egritudinē esse ꝛ deteriorē ꝛ econuerso. de signis vero pestilentialis febris est ꝙ febris ista est remissi caloris in principio ꝛ sic apparet ad tactū medici ꝓpter caliditatem remissam nisi ꝓueniat a materia valde colerica sed interi⁹ est valde ꝑturbans ꝛ inquietans infirmū propter venenositatem petentem cor licet vt plurimū interficiat. Et eorum anhelitus fit spissus ꝛ magnus propter angustiam ꝛ flāmam quā cordi ꝛ precordiis influit venenosa materia ꝛ est sistoles maior diastole necessitate euentandi vapores malos venenosos plusq̄ attrahendi aerem frigidum cū non magna sit flamma caloris preterq̄ in illis que sunt a materia colerica vel que sapiunt multū de colera ꝛ in ea est pulsus frequens ꝛ paruus frequens est merito magne necessitatis licet in nocte frequentior cum augeatur in nocte necessitas tamen quia molestat ista febris magis in nocte q̄ in die de sui natura tum quia propter frigiditatē maiorem in nocte trahitur calor ꝛ naturalis q̄ febrilis ad intra ꝛ magis inquietat et vrina est interdum multa ꝛ spissa scilicet subiugalis ꝛ interdū aquosa subtilis. Et si in ea sit ypostasis aut nebula vt plurimum sunt nigri coloris vel liuidi. Et euomunt aut egerunt cum fetore. Et quicquid euomunt fetidum est ꝛ isti tales vt plurimum moriuntur si febris pestilētialis sit de fortibus siue mitibus quia significatur interius magna corruptio. Et emittunt vnctuosum stercus quia liquefit in eis pinguedo. Et patiuntur sitim vehementem per communitatem oris stomachi cū membris spiritualibus. Et lingua cum hoc ꝙ est aspera ꝛ nigra ꝛ nōnunquā citrina. Et sepe fit in ea alcola. Et habēt defectionē appetitus ꝛ qñ bene comedūt vel sponte vel vi euadunt vt plurimum. Et in eis debilitat appetit⁹ plusq̄ in aliis febrib⁹. Et sepe habēt pulsum silem sincopizantibus ꝛ ad plus moriūtur. Et habēt vigilias multas cū permixtio

ne rationis. Et quandoque est profundatio somni propter multos vapores corruptos ascēdentes ad caput. Et interdū accidit eis in potētia mouendi quasi sit mollificatio ex debilitate virtutis. Et fiat extensio ipocundriorū ꝑpter ðbilitatē membroꝝ nutritiuorum ⁊ magnitudo splenis ex vētositate multiplicata in locis illis. Et qñque accidit botor vel nigra vel rubea vel subcitrina vel subalbida ⁊ qñque durāt: quādoque sunt velocis apparitionis et motus propter debilitatem virtutis: et quandoque sudant sudore frigido et significat resolutionem virtutis.

¶ Pronosticum. hec febris vt plurimum est male terminatiōis nec cōfidendū de vrina si sit laudabilis quia vt plurimū est male terminationis ⁊ hoc qꝛ natura nō audet inuadere causam morbi vt quādo expectatur crisis bona venit mors. Et nota egritudines contagiosas ⁊ febris acuta ptisis pedicon ⁊ persicus ignis antrax lippa lepta tibi contagia prestant pedicon id est epilepsia ꝑpter multos vapores quos emittit venenosos epilepticus.


¶ Capitulum. vi. de pestilentialis febris cura ad dietam spectante.



Cum cura hmōi febris triplici fiat instrumēto dieta. scȝ potione ⁊ cirurgia ad dietā initiū erit ⁊ primo ab aeris dispositione ad quā prim⁹ ⁊ generalis sit canō ꝙ scȝ aer semꝑ ad frigidū tendat et siccū. Quare egrotāti semꝑ ꝑposse loc⁹ paretur frigidus ⁊ aer nō humid⁹ lȝ nō sicc⁹ vnde nequaꝙ i terrena māsiōe vel camera sȝ in solario poti⁹ in eo ꝑsertiȝ in quo aer sit liber ⁊ euētat⁹ a septētriōe cū inde vent⁹ sit frigid⁹ ⁊ sicc⁹ ⁊ respirat⁹ ⁊ hoc potissimū egro iuuene existēte colerico vel sanguineo in febre ꝑserti intēsa. Si vo nō inueniat̄ locus hmōi naturalis frigidus aut etiā siccus paret̄ artificio scȝ irrorat⁹ aceto vini bono ⁊ odorifero cum aqua rosata vel cōi mixto ⁊ ꝑparato cū reb⁹ infrigidantibus ⁊ redolētibus vt sunt frondes salicis granatorum citoniorum tamarisci canne foliorumvitis ⁊ nenufaris acetose melisse ⁊ similiū cū sandalis oībus ⁊ cuȝ rosis ⁊ ex canfora cū aqua rosata ⁊ floribus redolentibus ⁊ illorū sepe fiat innouatio ⁊ cū hoc fiat mutatio de vna camera in alteram eo modo paratam si fieri potest ⁊ fenestre sepe aperiantur quoniaȝ vapores mali etiā ab infirmo surgentes aerem corrūpunt: nec solum hoc fiat in pestilentiali febre sed etiaȝ in omnibus acutis febribus ⁊ in alijs vel pueris vel senibus ⁊ in non adeo estuosis paulominus gradatim ⁊ si possibile sit parare in camera aquam aliquā que cadat frigide resonando presertim in patiētibus vigilias laudandum ⁊ fructus etiam odorifери si sint citonia ⁊ persica ⁊ granata si possibile est irrorando sepe in die cū aceto aqua rosata ⁊ canfora ⁊ sandalis ⁊ similib⁹. Et vēti meridionales suntvitādi boreales vo conuenietes. Et fit suffumigatio cū sandal' ros. canfora ⁊ ligno aloe parū vt frigidoꝝ virtutem excitent ⁊ de fructibus etiam ribes et berberi et citranguli limones citri et huiusmodi ⁊ eger frequēter odoret frigida odorifera sicut poma odorifera rosas et similia. Et pomū si sibi fieri potest odoriferū. recipe sandalorum omnium rosarū rubearum corallorum amborū spodij violarum. florum nenufaris ana. ʒ. ij. gūmi arabici draganti. ana ʒ. iiij. cāfore yreos ana ʒ. v. croci. ʒ. s. musci dissoluti in aqua rosata grana. v. infundātur gūme et dragātum in aceto ⁊ ex his alia cōficiantur ⁊ muscus vltimo dissolutus apponatur. Et posset poni aqua rosata i ampulla cum aceto et puluere rosatoꝝ et sandaloꝝ cum cāfora et sit ampulla quasi media et cū pauco vino optimo et agitata ampulla poni ad nasum. Et teneantur infirmi in leticia et gaudio et bona spe et prohibeātur suspitiosa noua ⁊ tristia ⁊ adsint infirmis homines iocosi ⁊ liberati ex peste ⁊ stēt in loco odorifero ⁊ dormiāt conuenienter nō tamen profundantes in somno. ¶ Et de cibis si opus sit: cogantur comedere: qꝛ vt plurimum est prostratus appetitus ⁊ cibi sint boni nutrimēti ⁊ facilis digestionis ⁊ poti⁹ assati quā elixati ⁊ pulli parui ⁊ potius pulle ⁊ aues parue laudabiles ⁊ edine carnes ⁊ oua cū agresta vel aceto vel acetosis vt arāncijs granatis muzis vel acribus ⁊ cum alijs acribus fructibus delectabilib⁹ eis et omni studio hortētur ⁊ cogātur ad cibum sumēdū nō in quantitate multa ꝑ vice sed sepe quoniam cibo laudabili roborat̄ virtus debilitata cōtinue a venenosa qualitate ⁊ confor

tantur et innouātur spiritus qui cōtinuo re
soluuntur a venenosa qualitate ⁊ multipli/
plicātur spirit⁹ boni ⁊ vapores mali vincunt
⁊ expellunt ⁊ virtus vitalis ⁊ alie roborātur
⁊ in parua quātitate ꝑ vice dētur cibi sed se
pe q̄ spirit⁹ cōtinuo indigēt crebra refectiōe.
Et potissimū sepe cōfortētur cū cordialib⁹
cū margaritis ⁊ gēmis alijs ⁊ auro ⁊ simili
bus sed multi cibi sint cū aceto mixti nisi le/
dat stomachus eoꝝ q̄m acetosa resistunt ve
neno ⁊ corrigunt cibos alteratos ⁊ appetitū
excitāt ꝓstratum. ⁊ panis sit bene fermētatus
de electa farina ⁊ si tpe fermētatiōis ponat
paruū aceti si non recusent infirmi bonum.
¶ Sed si virt⁹ defecta nō sit: possunt a carni
bus abstinere sed saltē sint ꝑparate ⁊ condi
te cū succo citonioꝝ citrāguloꝝ citri agreste
aceti saluis tū stomachis ⁊ mica panis loti ⁊
aceto irrorati vel succo aliquo acetoso vel etiā
lacte acetoso nutriri possunt. Si ṽo virt⁹ de/
bilitet ad carnes laudabiles veniendū sicut
pulloꝝ pdicum fasianoꝝ ⁊ similiū etiā elixa
toꝝ si nō aliter cibari possunt sed acetosis cō
mixtis sicut agresta vel arācijs in eis parum
bulitis. Quo ad potū ṽo aqua frigida vel vi
no granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ citonioꝝ ⁊ acetosita
te citri. Et acetū cum plurima aqua mixtū
ꝑsertim si mēbra nutritiua apāta non sint vel
opilata: sed balneo vel potu aque calide nō
vtātur. Nā calorē febrilem augmētant ⁊ ap
petitū deijciunt corpus rarificāt ⁊ spiritus
exhalare faciūt. Et assuetis detur vinum potu⁹
album bonū ⁊ cū quincuplo aque frigide ⁊
appetētibus cōpetit vinum bruscū vocatū
⁊ tā cibi q̄ potus dentur actu frigidi vel nō
calidi. Et omni die curent ascellare vel natu
raliter vel artificialiter. ¶ Ego vero de ace
to bene opinor. Nam cū iuuenis valde eēm
florentie in villa pestem fugiens ex inordina
to regimine febrē incurri pestilentialē cum
apāte in inguine ⁊ siti imensa nec volens so
cijs reuelare finxi aliā egritudinem suadēs
socijs ne mecū morarentur. Et ego in lecto
stans petij q̄ omni die veniret vnus ⁊ mihi
vnum flasconē aque cū aceto daret quē sem
per lambēdo apud me tenebā prope os et
omni die vnū flasconē bibebā ⁊ semel tātū
in die comedebā tandē dei grā liberat⁹ sum.

¶ Sequitur capitulum septimum de
cura eius per potionem.


Ura aūt per potionē est vt p̄mo
fiat infrigidatio ⁊ exsiccatio in
passiuis tū paruus fiat excessus
sed frigiditas eleuet vsq̄ ad ter
tium gradū nisi materia putre/
dinis obstet vt quādo materia in qua est pu
trefactio de sua natura est frigida vt flegma
aut melācholia q̄ non tanta indiget in frigi
ditate quare medicine frigide in flegmate ⁊
melancholia nō debent esse adeo frigide vel
cum eis admisceri debēt calida tēperate et
sicca cōfortantia ⁊ repellentia venenositatē
predictam vel ab intra vel ab extra admini
strentur vnde rob de acetositate citri cotidie
dari potest ⁊ cū hoc aqua frigida cū aceto
si nō obstant ꝑticulares dispositiones ⁊ apud
me nō incōuenit rob de fructibus acerbis et
trocisci de canfora ⁊ aqua lactis acetosi et
aqua mixta cū bolo armeno ⁊ pauco vino al
bo. Cōuenientissimū etiā teneo fieri diuer/
siones materierū ⁊ vaporū venenosoꝝ. po/
tissimū cū fricatiōibus extremoꝝ coxarū ⁊
tibiarū cum manib⁹ vel mādili ⁊ cōtinuent
quanto plus est possibile. Nā cum hec sit cu
ra quasi coacta non seruando alios cano/
nes primo debet proposse fieri diuersio
quasi continua quia tā diuertit materiam
quā vapores et fumos venenosos qui sunt
prope cor etiam faciendo ligaturas ad iun/
cturas ⁊ ventosas ad nates ⁊ fiant vento/
se vel cū scarificatione vel sine ⁊ ponēdo san
guisugas circa nates vel in emorroidalib⁹ ve
nis. sandali etiā cū zuccaro rosato ꝯueniunt.
Pōt etiā fieri hui⁹ cōfectio. ℞. aque rosate ⁊
zuccari albi solidi añ. ℥. v. margaritarū. ʒ. s.
iacincti smaragdi raffini ossis de corde cerui
añ. ℈. s. canfore. ℈. vni⁹ tertiā partē limatur
auri ⁊ argēti añ. ℈. xv. in modū tortelle vel bo
li. Sed si cecidit appetitus fiat sine canfora.
Et pōt fieri sirupus hoc mō. ℞. succi buglos
se succi pomorum dulciūm ⁊ granatorū sine
residentia nec ad ignem añ. ℥. s. lb. aque endi
uie acetositatis citri succe citranguloꝝ vltimo
num succi acetose añ. ℥. iiij. aque rosate. ℥. ij.
zuccari albi fiat sirupus ⁊ aromatizetur cū
sandalis vel fiat in modum iuleb. Alius. ℞.
melisse buglosse boraginis acetose endiuie
cicoree añ. ℥. ij. acetositatis citri vel limonū
vel granatoꝝ acetosorum. ℥. s. lb. aque rosate
aceti vini albi añ. ℥. ij. zuccari albi solidi fiat


sirupus ⁊ ista duo valēt q: alterant discrasiā depurant sanguinē ⁊ spiritus ⁊ principalia mēbra cōfortant. Electuariū ad idē. ℞. dyabuglossati zuccari ros. an̄. ʒ. ſ. dyaboragiati ʒ. ſ. margaritaꝝ iacinctoꝝ limature auri ⁊ ar. ana. ℈. ſ. zuccari albi vel man⁹. christi ad libitum misceant̄ cū folijs auri. iij. Aliud. ℞. zuccari rosati ⁊ buglossati cōserue nenufaris an̄. ʒ. ij. margaritaꝝ iacinctoꝝ an̄. ʒ. ſ. smaragdoꝝ zaffiroꝝ an̄. ʒ. v. coralloꝝ rubeoꝝ rosarū rubearū seminis acetose seminis citri an̄. ℈. ſ. ossis de corde cerui infusi in aqua rosata. ℈. ſ. limature auri ⁊ argenti an̄. ʒ. ß. folij auri numero. x. ß. misceant̄ cū modico aque rosate vel ex aqua rosata. ʒ. iij. boli armeni vini albi odoriferi an̄. ʒ. j. misceant̄ ⁊ sunt dosis. iiij. Sed ab extra ponatur ad cor. recipe aque rosate librā vnā. aque endiuie solatri ⁊ buglosse ana. librā ß. aceti. ʒ. duas. sandalorum omnium ana. ʒ. vj. corallorum rubeorū rosarū. an̄. ʒ. iij. spodij. ʒ. ij. croci ⁊ cāfore an̄. ʒ. v. epitbimet̄ ex eo cor. Et etiā in imēso calore ⁊ cōplexione calida epitbimet̄ epar. Sed facta alteratiōe materie calide ⁊ cōfortatione fiat euacuatio nō expectata digestione ⁊ fieri pōt eradicatiua si nō timet̄ de ibecillitate virtutis. qm̄ canonice debemus eradicare materiā venenosam nisi timor sit de ibecillitate virtutis quare euacuatio si nō eradicatiua debet ī valde minoratiua fieri. Si indiget flebotbomia aut farmatia. Et flebotbomia prio fieri debet de basilica dextra ⁊ post de sinistra si tolerat virtus. Nā dextra euacuat humores existētes circa cor. Et de sinistra vapores circa cor minuit p̄misso clisteri lenitiuo. Et si indigētia ē farmacia sint medicine benedicte. Et q: magna requirit̄ euacuatio fiat earū augmentū in dosi ⁊ nō in fortitudine. Sed hic pro canone vniuersali totius hui⁹ operis nota ꝙ licet in oīni morbo vbi damus medicinā electiuā ꝙ ipsa ꝯuentē tior est i dosi descripta hoī cōis roboris aliarū nationū ꝙ̄ tuscanoꝝ cū sint tuscoꝝ corpa magis delicata ꝙ̄ alia et magis resolubilia q: sunt cū spiritib⁹ resolubilib⁹ plus ⁊ caro eorū minus dura ⁊ cōpacta ꝙ̄ corpa aliarū nationū q: sunt subtilioris nutrimēti ⁊ i minori ꝙ̄titate ꝙ̄ alia filii sunt genita a patre gracilior. Vn̄ sic etiā generat filiū. Quare de dosi descripta subtrahat̄ cōiter quinta vel sexta pars respectu aliaꝝ nationū cū caro ⁊ spiritus eoꝝ sint ex herbis ⁊ salaticijs ⁊ pauca carne vel propter auaritiā vel ꝓpter appetitū minorē siue ꝓpter influxū astroꝝ ⁊ planetarum differentē ab alijs nationibus. Quare euacuat colerā cū reubarbaro mirabolāis citrinis tamarindis ⁊ māna. Flegma cū agarico potissimū q: euacuat materias flegmaticas a sp̄ualibus ⁊ est cordialis minorata ꝙ̄ materia digerendu residuū si expectat ⁊ in oī digestiuo fit de aceto vel de acetosis q̄ resistunt putredini. Et fit digō s̄m ꝙ materia exigit. Et digesta materia euacuet̄ cū cōuenienti medicina. Et diuersiones cōueniunt si expectat trahētes de sp̄ualibus mēbris ad extrema ⁊ vilia mēbra ⁊ si fit cū sincopi febris redit ad sincopalē febrē vt dicet̄ ⁊ si cadat appetit⁹ da excitantia appetitū vt post dicemus. Si vero vermes sint iuncti cū hac febre digere primo cū sirupo decoctiōis sanctonici ⁊ radicū graminis ⁊ seminis portulace ⁊ ossis de corde cerui ⁊ similibus ⁊ fiat tale clistere ℞. decoctiōis graminis cicorce endiue eupatorij salis: olei amigdalarū amararum et zuccari.

¶ Capitulū octauū de cura eius per instrumentum cirurgie.

Cirurgia etiā curari ⁊ nō solum curari sed p̄seruari a fe. pestilentiali pōt ⁊ pestilentia. p̄seruari eīn pōt hō vt Guido d̄ Caulliaco dicit preseruatos fuisse plurimos in frācia ⁊ potissimū in auinione, a pestilētia in qua plures ꝙ̄ due ptes hominū defecerūt. Nā medici aliqui cauti sibijpsis ⁊ alijs plurib⁹ fecerūt ꝓpe emūctoria assellarū ⁊ coxarū cauteria ⁊ ea apta dimiserūt vsq; ad finē pestilētie q̄ illesi euaserūt qm̄ quidā in brachijs ⁊ tibijs ⁊ alijs prope ascellas ⁊ ꝓpe inguina faciebant siue actualia siue potētialia cauteria ⁊ toto pestis tēpore aperta tenuerūt nec irrōnale est. nā cū natura onerata materia mala interdum in ictu ⁊ subito ad loca illa mittit materias malas ⁊ ibi facit spata onerata ab illis. ꝙ̄to ergo magis qn̄ est fortis natura ⁊ hz loca illa iā parata ⁊ artificiose erupta q̄ sunt vt riuulus ⁊ exitus materierū malaꝝ. Vn̄ quādo paulatim cōgerunt̄ ita paulatim emittūtur cū natura dū fortis est continuo vim faciat ad expulsionē maloꝝ ⁊ corruptoꝝ hūoꝝ.

Curatur etiã pestilentialis febris ꝛ aposte-
ma manu cirurgica incidẽdo apata ꝛ sedan
do ꝛ remouẽdo pustulas malas vt ãtraces
et carbũculos altoin ꝛ bubones venenosos
et similia. Quã quidã mortificãt actuali fer
ro ignito: quidã virtuali cauterio. Ego vero
actuale cauteriũ magis laudo. Primo scari
ficato loco. Post vero ferro vehementer igni
to leniter pustulã tãgẽdo. Nã dũ bene igni-
tum est minus valde dolorẽ causat ꝛ effectũ
melius efficit. Sed si primo defensiuũ po-
natur distãter a morbo per tres vel quattuor
digitos laudo. Et si inter defensiuũ ꝛ mor-
bum ponatur in modũ circuli aliquid de tyria
ca. distanter tñ a morbo p vnũ digitũ conce
dendum post vero super loco vsto ponatur de
butiro ꝛ sup butiro de albumine oui demũ
curetur vlcus miscẽdo tamen aliquod attracti
uum vt de fermento acri vel acetosi. Si aũt
cũ potentiali cauterio velis vitellũ oui vnum
vel duos ꝛ tantũ de sale q fiat incorporatio ꝛ
ponatur sup peciã medicamen ꝛ petia cum
eo ponatur sup loco ꝛ dimittatur per horas
et post innouetur vt prius ꝛ sic procedatur per
totum diẽ etiã innouãdo de hora in horam
per totũ diem naturalẽ ꝛ in die naturali in-
terimit antracẽ. Et arnoglossa id est plan-
tago in tribus horis dr interficere ꝛ idẽ dici
tur de scabiosa ꝛ cõsolida. aliud. ℞. vinceto-
xici scabiose cõsolide minoris ana. ꝛ pistẽtur
cũ modico nitri vel salis addendo parũ as-
sungie recẽtis ꝛ mutata post altera qr valde
cõfert. Et bubo pestilẽtialis qui apa est ma
lignũ interficitur sepe in vno die vel in pau-
cis horis ꝛ apostema emunctoriũ pestilẽtia-
le ꝛ cura eius est seruata dieta trahatur ad
extra per ventosas ꝛ per scarificatione post
gallus vel colũbus per mediũ scissus teneatur
super locũ per mediam horã ꝛ post ponatur
illico alius eodẽ mõ. Potest etiam gallus de
pilari circa anũ vel columbus ꝛ anus quasi
apertus poni super loco illo scarificato ꝛ est
hoc gallo sicut venenũ. Nã cito interficit il
lum: et quidam ponunt emplastrũ attractiuũ
quod sic fit. ℞. medulle fermenti. ℥. iij. pulue
ris seminis sinapis ꝛ eruce ana. ℥. ß. vitrioli.
ʒ. ij. cantarides numero decẽ conficiantur cum
frumento ꝛ quidã conficiunt cũ melle nam
hoc fortiter attrahit ꝛ in tribus horis vlce-
rat. vel fiat emplastrũ de fermento acri hñ
malassato cũ succo scabiose. Aliud optimũ
in materia venenosa. ℞. tormẽtille. ℥. ij. seis
eruce. ℥. j. radicũ sãbuci ꝛ ebuli lib. j. radicũ
macedonici. ℥. ß. cõficiantur cũ oleo camõilli-
no ꝛ pice nauali in quantitate qua resultet
emplastrum durũ ꝛ supponatur ex eo bis in
die mane ꝛ sero. Aliud emplastrũ. ℞. medul
le granorum coti nucis indice fermenti cau-
lis sepi sinapis fimi colũbini ana. partes eq
les. Et põt rumpi bubo vel altoin cũ calce ꝛ
sapone cũ saliua ꝛ paruum infert dolorẽ ꝛ si
militer fermentum cũ oleo ꝛ sale cõfert. Et
emplastrum ex cancris ꝛ tritico masticato ꝛ
fermentum cum oleo ꝛ sale confert quia ma
turat et rumpit. Et pix mixta cum passulis
carbunculos rumpit ꝛ cauda equina minor
que stipitem habet rubeum trita ꝛ superpo
sita cõfert antraci carbunculo ꝛ altoin. Sed
cum cauterio actuali ego plus laudo bubo-
nes ꝛ altoin malos necari cum cauterio
actuali cum venenum extinguat ꝛ pauci val-
de sint dolorisi ferrum sit valde ignitum et
statim remoueatur iterando ter vel quater
et parum grauãdo pro vice.

¶ Capitulum nonum de variolis et morbillis.



Uoniam apud veteres cõsue-
tũ ẽ de variolis ꝛ morbillis p9
sermonẽ de pestilentiali febre
agere qd congruũ videtur quo
niam eodẽ modo sapere viden
tur de venenositate vt pestilentiales febres
quare similiter nos mõ agemus. Sunt itaqꝫ
variole ꝛ morbilli ꝛ alchumata pustule de
genere botor. Et inuicem sunt eiusdẽ gene-
ris ꝛ si differant s̄m magis et minus. Nam
sunt variole pustule maiores. morbilli vero mi
nores ꝛ alchumata medie. Et etiã cũ h dif-
ferunt in materia. Nam variole sunt de san
guine: ꝛ ei attestantur: morbilli vero de chole-
ra. alchumata vero componuntur ex sangui
ne ꝛ cholera fere ꝛ equaliter. Et fiunt ex hu
iusmodi materia ex eo qr nutriri dicitur em-
brio de sanguine mẽstruo lꝫ de puriori eius
parte ꝛ altera reseruatur in matrice vsqꝫ ad
horas partus. Et huiusmodi materie in em
brione existentes digeruntur adeo q earũ ali-
que partes sunt nutrimentũ illis: alie vero in
puriores reseruantur iuxta cutem quietate
taliter q a virtute nõ molestantur. Sed post

dum egredit vterū infās interdū virtus one rata ab illa materia certo tempore mouet ad expellēdū eā ⁊ potissimum qn̄ materia ista irritata vel calore solis estiuo vl' ab influ xu aliquo celesti vel ab aer alterato ad pesti lentiales q̄litates aut a vētis hui' qualita/ tis vel a vaporib' eleuatis in aer a terra vt excitēt virtutē ad expulsionē materie ⁊ illa p̄ parata expulsiōi siue digestiōe laudabili si/ ue illaudabili. Nā virtute in ea agente fit ebulitio talis i illa vt natura vim faciat ad expellēdū quare ebulitiōe sua ad cor vel hu mores ꝓpiquos cordi fit febris q̄ extraneita te mala sapiat opȝ. ⁊ fe. hec vl' sanguinea est vel colerica de sanguie subtili ⁊ sinoca aut si nocus sit opȝ vel tertiana ꝯtinua. sed satis dici potest materiā hanc ꝑ modū crisis a na tura expelli ⁊ bona crisis est interdum aut mala ⁊ reseruata vt plurimū ad vnicā creti/ cam expulsionem. ⁊ si interduȝ in duabus ex pulsionibus vt quidam bis sue vite cursu in cidant hunc morbum ⁊ vt plurimum acci/ dit in puericia ⁊ si interduȝ tardetur vsq; ad iuuentutem aut licet raro in senectam. Nec mirum hoc est nam in quibusdam huiusmo di humores adeo quietant ⁊ natura est cum eis adeo suefacta nec molestata q; non fa/ cit vim contra illam potissimum si humores illi nullam recipiunt alterationem a causa aliqua extrinseca aut intrinseca. Extrinseca vt dictum. Intrinseca vt puta a cibis cali/ dis ⁊ aperitiuis pororum parantibus ma/ teriam subtiliando: calefaciendo ⁊ aperien/ do ⁊ ad expulsionem preparando. nec solum materia hec congesta est in embrione tem/ pore quo est in matrice. sed etiaȝ congeritur et augetur extra vterum ex cibis inconueniē/ tibus ⁊ inconuenienti eorum vsu' vt augmē/ tent post illam taliter q; virtutem aggrauet et irritetur ad expulsionem. Qui vero ma/ gis parati sunt variolis et morbillis sunt pueri potissimum ad variolas calidi et hu/ midi. Aliȷ̄ autem. s. calidi ⁊ sicci potius ad morbillos qui vulgariter rotolia vocantur. Et q̄ parati sunt ad fluxū sanguis nariū mi nus hos incurrūt morbos. sed q̄ in matrice ex mēstruo acq̄sierūt in puericia incurrūt eos. Qui v̄o ex cibis ⁊ regimine malo potius in aliȷ̄s etatibus incurrunt.

¶ Capitulum. x. de signis significātibus futuras variolas.

Signa significātia variolas futu/ ras sunt dolor dorsi ⁊ prurit' nariū ⁊ timor in somniȷ̄s. Et pūctura ve hemēs in mēbris vt acus vel spine ⁊ guttas in toto corpe ⁊ rubedo faciei et oculoꝝ et la crime et inflatio faciei ⁊ mltitudo alicū ⁊ sal tus cū ꝯstrictione ābelitus et raucedo vocis et grossities sputi ⁊ guttas capitis et dolor et ꝓprie in initio feb. ⁊ exiccatio oriscum siti et dolor gigiuaꝝ et dolor cordis apō resupi natione et febrē ꝯclusa ⁊ signa repletionis sanguis in toto et q; mltis vel aliq̄bus acci/ dūt variole cū istis vel q̄busdā dictis signis ꝓnosticari poteris ipsoꝝ euentuȝ et ꝓprie in calidis tēporib' et cū hoc sternutatio aspe ritas et tenebrositas oculoꝝ et visio lāpadū corā eis. Et feb. post vt plimū sinoca inflati ua in variolis ē ⁊ causon nō putrid' in morbi lis q; de colera. Reperiri tn̄ potest putrida sanguinea in variolis. ⁊ putrida colerica in morbillis et hec sunt signa variolis ⁊ mor/ billis comunia. Specialia aūt signa variola rum sunt febris ꝯclusa et dolor invētre et in dorso vehemēs et pruritus in naso et timor in somno. sed si febris sit vehemētis calidita tis et āgustie tūc morbilli arguēdi sunt po/ tius cū multitudie lacrimaꝝ maiori. Et in/ ter cetera signa q; est certi' est dolor lumboꝝ cum febre potissimū in autūno. Sed signa mala variolis sunt egressio tarda et silr ma turatio et fe. et si estuatio nō sedet nec fit al/ leuiatio febris ⁊ fit āgustia vehemēs et etiā fuerint variole coloris nigri violacei aut vi/ ridis. Et interdum apparēt: et interdum oc cultātur. Et variole coloris plumbei in facie et pectore plures quam in manibus et pe/ dibus sunt male et qn̄ sunt dure difficilis exi tus sunt male et fluxus sanguinis nariuȝ est melior crisis variolis. Pronosticum. si fuerit cito apparentes et cito maturētur est signū bonum et nō econtra. ⁊ si sunt coloris viola/ cei aut viridis aut nigri malum. et si sanies sit viridis mortale et si modo apparēt et mo do occultātur mortale. et cum difficultate an helitus pessimum sed cum facilitate et alle uiatione bonū. sed cum virtute debili et fe/ bre forti prope est mors.

¶ Capitulum. xi. de cura variolarū et morbillorum per dietam.



Aer ergo ante apparitiones eorũ sit tẽperatus ad frigiditatẽ toti⁹ declinis. Tamẽ bene pãnis tegatur vt aer attractus per anhelitũ ad frigiditatem potius tendat sꝫ pãni copiẽtes defendãt ipm circũcirca ab aere frigido sit ergo ꝑ interius attractio aeris tangẽtis poti⁹ ad frigidũ ⁊ aer siue res tangẽs extra sit poti⁹ ad caliditatẽ declinãs ne pori cõstringãtur sed in exitu eoꝝ qꝛ in augmento debẽt teneri in aere tendente ad caliditatem. Licet temperate ⁊ p̄sertim pãni copientes caliditatẽ aliqualiter faciãt maiorẽ. sed si veniat difficultas anhelit⁹ ⁊ q̄si sincopis fiat maior īfrigidatio aeris cũ istõ accidẽs malũ sit valde vitãdũ. Et pãni q̃ adherẽt eis ⁊ tãgũt eos debẽt poti⁹ eẽ coloris rubei p̄serti de scarlato qꝛ ꝓpetatẽ hñt attrahẽdi maĸias ad extra ⁊ si veniãt tpe frigido dꝫ locari eger in loco calido ꝓpinquo sudori in quo accẽdatᷓ ignis cũ lignis siccis devitib⁹ nisi timeatᷓ estuatio ⁊ sincopis. Et ſ hoc accñs veiat: loceᷓ in apta ⁊ nõ i clausa camera odorãdo sandolos cũ aq̃ rosata ⁊ cãfora. Et cooptura pãnorũ sit decẽs addẽdo ⁊ minuẽdo ꝰm cõuenientes temperiem. Nec tñ tãta sit cooptura ꝙ grauet ⁊ molestet. et vitẽt tristitiã timorem furorem iram sollicitudinem tñ motus tẽpatus in loco tuto a vento in p̄ncipio ⁊ declinatione ꝯfert. Et balneuꝫ oĩno vitent ⁊ somn⁹ ante apparitionem eoꝝ cõfert: post appitionẽ nocet sꝫ in declinatiõe cõfert somnus ⁊ vigilie tẽpate. Quo ad dietã vero debẽt sibi ꝓhiberi dulcia oĩno ⁊ mel potissimũ ⁊ cibi grossi ⁊ acetosi ⁊ salsi ⁊ acuti ⁊ amari ne inducãt tussim ⁊ vnctuosi ne calorem faciãt ⁊ sitim. Sed lẽtes excorticate cũ aceto cõdite cocte prius in aq̃ vel vino granatoꝝ cõferunt sua ꝓprietate. ⁊ ptisana cõuenit eis mane ⁊ sero aut fiat sorbitio ex zucaro ⁊ amilo ⁊ zucaro ⁊ oleo amigdalarum dulciũ. ⁊ vsqꝫ ad quartũ diem ptisanã cum aq̃ decoctiõis iuiubaꝝ ⁊ zuccaro. virtute vero nõ tolerãte fiat ptisana cũ brodio pulli. et sorbitia etiã concedi possunt. poti⁹ ꝟo eoꝝ sit granata acetosa vel vinuꝫ eoꝝ aut aqua lẽtium excorticataꝝ cuꝫ paucissimo aceto vl' succo granatoꝝ. ⁊ si de vino deᷓ in casu virtutis vel i declinatiõe morbi albũ ẽ decẽti⁹.

¶ Capitulũ .xij. de cura ꝑ potiones.

Curanᷓ morbilli ⁊ variole ꝑ potionẽ vel euacuãdo materiã vel diuertẽdo ad cõtrariũ. Euacuando pria medicina est minutio sanguis siue per flobothomiã: siue ꝑ scarificationẽ: siue ꝑ sanguisugas: siue ꝑ fluxũ sanguis nariũ. Flobothomia prio si pticularia cõueniãt existente magna plectoria ꝯuenit eradicatiua. Sꝫ in p̄ncipio morbi valde ⁊ si potissimũ sanguis peccet in q̄to tantũ ⁊ hec de basilica primo post ꝟo de cõi vel media si exigit sꝫ qꝛ vt plurimũ sunt pueri lesi ab hoc morbo ꝯueniret poti⁹ ꝑ fluxũ sanguis nariũ: aut ꝑ scarificationẽ in narib⁹ vel spatulis cuꝫ vẽtosis ⁊ in collo maxie si signa idicãt materiẽ raptũ habere ad superiora vt dolor capitis ⁊ rubedo faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ visio lãpadũ ⁊ vene iflate tumide ⁊ silia vel cũ sanguisugis apõ emoroidales venas vel in spatulis vl' in extremitatib⁹ auriũ. Sꝫ totũ ꝯuenit qñ variole nõdũ inceperũt appere. vel inceperũt sꝫ paucissime ⁊ istud vt p̄limũ est añ q̄rtũ diẽ licet melius esset in prio vel scdo vel tertio. nec in hoc dari põt determiatũ tps cuꝫ eoꝝ sit exitus qñqꝫ cito ⁊ qñqꝫ tarde. Et morbili cum sint de materia magis colerica minori egẽt flobothomia. Sꝫ farmatia si fieri hꝫ minoratio maĸie tutius ẽ ꝯsentiẽtib⁹ aliĳs exhibere clisteria lenitiua vt sunt clisteria de herbis consuetis sꝫ fiat vt dictũ in p̄ncipio valde si iuenitur stipticus ⁊ farmatia sit cũ lenitiuis hñ dictis vt cassia aut mãna cuꝫ tamarindis vl' silibus ⁊ vt dictũ valde in p̄ncipio tã nõ apparentib⁹ variolis vel si appareãt: sit in pria apparẽtia eoꝝ sed in declinatione. i. tãcessata febre ⁊ exiccatis ⁊ cessatis si remanserint maĸie petẽtes euacuationẽ fiat cuꝫ fortioribus medicis si opꝫ ⁊ tutius etiã digerẽdo si opꝫ materiã prio ꝰm exigẽtiã eius. Et cũ incipiunt exire iuuãda sunt cũ hoc medicamine qđ est ꝯueniẽs valde. recipe ficus albas nũero .v. vuarũ passaꝝ nũero .xx. lacce mundate .ʒ.v. dragagãti .ʒ.iĳ. croci .ʒ.ß. decoquantur in trib⁹ rotulis aq̃ ⁊ denᷓ in trib⁹ diebus q̄libet die tertia pars rotuli. ¶ Aliud ẽt extrahit cuꝫ facilitate ⁊ exhibeaᷓ qñ incipiunt appere. recipe ficus albas nũero .v. lentiũ excorticataꝝ .ʒ.vĳ. decoquãtur in medio rotulo aq̃ vsqꝫ ad ꝯsũptionẽ triũ ptiuꝫ ⁊ in quarta pte dissoluatur .ʒ.ß. croci ⁊ detur in potu.

¶ Aliud vbi est adhuc de caliditate. recipe violarum. ʒ. ij. liqritie passularum ordei an. ʒ. j. radicis apij et feniculi an. ʒ. ß. lacce ablute. ʒ. ij. caricarum numero. vj. fiat decoctio in qua sirupetur cum zuccaro. ℥. ß. et cum aqua calida. ¶ Aliud quando non egrediunt bene. ℞. aque feniculi sparagi brusci an. ℥. iiij. apij ℥. j. carui anisi seis melonis an. ʒ. iiij. zucari. ℥. iij. fiat sirupus et detur ex eo mane et sero et aqua fructuum. s. ficuum et passularum est bona valde et inunctio variolarum cum aliquo oleo nullo modo fiat. Sed fiat cum medulla ossis bouis et cerui.

¶ Capitulum. xiij. de preseruatione a nocumentis variolarum.

Ea membra quibus nocumentum faciunt variole sunt guttur: oculus et partes superiores narium et pulmo et intestina. hec enim recipiunt nocumentum variolarum et oculi interdum destruuntur et fit in eis albugo et in gutture suffocatio et in meri vlcera. Et in superioribus partibus narium et in pulmone fortasse accidit borbor et forte faciunt cadere in ptisim et in intestinis accidit excoriatio quam curare difficile est. Oculis enim fiat collirium cum aqua rosata in qua infundatur sumach vel collirium fiat cum antimonio dissoluto in aqua pluuiali aut succo coriandri vel suco granati cum interiori medulla aut cum napta alba sed competit valde in principio cum est suspitio ne veniant variole. Sed collirium optimum defendens oculos ab euentu variolarum. ℞. pulpe granatorum non vehementer expressorum et sumach et mirtillorum et coriandri preparati ana. ʒ. iij. terantur et infundantur in mortario agitando cum aqua rosata et plantaginis vel cum aqua mirtili vel coriandri et colentur: et in illa colatura dissoluatur cafore et croci ana. ℈. ß. et de hac colatura ponantur in die sepe due vel tres gutte: sed pro defensione gutturis et partium oris fiat gargarisma cum aqua decoctionis mirti et zuccari et succi granati pauco et grana granatorum sugere sepe conuenit et persepe in ore decoctionem lentium rosarum et ad preseruandum a squinantia fiat cum stipticis gargarisma tenendo in ore. Et in vehementi dolore idem detur cum aqua calida cum zuccaro et conuenit valde gargarisma cum diamoron et succo de berberis vel de mirto vel de miua de citonijs et distemperetur cum modico aceti vini rubei et decoctione lentium excorticatarum et confert mora celsi et etiam rubi potissimum in dolore gutturis. Et preseruatiuum actu frigidum administretur in partibus narium vt odor aceti cum sandalis et oleum mirtinum trahere bonum et os si ledatur teneat in ore de muscillaginibus psillij et crustis in naso conuenit vnguentum de cerusa cum oleo rosato factum et cum terbentina. Et in interioribus membris lesis dentur cibi et potus frigidi et stiptici. Et pulmoni leso sirupus mirtinus conuenit et loch factum de semine papaueris lentibus et draganto.

¶ Capitulum. xiiij. pro remotione vestigiorum variolarum et morbillorum.



Delentur vestigia variolarum et morbillorum cum istis similibus. recipe axungie anatis et galline ana. ℥. j. muscillaginis draganti gummi arabici infusorum per noctem in aqua florum fabarum ana. ʒ. j. procellettarum temperatarum in aqua limonum per noctem. ʒ. v. borracis. ʒ. v. axungie porcine. ʒ. ij. misceantur cum aqua florum fabarum. ʒ. ij. in modum vnguenti et vngatur facies in sero et in mane lauetur cum aqua furfuris et mirta electa dissoluta in oleo de semine lini vel de fisticis. oleum etiam de semine lini vel solum: vel mixtum cum oleo de fisticis tollit et oleum de semine coti. Aliud etiam vtile recipe litargiri abluti radicum canne succi farine cicerum risi et ossium vetustorum et coti ana partes equales et vrantur et coquantur cum aliquo liquore decoratiuo et in sero liniatur facies et in mane lauetur. Et cinis testudinum marinarum vstarum cum testa sua, pistetur et cicotrizetur et misceatur cum oleo et vngatur facies.

¶ Doctrina. ij. primi tractatus de febribus non venenosis.

¶ Capitulum. j. de febribus alijs humoralibus conclusis et primo de sanguineis



Concluse febres sanguinee sinoca et sinocus sunt. Sinoca enim est calor extraneus in corde accensus ob ebullitionem sanguinis prope cor et a corde emanans per venas et arterias in totum corpus operationes sanas ledens. Sed cum in duplici sint genere quedam sunt de

sola sanguinis ebullitione. Alia de putrefa-ctione vna cũ ebullitione. Et si inter clarissimos viros alteratio sit si q̃ cũ putrefactione sanguinis est: fit colerica iã facta ꝛ per ꝯñs tertiana cõtinua. Sed quodcũq3 sit cõclusa dicitur nec incõueniens putarem eam sanguineam putredinalẽ haberi. Nisi putrefa-ctus sanguis longo ebullierit tempore po-tissimũ. s. vt sanguinis formã amiserit ꝛ ei9 subtilior ps in colerã: grossior ṽo in meliam verteret̃ vt de vino accidit ebulliente putrefacto nã lz ebulliendo taliter putrefactũ sit ꝛ tãto tpe vt formã vini amittat ꝛ cerconis formã recipiat irrecuperabilẽ cercone ꝛ nullo mõ vinũ dici dz sed si vsq3 ad tẽpus aliqđ ebullierit ꝛ tñ bullierit ꝙ adhuc vel natu-ra: vel arte vinũ redire possit nõ nisi vinum dici dz alteratũ tamẽ alteratione qualitati-ua nõ substãtifica ꝛ si etiã cõtrariũ tolerari possit. Sed mõ de finocha inflatiua dicen-dũ ꝙ sola sit de sanguis ebullitione ꝛ nõ cor-ruptione vt solã alterationẽ qualitatiuã nõ substantificã induerit ꝛ hãc nõnulli effime-ram humoralẽ dixere. Et hec dupliciter q2 sc3 vel in quanto vel in q̃li peccare põt sanguis eius vel etiã in quãto ꝛ in quali simul qñcunq3 sit inflatiua finocha dicitur.

¶ Capitulum. ij. de causis febrium conclusarum sanguinearum.

Ause hui9 sunt inflãmatio ꝛ obstructio pororũ cutis. Nã ista obstructione siue opillatione stante nõ valet fieri libere euẽtatio caloris naturalis ꝛ etiã caloris sanguis vnde fit eius sanguinis ebullitio ꝛ inflãmatio ꝛ in sanguine ꝓpinquo cordi qui cor inflãmat ꝛ accendit q̃ accẽsus p venas cõicat̃ toti corpi. Alia cã huius feb. est cause aliq̃ primitiue sanguinẽ calefaciẽtes sicut cibi calidi valde ꝛ aer calidus ꝛ exercitiu3 forte q̃ efficaciores sint op3 ꝙ q̃ spũs calefaciũt cu3 sanguis grossior sit nec facile inflãmet̃ vt spũs. Cause aũt sanguinee feb. putride sunt repletio ꝛ opillatio Nã sola repletio nõ satis est sed repletio cũ opillatiõe. Nã facit ꝙ fumi qui eleuant̃ ꝓpt ebullitionẽ ꝛ calorẽ tã naturalẽ ꝙ innãlẽ nec egrediẽtes ꝑꝑ opillationẽ iducũt putrefactionẽ ꝛ calefactionẽ in sanguĩe. vñ effumatio vaporũ fuliginosoꝝ ad cor causat febrez et dimissio euacuationis cõsuete ꝛ maxime sanguinee. s. flõmie vel alterius euacuationis sanguis vel exercitiũ forte post repletionẽ ꝛ labores aĩales vt ira furor ꝛ inordinata motio sanguĩs ꝛ cã etiã est aquositas sanguinis generati ex comestione fructuũ aquosorum qui nõ bene digerũtur. Et p̃sertiz qñ sãguis ille aquosus putrescibilis ẽ de facilĩ ꝛ silr aquositas herbaꝝ facit sanguinẽ aquosum ꝛ illo irregulato ꝛ a natura derelicto fit faciliter putrefactio ꝛ cõsueti exercitio si subito dimittũt̃ ipsum facile incurrũt putrefactionẽ sanguis. Sed hmõi conclusẽ seu sanguinee feb. iij. sunt species. s. omothena: augmastica ꝛ peraugmastica. Omotena eniz est q̃ a principio ad finẽ sui semp eiusdẽ gradus est. Peraugmastica ṽo que semper minuendo succedit vt cõtinuo iã febris ꝙ cã resoluatur. Augmastica autẽ est q̃ semp augẽdo gradit̃. Et hmõi species tres tã in finoca sine putredine ꝙ in finocha. s. cũ putredine reperiunt̃. Sed omotena est de refuantib9 ad vnicã creticã expulsionẽ ꝛ solũ vnus paroxismus dici põt. Peraugmastica semp minuendo ꝓcedit ꝛ plures paroxismos h3. sc3 tot quot ꝑdurãt dies. Augmastica ṽo q̃ sẽp augẽdo ꝓcedit pessima est ꝛ pauce vel nulli9 spei: qm̃ plus de putredine vel calore auget̃ ꝙ minuat̃. In paugmastica ṽo semp minuitur calor ꝛ putredo. In omotena ṽo tã calor ꝙ putredo equaliter habẽt ꝛ hmõi cã est q2 materia harũ febriũ vel semper est eiusdez ꝙtitatis ꝛ qualitatis: vel semp minuit̃: aut semp auget̃. Et febris nõ putrida ꝑmutat̃ qñq3 in putridã Sed si fleborhomet̃ decenter nõ ꝑmutat̃. Et qñq3 ꝑmutatur ad causonẽ ꝓpter multã calefactionẽ in p̃cordiis ꝛ qñq3 ꝑmutat̃ in firsen. Sed interdũ in ethicã vel in alias feb. Nec incõuenit ꝑmutari etiã in subeth ꝛ in litargiã ob infrigidationẽ factã ab infrigidantibus medicinis q̃ vapores eleuatos infrigidant ꝛ stupefaciunt et creticant: interdum febris hmõi p fluxum sanguinis nariũ vel emorroydarum.

Cap. iij. de signis fe. sanguinis.

Ec febris ꝑmittit ante se grauitatẽ totius corpis ꝛ pigritiã ꝛ lassitudinẽ ꝛ in somno est stupor ꝛ q̃si amentia ꝛ inflatio in toto presertim venaꝝ rubedo ꝛ caliditas ꝛ sensatio quedam quasi verberati ꝛ istã etiã vt plurimum cõcomi-

tantur fe. hāc ꝛ pulsus ē eq̄lis sed spissus et magn⁹ nec arteria dura ē ꝛ assimulat̄ esime re. Vrine tm̄ nō valde distātes a naturalib⁹ licet plus rubee ꝛ grosse ꝛ caliditas ad tactū medici videt̄ mitis ꝛ ad infirmum videt̄ vehemēs. Et vt plīmū dolor capitis ꝛ mutatio ei⁹ de loco in locū ꝛ inq̄etudo ꝛ īspiratio magna ꝛ frequēs. Nec sudor nisi apud crisim ꝛ prurit⁹ nasi ꝛ sup collo ꝛ spatulis ꝛ lacrime interdū ex multa hūiditate. Et sinoce putredinali est mētis alienatio ꝛ apparitio lāpadū vt in variolis ꝛ apparitio rerum rubeaꝝ in somnijs ꝛ saliua sibi videt̄ dulcis. Sed signa cōia ambab⁹ fe. sinocis sunt prurit⁹ in naso ꝛ in locis vbi vētosat̄. Et difficultas anhelit⁹ ꝑpter plenitudinē venaꝝ et ꝓfundatio somni ꝛ caliditas sentit̄ eq̄lis ꝑ totū ꝛ grauitas capitis ꝛ egressio oculoꝝ ꝛ pulsus magn⁹ ꝫ in putredinali fit minor. et augmastice fe. signa sunt intēsiora oīa ꝛ fe. suspecta valde ꝛ vt plurimū ꝑdens. Sꝫ omotene signa sunt q̄ in ꝑncipio videt̄ deterior aut augmastica ꝛ multis dieb⁹ sic ꝑdurat. Epigmastice ꝟo signa sunt vehemētia eius in ꝑncipio. sed in scdo tertio ꝛ q̄rto die minoratur. Signa ꝓnostica mala sunt difficultas ꝟmonis ꝛ agitatio infirmi huc illuc ꝛ inflatio vētris et son⁹ sicut timpani. Et q̄n apparēt pūcta minuta sicut morsus pulicis fuge ab ea. ꝛ q̄n apparent liuiditates ꝑ aliquas ꝑtes sicut pecie liuide significat extinctionē caloris naturalis ꝛ etiā difficultas anhelit⁹ mala signa valde. Sꝫ signa bona sunt sincopis ꝑpter fluxū sanguis q̄n vitalis virtus est cōstās ꝛ hipostasis alba in vrina rubea bonū. sed si hipostasis sit rubea significat fe. lōgā sed saluā. ¶ Pronosticuꝫ. si pustule liuide: aut nigre ꝛ si in vētre audit̄ sonus ꝛ lacrime inuolūtarie apparēt ꝛ difficultas anhelitus ꝛ ꝟfocatio ꝛ apa i vijs anhelit⁹ ꝛ si post somnū sentiat se grauatū oīa significāt mortem ꝛ apparitio velox digestiōis sigt̄ crisim citam ꝛ in tarda tardā. et salus vel mors referuntur ad virtutē quare attendat̄ virtus.

¶ Capitulū. iiij. de cura fe. sinoce ꝑ dietā.

Sinoce fe. cum sint morbi acuti ꝛ in illis intētio sola sit ad morbum et causaꝫ morbi in talib⁹ siue sint cuꝫ putredine siue sine. de ꝟtute parū est intentio q꞉ cum ꝟtute forti incipit. Unde solū requirit fe. extinctionē caloris ꝛ ebullitiōis ꝛ cris is ē festina et istaꝝ tā sinoce inflatiue q̄ putride cura eadē est. soluꝫ tm̄ differūt ꝟm magis et min⁹ ꝛ iō dieta tenui valde indigent vt nec carnes: nec oua nec vinū nec confectio de zuccaro ꝛ min⁹ de mell e. ꝯueniūt ergo in earū principio vel aqua ordei subtilis vl' vinū granatoꝝ muzoꝝ vel fruct⁹ aliqui aceto si vt puta vel panis lotus cū frigida aqua et bene lotus. in augmēto ꝟo dieta subtilior requirit̄. In statu aūt subtilissima. in declinatione ꝟo ingrossari paululū. Sed q꞉ hoc tēpore pro ꝯsuetudine sum⁹ minus obediētes canonib⁹ medicine. Cum etiā q꞉ hoies sunt magis delicati ꝛ magis resolutioni parati opus ē paululū igrossare. s. vel dādo ptisanā non collatā vel micā panis lotā ꝛ cuꝫ hoc de vino pro ꝯ suetudie. Vinū ergo sit paucis ferū valde limphatū sed aq̄ decocta sit pot⁹ coꝝ ꝛ sit frigida. Et si vlteri⁹ ingrossare volum⁹: sit cib⁹ coꝝ lactuca ꝛ scariola cū pauco pane et cū aceto tm̄ cōdita ꝛ sine sale et si volumus de cucurbita elixata parū cōdita et si nō ꝯtentent̄ astantes et potissimū mulieres veniat̄ vsq̄ ad auiculas elixatas aut pullas ꝑuas vbi cuꝫ eis elixet̄ ēt de agresta aut bulliat ēt cucurbita aut vnū arācīū cum cortice ꝛ carnes in paucissima q̄titate ꝛ in statu egritudis dieta tenuissima q̄ est nihil dare si virt⁹ toleret. si ꝟo nō sic sufficeret: veniat̄ ad ptisanā nō colatā isto tēpore vel ad micā valde lotā cū aceto aspam ꝛ pauco zucaro. Sed in sinoca putrida addat̄ plus de acetosis ꝺ arācijs ꝛ fructib⁹ acetosis vl' herbis acetosis vt acetosella ꝛ sit in ea maior infrigidatio vt cū cucurbita cucumere citrullo et mellone indo ꝛ odoret aquā rosatam cum aceto in quo sit de puluere sandaloꝝ ꝛ cāfore et aceto. Et camerā habitet terrenā potius versaꝫ ꝟsus septentrionē ꝛ nō hūidā licet in sinoco de putredine plus ꝯueniat cū aliq̄li hūiditate. Et stet in leticia ꝛ amenitate cū ꝯstratione rerū odorabiliū sicut sūt extremitates vitis ꝛ folioꝝ redolentiū ꝛ aceti.

¶ Capitu. v. de cura sinocaꝝ ꝑ potionē.

Cura aūt sinoce per potionē fit vel euacuādo: vl' alterādo. Euacuādo potissimū ꝑ flobothomiā fit: alterando vero ꝑ admistrationem aque frigide in potu. Flobothomia ergo fienda quaꝫ

primū inflatiua finoca idest i finoca fine pu
tredine nec exſpectari debet vel digeſtio vel
alia preparatio niſi ꝙ pmo fiat lenitio aliq̃
preſertim cū cliſteri ſi non pōt exſpectari le
nitio ꝑ ſupertus ⁊ cliſtere debet eē cōe cum
cōibus herbis.ſed ſi accidat egrū eſſe valde
repletū in ſtomacho ex cibo de ꝓximo aſſū/
pto exſpectetur eius digeſtio:ſi vero nimis
differre opꝫ:euacuet ꝑ vomitū ⁊ immediate
flobotbomia fiat:ſed ſi ſit in eo multa diffi/
cultas anbelit⁹ ꝓpter multitudinē vapoꝝ
Vena N.g petentiū cor et q̃ſi ſuffocātiū.Primo fiat.flo
botbomia de vena nigra.i.media q̃ euacuat
a corpore magis demū de epatica ⁊ flobo/
tbomia in tāta ſit ꝙtitate quātā ꝟt⁹ toleret
vſqꝫ ad lipotamiam excluſiue poti⁹ ⁊ nō in
cluſiue ad ſincopim niſi ſit ſincopis recu/
perabilis q̃ nō ꝓpter defectuꝫ venit ꝟtutis
ſed ꝓpt̃ materias colericas petētes os ſto/
machi nec quoquo mō differat̃ in iflatiua.i.
ſine putredine⁊ copioſior etiā ſit ꝙ in putri
da ⁊ bmōi flobotbomia cōuenientior eſt in
pluribus vicibus ꝙ in vnica inter q̃s ſi op⁹
eſt:cōuenit etiā aliqualis refocillatio cuꝫ ci/
bo ſi ſit expediens ⁊ ſi flobotbomia aliqua
cauſa fieri non pōt vel qꝛ infirm⁹ non cōſen/
tit vel quia debilis fiant ventoſe cum ſcarifi
catione vel in natibus vel in ſpatulis vel in
coxis ⁊ in diuerſis locis.vel fiat eductio ſan
guinis cum ſanguiſugis iuxta emoroidas
vel in natibus vel in ſpatulis vel in extremi
tatibus auriū.vel excitet̃ fluxus ſanguis na/
rium ⁊ nō eſt neceſſe ſomnū ꝓbibere inter
duas euacuationes ſi virtus non ſit fortis et
refocilletur etiā ſi opus ſit añ ſecundā flobo
tbomiā ⁊ refectio ꝟtutis cum cibo fiat cum
mica panis infuſa in vino granatoꝝ ⁊ agre
ſta vel in vino debili bene linfato vel etiā cū
vino vinoſo bñ linfato ꝟtute exigēte vel cuꝫ
roſata nouella aut zucaro violato vel roſato
ſi ſit indigētia ꝓpt̃ ꝟtutis defectū. Et ſi ſit
opus lenire añ flobotbomiā fiat lenitio tu/
tius cū cliſteri qꝛ celerior eſt ſed ſi fiat ꝑ ſu/
peri⁹ pōt fieri cuꝫ decoctiōe paſſularū pru/
norū tamarindoꝝ diſtemperata caſſia vel
māna in eo ⁊ poſt flobotbomiā iterū lenire
ſi opꝫ vel cuꝫ cliſteri vel medicina p̃ſertim
ſi in corꝑe percipiātur materie vl' neceſſario
vel cōtingēter repte. Et q̃ neceſſario inueniun
tur ſunt feces in iteſtinis.Que ꝟo cōtingen/
ter ſunt ꝑtes q̃dā feroſe⁊ aquoſe q̃ in mefai
cis venis vel invenis epatis iueniūt̃ ⁊ opila
tionē faciūt. He fumi ſurgētes ex ebullitiōe
exbalēt vel effumēt vñ i calorē ⁊ putredinē
addūt ⁊ poroꝝ aꝑtio fiat potiſſimum poſt
flōtbomiā efficaci⁹ ſed tñ añ flōtbomiā non
incōuenit fricatio q̃dā leuis ⁊ blāda cū ma
nib⁹ nātam aꝑiendo poros ꝙ ſubtiliādo va
pores cōfert ſꝫ poſt flobotbomiā ſi opus ſit
ad maiorē aꝑtionē ⁊ rep̃ſſionem fumoꝝ fiat
fricatio ⁊ cū mādili minorata inflāmatione
fe.⁊ ſedata flāma etiā ad intra dari poſſunt
q̃ aꝑiant ⁊ ꝑtim infrigidēt⁊ potiſſimū ſi ſan
guis ſit groſſus ⁊ ſint ſirup⁹ acetoſ⁹ ſimplex
cū aqua endiuie ⁊ capillorū veneris. ⁊ ſi ſit
groſſior acetoſus cōpoſit⁹ cū aq̃ endiuie⁊ ca
pilloꝝ. Sꝫ ſāguie exiſtēte ſubtili fiat igroſſa
tio cū ſirupo iuiubino ⁊ lentes excorticate ⁊
decocte i aceto ꝯueniūt igroſſando.⁊ adhuc
dꝫ eē intētio ad ꝓbibendū putredinē in ſino
ca putrida. Et in frigido ēt valde ꝯuenit fa
cta iā flōmia etiā pluries ſi opꝫ qꝛ ſecurior
et ſi cū flōmia iſta nō ſit ſedat⁹ calor ſufficiē
ter infrigidatio cū aq̃ frigida valde laudat̃.
ſed ego nō vituꝑo ēt ſi ſit aliq̃d de aceto ſan
guie exiſtēte groſſo.ſꝫ ſit acetū in pauciſſima
ꝙtitate ⁊ aq̃ prio ſit decocta poſt infrigida/
ta. Cibi ēt in hac putrida ſint tendentes ad
acetoſitatē vt granata ⁊ arantia poma q̃ ſic
integra aliꝙtulū bulliri poſſunt cū carnib⁹ ſi
cōcedant̃ carnes.⁊ ſi tardat̃ flōmia aut non
fiat exiſtente magna flāma in his fe. aqua
iſta decocta ⁊ infrigidata in magna tñ ꝙti
tate cōfert in ſinoca ⁊ in ſinoco ſiue cū aceto
ſiue ſine ⁊ exiſtētib⁹ cōditionib⁹ requiſitis
ad potū eius ⁊ maxime ꝙ non ſit apoſtema
in ſtomacho vl' epate ⁊ ſit iuuenis carnoſus
aſſueti⁹ et ⁊ affectat eā. ⁊ etiam q̃ñ conditio
nes requiſite in potu aque frigide non ad/
ſunt dūmodo ſit maxima flāma febris ⁊ flo
botbomia facta ſit.adhuc forte cōcedenda
eſt qꝛ maius eſt iuuamentū ꝙ nocumentū.
cuꝫ nocumentū ſolū ſit ꝓlongatiōis fe.⁊ iu
uamentū mortē vel ethicā ꝓhibere. Quan/
titas aūt a quibuſdā explicat̃ ⁊ dicūt minā
vnam que eſt pondus quattuor librarū.et
valde vtile eſt ſemen pſilij infuſum vna
nocte in aqua infrigidata.et cliſtere factuꝫ
ex aqua latuce cum muſcillagine pſilij et
oleo roſ.extinguit inflammationē ⁊ tremo

rem cordis ⁊ de infrigidantibus ab extra est cerotum factū ex oleo ro. ⁊ aqua citrulli ⁊ cucurbite ⁊ iusquiami si ponatur sup stomacho ⁊ epate. extinguit eñ extinctione vltima quare fe. cōclusa sinocha que augmasticus dicitur debet cū maiori diligētia ⁊ cum his que dicta sunt attendi ⁊ celerius fieri flebothomia ⁊ magis copiosa ⁊ aqua frigida citius ⁊ in maiori q̄titate dari. ⁊ in paugmastica min⁹ In omotena vero mediū teneri dꝫ ⁊ si supueniant accidentia vt sincopis ⁊ pulsus cordis fluxus sanguinis narium recurratur ad sua loca vel capitula.

¶ Capitulū. vj. de colericis fe.

Colerica fe. interdum inuenitur vocari tertiana qꝛ de natura sua d tertio in tertiū ebulire dꝫ si sue nature dimittatur impedita tamē nō semp ordinē seruat. Et diffinitur ista ꝙ est calor extraneus ⁊c. ꝑpter ebullitionē colerici humoris ⁊c. nocens naturalibus operationibus. Et diuiditur primo in fe. colericam sine putredine ⁊ colericā putridā ⁊ nō putrida vocari pōt colerica inflatiua. sed de hac non curant auctores ꝓsequi. tum qꝛ manifesta satis ex dictis aliorū generum febrium. Tum qꝛ cure facilis est nam solum intētio in cura est refrenatio ebullitionis cū naturalis fit ad benignum de facili reducatur ⁊ vocari pōt causon inflatiuus. Sed colerica putrida diuiditur. qꝛ alia est continua cōclusa: alia ꝓportionalis. alia periodica. Continua cōclusa est causon que semper eodē modo affligit. Proportionalis est que interduꝫ tepescit. Periodica vero est que manifeste affligit omni altera die. ⁊ he tertiane. s. tam cōtinua ꝙ interpolata diuiduntur in puram ⁊ nō puram. Et nō pura nota etiaꝫ appellari cōsueuit. ⁊ famosa cum ex famosa colera fiat ⁊ colera huiusmodi duplex dicitur quia vel generata in epate vna cū humoribus alijs ⁊ est colera rubea. Alia generata est ex putredine ⁊ ebullitione sanguinis cuius subtile in puram colerā transit. Et prima dicitur generata generatione prima. Alia generata generatione secunda ⁊ ista ob puritatem suam similis est colere generate generatione prima Tamen differt quia hec. s. generata generatione prima semp est causa colerice continue sed altera colera generata generatione secūda causa esse pōt continue ⁊ interpolate et causonis. Colericus humor non purus pōt esse nō purus ⁊ innaturalis qn̄ per adustionem ingrossatur ⁊ solū per hoc exit latitudinem naturalitatis colere vel etiā cū ingrossatur per admixtionē flegmatis vel melancholie cū colera naturali ꝑmixtione vnita. vnde qn̄ cōpositio eoꝝ nō est vnita nō fit vna feb. simplex sed cōposita habens duos diuersos paroxismos. Interdum tn̄ accidit ꝙ flegma illud vel melancholia sunt in adeo parua q̄titate ꝙ mouentur motu illius colere ⁊ nō flegmatis vel melancholie. Et colera innaturalis pōt esse causa fe. colerice note ⁊ interpolate ⁊ cōtinue per adustionē sanguinis cuius subtile fit colera non naturalis generatione secunda: qꝛ ista colera postea apud vstioneꝫ suam ⁊ cōmixtionē cū flegmate facit colerā notam que dicitur etiā famosa quia fit per cōmixtionem flegmatis grossi. ⁊ pōt cōmisceri cū ea flegma subtile ⁊ tunc dicetur colera minoris fame ⁊ famosa ⁊ non famosa: possunt etiā facere interpolatā ⁊ cōtinuam. Et cum hoc ſm aliquos per vlteriorē adustioneꝫ pōt fieri prassina colera que putrefacta ⁊ ebulliens facit fe. de colera prassina ⁊ per vlteriorem decoctionē fit eruginosa ⁊ hec eruginosa ebuliendo pōt facere feb. licet plurimi velint has coleras non posse facere fe. cum sint venenose ⁊ vel essent mortales vl' natura nullo modo sufferret qꝛ prius moreretur eger.

¶ Capitulum. vij. de signis feb. colerice absolute ⁊ tertiane periodice.

Signa precedētia fe. colericas sunt sensatio puncturaꝛuꝫ in corpore ⁊ plus in dorso ⁊ somni diminutio vigilia interdū ⁊ defectio appetitus ⁊ ardor in ore stomachi ⁊ acuitas in egestione ⁊ dextri timporis dolor. Et signa ꝑticularia colericis quedā sunt cōia: quedā specialia. Coia sitis angustia inquietudo impatiētia alienatio nausea amaritudo oris siccitas labioruꝫ scissio eoꝝ dolor capitis siccitas ventris. sed vt plurimū vehemētia sitis ꝑpter exiccationē oris stomachi angustia inquietudo impatiētie ꝑpter acuitatē inflāmationis colere stimulātis naturā vehemēter. Et alienatio ꝑpter motū colere sursum ad cerebruꝫ. Nausea vo ꝑpter motū colere ad os stomachi similiter siccitas labioꝝ ⁊ partiū que sunt sur

sum ⁊ accidit ꝓpter hoc scissio labioꝝ.i.vlceratio ⁊ vesicatio ⁊ dolor capitis quia colera sua leuitate petit sursum potissimus ad partem dextram ⁊ siccitas ventris q: motus colere non est ad intestina sed vel ad superiora aut ad cutem. Et signa predicta sunt conueniētia cōtinuis fe. ¶ Sed signa ꝓpria tā pure ꝙ̄ nō pure sunt ista rigor veniens in principio paroxismi q: cutis sentit quasi aculeos q: colera citrina est subtiliū ptiū ignearum ⁊ cadens sup membra sensibilia mordicat ea ⁊ calor naturalis submergit̄ versus ꝓfundum ⁊ fit tremor ꝓpter frigiditatē mēbroꝝ ⁊ mordacitatē mēbroꝝ sensibiliū ⁊ in ea non cōcutiunt̄ dentes: ⁊ nō est in ea frigus dominans imo est in ea frigus ad calefactionē decliuis respectu aliarū interpolatarū. vnde est principiū cū magno rigore ⁊ pauco frigore ⁊ nō diu durat spaciū rigoris sicut in alijs fe. propter motū festinū colere ⁊ est in principio sic postꝰo minorat̄ motus colere. Aliud signum est inflāmatio corporis ⁊ cū tāgis eum manu in principio videtur calor intensus sed si plus tenes semp minuitur respectu caloris causonis cuȝ calor causonis sit magis ignitꝰ ⁊ maxime in pectore vbi multi sunt vapores plures ꝙ̄ in tertiana. aliud signū diuersitas pulsus in principio magis ꝙ̄ in augmēto et statu. Et aliud est ꝙ in p̄ncipio fugiūt societatē ⁊ verba alioꝝ nec ipsi etiā loqui volunt q: auditus acutus coꝝ hoc ipe magis ledit̄. Et vrina in tertiana est rubea clara aut subignea. i. citrina vel subcitrina merito caliditatis ⁊ est subtilis: aut nō grossa merito siccitatis ⁊ in declinatione particulari cessat cuȝ sudore vel vomitu ⁊ fluxu ventris colerico ⁊ abominatione ⁊ nausea potissimuȝ: in tertio aūt ⁊ quarto pꝫxismo cū tūc materia sit magis digesta ⁊ sudor potissimū est in ea cū materia sit valde subtilis ⁊ sua subtilitate aliq̄ pars interdū ad stomachū aut ītestina accedit ⁊ expellit̄ ad extra ⁊ minuit pꝫxismū. sudorꝰo nō sic in principio pꝫxismi multiplicatur cū materia primo nō valde subtiliata sit ⁊ sudor q: vapores a colera surgentes dū cuti appropinquant ꝓ caliditate cutis minori ꝙ̄ sit caliditas coꝝ densantur ⁊ in sudorē redeunt ⁊ sic in primo pꝫxismo occurrētibus signis istis prudēs medicus illā estimabit tertianā. Et si tertiana vnius sit pꝫxismi vt accidere pōt nō ex hoc possumus cōiecturare ꝙ sit ꝯtinua. sed iudiciū verū huiꝰ est ꝙ materia ebulliēs sit extra venas ⁊ in cōtinua sit intra. Et materia que ebullit si sit tertiana nō necesse est ꝙ si de tertio in tertiū ebullit: videat̄ tertiana: q: etiā duplex quartana de tertio in tertiū ebullire pōt ⁊ cuȝ hoc attendat̄ ad tertianā si ars: etas: sexus: ⁊c. attestent̄ tertiane: aut si assuetus sit vel etiā si eo tempore occurrant multe tertiane.

¶ Capitulū. viij. de signis feb. cholericarum siue sint pure: siue nō pure ⁊ per que signa differant inuicem.

In tertiana pura rigor faciens concussionē est maior ꝙ̄ in nō pura sed rigor ꝓ frigore est maior in non pura ⁊ longior ⁊ in principio si apponat̄ manꝰ in pura sup egro maior percipit̄ calor ⁊ pulsus in pura est minus diuersus ⁊ in augmēto pꝫxismi pulsus est equalior ꝙ̄ in nō pura. Et accidētia de ira: furore inquietudine ⁊ intollerātia locutionis in pura sunt maiora et vrina si sit rufa aut rubea clara ⁊ magis fetida ꝓpter colerā ⁊ ypostasis si cito appareat vel in supficie vel in fundo vel in medio purā significat ⁊ citꝰ ⁊ tardus euentus ypostasis indicat longā aut breuē in pura. Et silr etiā in alijs ⁊ si in pura in primo scdo aut tertio paroxismo appareat. si in primo liberabit̄ in tertio si in scdo vel tertio liberabit̄ in quarto vel quinto. si in quarto liberabitur in septimo. Sed vrine colores proportionari debent coloribus suis in sanitate. Naȝ cum q̄s sanus calidi epatis habet vrinā rubeam vel subrubeaȝ ipso febriente debet esse vrina rubicundissima. Et in sano habente vrinā pallidaȝ pro sua frigiditate eo post debet vrina citrina apparere. Et sudor in pura est exuberātior ꝙ̄ in nō pura. ⁊ vomitus ⁊ egestio attestant̄ colere rubee naturali in pura ⁊ in non pura attestant̄ colere non naturali. Et signa ꝓpria pure per q̄ ipsa distinguit̄ a nō pura sunt longitudo pꝫxismi: q: in pura non pertrāsit. xij. horas ⁊ quies maior. xxxvj. horaꝝ: ⁊ minor pꝫxismus est quatuor horaꝝ. Aliud signum pure est ꝙ status paroxismi cito venit: imo est propinquus principio ⁊ caliditas corporis est stantibus extremis adhuc frigidis q: caliditas exit ad supficiē anteꝙ̄ facta sit expansio eiꝰ ad extrema. Aliud est quādo

patiës bibit aquã statim a corpore eleuãtur vapores calidi exeũtes de cute quasi velit su dare presertim in statu: aut in fine augmẽti. Aliud signũ qz tertiana pura nõ trãsit septez paroxismos qz sicut causon q̃ fe. est pacuta terminat in septez dieb⁹ ita tertiana in septem paroxismos. ⁊ ordo paroxismorũ videt qz prim⁹ paru⁹. scđs maior. terti⁹ adhuc maior. quartus maximus ⁊ quint⁹ minor quarto. ⁊ sext⁹ minor q̃nto ⁊ sic deinceps. ordo tñ vt plurimũ ⁊ nõ semp est. Et de huiõi signis potiora sunt rigor in principio ⁊ sudor in fine paroxismi. Et nõ pura tertiana in oĩbus dictis signis est diuersa a pura. Nã in nõ pura rigor p motu cõcussiuo est minor ⁊ est plixior rigor ⁊ sil'r frigus ⁊ sensatio puncturarũ minor ⁊ caliditas nõ pure est magis mitis non acuta. tñ minus vaporosa sed deterior. Nec caliditas est sic equalis per totũ paroxismũ ⁊ ad tactũ pcipit caliditas augeri non tamẽ sicut in causone ⁊ caliditas ei⁹ interdũ minuitur deinde post auget. ⁊ post q̃nq₃ minuit. deinde auget vsq₃ ad statũ. Et causa ei⁹ est inequalitas ⁊ eterogeneitas materie. ⁊ pulsus nõ pure ẽ magis diuersus. Nec est equalitas in augmẽto ppter diuersitatez materie ⁊ accidentia remissiora tamẽ grauitas capitis est maior ⁊ magis extendit ppter multitudinẽ materie ⁊ vaporũ eleuatorũ ad caput. Urina vero in colore est remissior q̃ in pura in substãtia vo grossior tñ q̃nq₃ magis. q̃nq₃ minus fm opilatiõnẽ maiorem vel minorem ⁊ digestio tardius apparet. Et est interduz citrina subrufa nec est clara sed perturbata sepe. Sudor vo in ea nõ est exuberãs valde vaporosus p̃sertim in toto corpe p grossitie maiori et egestio ⁊ vomit⁹ innaturali colere attestant. ⁊ nõ pura in corpe aduenit colerico et etate nõ iuuenili s₃ in pria senectute vel puericia ⁊ nõ ẽ in estate s₃ poti⁹ in autũno ⁊ in regione nec calida: nec sicca et non accidit extenuatat. S₃ pticularia req̃sita ad purã desunt i hac ⁊ paroxism⁹ durat vltra. xij. vel. xiiij. ho. sed interdũ plõgat vsq₃ ad. xiiij horas. ⁊ sentit patiës nocumentũ pot⁹ aque frigide nõ tñ sic in pura. Et dicit tãto remotior a pura q̃to spacio addit supra purã ⁊ incipit interdũ in autũno ⁊ teriat in vere. nec anticessio ⁊ postpositio ẽ scđm ordinẽ in suis paroxismis nec diminutio ⁊ postpositio nec eradicatio eius sic pfecta ẽvt in pura. Et nõ pura q̃ fit ex putredine sanguis minus seua est quã q̃ ex putredine colere cũ miscet cum flegmate. ¶ Signa vo colerice note ⁊ colerice cõtinue. f. tertiane otinue sunt. nã colera nota facta solũ p adustiõnem colere est in oĩbus signis supra dictis magis silis tertiane pure potissimũ in accidẽtib⁹ q̃ sequũt ipam. Mi rigor. f. cõcussio in ea est minor licet sit plixior. sed frigus est fere equale ⁊ pũcture paucioresz sed plus pdurãtes. sitis vero inflãmatio ⁊ caliditas sensata circa epar et vigilie ⁊ alia signa sunt fere eq̃lia pure vel parum remissiora ⁊ pulsus magn⁹ ⁊ diuersus non tñ ita fortis. Et vrina ignea est in hac et subtilior merito siccitatis maioris et paroxismus nõ prolongat valde vltra. xij. horas nec exit. vapor calidus sicut in pura ppter grossitudinẽ eius ⁊ forte nõ eradicat perfecte. s₃ facte a citrina colera sunt signa frigus. i. rigor in principio añ accessionẽ ⁊ calor nõ est multũ extẽsus ⁊ acutus vrina citrina vl' sub citrina ⁊ tenuis parũ ⁊ morsus oris stomachi nec asperitas gutturis ⁊ lingue: sed amaritudo oris dolor capitis p̃sertim dextre ptis ⁊ dolor renũ ⁊ pulsus velox: non tñ vt in vo tertiana. Et signa facta a colera vitellina sunt frig⁹ intẽsius q̃ in p̃dicta ⁊ vrina tenuis sed in supficie minus tenuis ⁊ frigus ⁊ accessio multo tpe pseuerãt ⁊ sepe p vomitũ q̃si vitellos ouorũ pijciũt ⁊ accidentia etiã parũ intẽsiora q̃ in facta a colera citrina. Et vt plurimũ facta ex colera citrina vel vitellina inuadit inter horas colere q̃ sunt ab hora. tertia diei vsq₃ ad horã nonã. s₃ interdum anticipãt ⁊ interdũ postponũt. Sed q̃ ex colera pmixta cũ melia est cum rigore maiore oĩb⁹ alijs ⁊ maior sensatio pũcturarũ. Et in facta ex colera ⁊ flegmate vrina est subtilior q̃ in oĩb⁹ alijs tñ magis tincta q̃ i p̃dicta ⁊ pulsus magis diuersus. Et paroxism⁹ lõgior oĩbus alijs vt plurimũ. xviij. horarũ. Et simil' febrib⁹ erraticis si iueniat signa sunt silia signis q̃rtane nothe facte ex melia inãli fcã ex adustione colere l₃ nota pprie sit q̃ fit ex colera cũ admixtione flegmat ⁊ tertiana nõ pura in plus se h₃ q̃ nota nam omnis nota est non pura ⁊ non econtra. Et interdũ quãdo fit duplicatio tam in tertianis q̃ in quartanis est signum melius presertim quando

Note sig. colerice nt. t

minores sunt poxismi q̈ in pma. Nā diuisit natura materiā i duas ptes vt magis vincat Si vo fit invalitudine sua supueniente alta nō est signū salutis ppinque sed multitudis materie grauantis. Signa vo tertiane cōti/nue sunt similia eis q̄ sunt tertiane periodi/ce intensiora potius. Et oīs cōtinua breuior est sua interpollata vel nō longior. Pro/nosticū. Tertiana vo terminat in. xiiij. dieb⁹ ꝛ nō vera in. xxxvj. prim⁹ paroxismus est par uus. scōs maior ꝛ alij vsq ad quartū maio/res. qnt⁹ icipit debilitari: ꝛ alij pl⁹ ꝛ in pncipio paroxismi est vomitus. in fine vo sudor.

Capitulum. ix. de cura febris col lerice pure per dietam.

Anon cōis q̈ tertiana pura secu/rissima est: nō pura vo supecta. Et nisi congruis remedijs curet: ducit interdum ad malū finem oportet ergo in ea medicum esse diligentem nec negligere et curā nō postergare ꝛ eger semp sit obediēs et interdū reperit tertiana pura de materia furiosa ꝛ valde suspecta. quare diligēter at/tendat ꝛ dieta eius est primo vitare aerē ca/lidū ꝛ siccum ꝛ solem ꝛ ignē in camera ꝛ ni/miā visitationē ꝛ colloquia ꝛ murmur. In pri mo tm̄ paroxismo ꝛ i augmēto vitet aer fri/gidus ꝛ fiat vt vapores nō retineant ꝛ similr ira furor ꝛ rixe ꝛ motus laboriosus ꝛ fricatio fortis ꝛ vigilie plurime obsunt somnus vo in paraxismo in principio vitetur: sed in de clinatione paroximi⁹ conuenit ꝛ sepe in sta/tu. ꝛ cibi ꝛ potus calefacientes ꝛ medicine calefacientes ꝛ exsiccātes ꝛ potissimum mel ꝛ res salse ꝛ acres ppter siccitatē: et omnia dulcia nocent propter facilem conuersionē in cholera ꝛ qꝛ opilāt epar qꝛ attrahit ea añq̄ digerant ꝛ cibus ante poxismū ꝛ in pa roxismo nō det. nec etiā aq̄ ordei regulariter coacte tm̄ interdū dari cōuenit. ꝛ aqua ordei ꝛ iulep coacte dat ad extinguendū intensuz feruorē. de balneo in hac patria nō est cōsue tudo ꝛ ppter hoc nullo mō cōcedat nisi for/te in declinatiōe vl'i. Et de balneo extremo moꝝ. s. manuū ꝛ pedū plus pōt cōcedi. Sed qꝛ in hac nostra patria cōsuetudo est admi/strationis carniū in principio vel in augmē/to saltē vl'i nō det etiā in statu: tm̄ si cupiunt mulieres alterent cū frigidis sicut cū decoctio ne lactuce ꝛ cucurbite vel arantio cū cortice parū in eo bullito ꝛ pulla sit parua nec co/medant carnes sed brodiū cū mica panis et si pruna aut cerasa sicca in eo bullirēt in vir/tute stiptica ꝛ in declinatione cōcedāt ꝛ aut cule parue laudabiles ꝛ testiculi gallorum ꝛ oua decocta cum aceto. cū cortice suo nō tol/lant: ꝛ de ouis vitelli magis cōcedunt qꝛ al/bumē ē dure digōnis. sꝫ qꝛ magis infrigidāt in stomacho fortiori cōcedant. tū ppter con suetudinē. tū etiā qꝛ debiliora hoc tpe appa rent corpa q̈ antiquo tēpore. de potu vo vi nū granatoꝝ ꝛ aqua ordei subtilis vsq ad decliationē ꝛ sirup⁹ acetosus cōueit. de fru/ctib⁹ vo granata dulcia ꝛ muza pruna ma/ra arātia ꝛ mellones indi laudāt a multis tm̄ in paucissima q̈titate qꝛ lꝫ infrigident tm̄ hu mor aquosus indigest⁹ putrescibilis est. sed decoctio ei⁹ ꝛ cucurbite cū pulla cū sit aper tiua magis cōuenit sed citrulli ppinqui na/tiuitati ꝛ mellones minus nocent. Aqua vo carnis. i. distillata nullo modo confert tm̄ ad necessitatē det cū cautela primo pelle ꝛ pin guedine remota ꝛ lota valde pluries cuz aq̄ frigida ꝛ cū herbis frigidis ponat ad alēbi/cū ꝛ post alteret cū iuleb violaceo potus vo in poxismo fit aqua decocta ꝛ post frigidata vel sola vel cū pauco zuccaro vel ordei vel iu/leb violatū ꝛ siliā. Vinū incōuenit ante dige stionē qꝛ puocat ꝛ pmouet humores crudos ꝛ putridos ꝛ digestione vo materiei incipiē te tenue aquatū modicuz cōuenit. Et paro/xismus semp veniat ieiuno stomacho.

Capitulū. x. de cura eius per potionem.

Ura aūt p potionē primo fit cuz le nitiuo ventris materieruz necessa/rio vel cōtingenter repertarū ꝛ pōt fieri hoc mō. ℞. prunoꝝ tamarindorū ꝛ di/stempa secantabin vel terentabin. ℥. ij. vl' pl⁹ Itē aq̄ duoꝝ granatoꝝ cū pulpis suis li. ß. cū zuccaro. Itē. ℞. tamarindoꝝ. ʒ. xl. infundā tur in aq̄ calida vel casei in nocte ꝛ colent et distēpet in ea siracost aut aq̄ duoꝝ granatoꝝ ꝛ est valde vtilis in calitate vehemēti vl' sicut decoctio terentabin vel lublet. i. lupul⁹ ꝛ pas/sulaꝝ vel deco. cū terentabi ꝛ siracost ꝛ pruno rū ꝛ sicut sirup⁹ violat⁹ ꝛ viole cōdite qn̄ cali/ditas est mediocris ꝛ debilib⁹ est. ℞. sirupi violati ꝛ terentabin añ dissoluta cū aqua ca sei. ℥. v. aut. vj. ꝛ māna dissoluta in decoctio ne tamarindoꝝ prunoꝝ iuiubarum sebesten

passularum enucleatarū ⁊ ordei mundi. Et de cōuenientibus est diamāna ⁊ diaprunis qn̄ nō ponitur diagrediuz. Sed conficiatur cum succo rosarū simplici ⁊ etiā coquantur viole pruna flores boraginis ⁊ colentur in colatura distemperetur manna ⁊ cassia equaliter aut non equaliter. vel fiat clistere lenitiuum. ℞. mercurialis malue violarie blitis añ. m. j. ordei. m. j. ß. decoquātur ⁊ colentur ⁊ in colatura zuccari ru. ℥. j. ß. zuccari violati. ℥. j. cassiefi. ℥. ß. olei violati. ℥. iij. ⁊ vnus vitellus oui vel duo ⁊ parū salis ⁊ si materie sint in stomacho educantur vomitu cū squinglbin ⁊ aqua calida. si ꝟo circa ptes vrine aperiātur ⁊ educātur inde. Sed materie cōtingenter repte si sint: educātur vt sanguis p flebotomiā ⁊ in primo vel scḋo aut tertio die ⁊ etiā vomit⁹ in principio potissimi materia existēte in stomacho ꝙ nausea pcipitur. De euacuatione ꝟo materie antecedentis ⁊ coniuncte possumus etiaz nō expectata oimoda digestione potissimū materia furiā minante ad quā. ℞. prunoꝝ tamarindoꝝ aut mirabolanoꝝ citrinoꝝ māne cassie ⁊ similiū. Et aduertendum ꝙ mirabolani in materia furiosa sunt optima medicina educendo primo. post alterādo ad frigidū ⁊ constringēdo ne materia effrenitet. Euacuatio etiā p vrinā cōuenit digesta in parte materia presertim per emulsionem seminū cōium post digestionez ꝟo si natura nō mouet moue tu: sed si natura tēptat aliquā viā cōgruā sequaris illaz nec de scamoneatis cōpositionibus sis suspectus qn̄ scamonea in fermētatione amittit malitiā vt tiriaca fermentata malitiā opij ⁊ tiri amittit. Et medicine lenitiue ppter dosim possunt fieri solutiue ⁊ solutiue lenitiue ⁊ i delicatis denť pruna ⁊ māna cū aqua frigida. s. endiuie. Et solutiua vel lenitiua vel eradicatiua possunt esse diamāna diaprunis electuariū de succo ro. ⁊ māna vel cassia vel aliquo dictoꝝ electuarioꝝ vel māna ⁊ reubar. ⁊ infusio cū māna cassia tamarindis est minoratiuū optimū. ¶ Tertio intendenduz est; resistētie putrefactionis sicut sunt frigida ⁊ acetosa q̄ etiā digerūt materiā calidā sicut sunt semina frigida ⁊ herbe frigide ⁊ sirupi cōuenientes sunt sirupus violat⁹ cucurbitinus nenufarinus de endiuia de acetosa ⁊ sirup⁹ acetosus simplex. Quarto extinguēda est caliditas ⁊ accidit interduz ꝙ terliana a colera rubea nō naturali facta est tante caliditatis ꝙ oportet q: humor colericus est siccissimus ⁊ calidissimus oim humoꝝ corporis. Et iuleb factū cuz aqua portulace ⁊ flore nenufaris in q̄bus psiliū infusum fuerit p noctē aromatizatū cū duobus granis canfore est optimū in inflāmatione forti. ¶ Ab extra ꝟo approximari nō debēt frigida nisi materia minorata. Epithima in nocte cū facta est digestio cibi petia infundēda in aq̄ in qua sandali puluerizati sint. Et qn̄ post crisim vel euacuationez remanet calor: deť sirup⁹ acetosus cū aq̄s diureticis aut in quo cocta sunt semina ⁊ radices diuretice. Quinto accidētia q̄dā sunt q̄ ledūt. s. sitis dolor capitis vigilie siccitas lingue ⁊ similia p quoꝝ cura ad sua remedia in suis locis accedatur.

¶ Capi. xj. de cura fe. colericarū nō puraꝝ.

Colerice vero nō pure cura assimilať pure in qualitate nō tn̄ in gradu qm̄ aer dz esse frigidus in ambabus tn̄ in gradu dz esse frigidior in pura ꝙ̄ in non pura. Unde camera non dz parari ita frigida ⁊ humida sicut in illa. In estate tamen debet esse frigidior ꝙ̄ in hieme ⁊ in temporibus medijs mediocri modo. Motus vero ⁊ quies etiaz medio modo respectu pure. nā in hoc lz materia non euacuata non cōueniat minus tn̄ adhuc conuenit motus in illa ꝙ̄ in ista quia in illa motus plus calefacit corpus plus ꝙ̄ in ista ⁊ plus inflāmanť humores. Somnus etiaz minor ꝙ̄ in pura ⁊ vigilia amplior. cibi enim lz roborent virtutem digestionē tn̄ phibent q: ꝫm Galenuz ad glauconem nō quolibet die cibari oportet in nō pura sed altera die reficies virtute constate. Sed cum hec fe. minatur longitudinem debemus custodire virtutē vsqꝫ ad statū prope statum vero ⁊ in statu subtilius dietare. Sed quando prolongatur egritudo variis carnibus decenter. Unde cibetur in die quietis, alio vero nō: sed q: in nō pura interdum durat paroxismus p totā diez: dz cibus dari in maiori quātitate pvice ⁊ maioris nutrimenti vt etiā si cōparemus ꝙ̄titates nutrimēti in pura ⁊ nō pura in pluribus diebus dz esse quātitas maior ⁊ maioris nutrimēti in nō pura ꝙ̄ in tanto tpe in pura. Ista ergo subtiliatio vtriusqꝫ dz fere esse equalis licet

maior subtiliatio in pura potius. Et in hoc differũt q2 in nõ pura opz ꝙ cibꝰ abstergat ⁊ calefaciat in pura ꝟo plꝰ infrigidet. Vinum aũt dari dz solũ icipiẽte digestiõe in nõ pura et fit albũ. In pura ꝟo potiꝰ euacuata iã materia. ¶ Quãtũ ꝟo ad euacuationis intẽtionẽ differũt. Nã in euacuatiõe pure nõ sic expectat digestio. Magis aũt in euacuatiõe nõ pure expectat: q2 materia nõ pure ẽ minꝰ obediens euacuationi ꝙ̃ pure ⁊ indiget euacuatiõe eradicatiua ⁊ nõ minoratiua tm̃. Et in nõ pura q̃rit supfluitatũ materiez cõium maior expulsio idcirco lenitiua tã clisteria ꝙ̃ potabilia debẽt habere de acuitate plus: q2 materia faciẽs hãc fe. est viscosa ⁊ glutinosa plus ꝓpter mixtionẽ flegmatis. vnde clisteria p̃sertim in p̃ncipio debẽt esse acuta satis q2 in nõ pura ꝯtinẽtur in stomacho ⁊ intestinis multe materie q̃ egẽt euacuatiõe vt non corrũpant ⁊ non misceant cũ materia fe. vñ clisteria debẽt esse acutiora ⁊ nõ absolute. sz in cõpatione ad purã. ¶ De digestiuis ꝟo in principio cõueniũt in nõ pura añ septimaz diẽ adiuuãtia ad digestionẽ. sicut sirupꝰ acetosus simplex ꝑmixtꝰ cũ gerentabi ⁊ post istũ sirupꝰ acetosus ꝯpositꝰ de q̇nq3 aut duabꝰ ꝫm ꝙ indicat magis vel minꝰ elongari a pura ⁊ p̃nt dari hmõi sirupi cũ aq̃ endiuie cicoree ⁊ capillorum ve. vel lupulorum ⁊ aq̃ feniculi ⁊ apij cũ gerentabin q2 apiunt: subtiliãt ⁊ ꝓuocãt ⁊ si ꝑtrãsit .xiiij. tunc nõ est malũ dare trociscos de rosis minores. Et si ꝓlõgat plꝰ detur decoctio eupatorij. Et si plꝰ ꝓlõgat cõpetũt trocisci de eupatorio q2 cõfortãt epar ⁊ valẽt ad fe. cronicas. Sed minorata materia ⁊ q2 isti trocisci sunt extranei gustui põt dari potiꝰ sirupus eiꝰ. sirupus bonus ℞. radicuz brusci ⁊ sparagi añ. ℥. ʃ. endiuie nõ lote scariole rostri porcini epatice scolo̾pẽdrie capi. ve. recẽtiũ summitatũ lupuli. añ. m. ß. se. iiij. frigidorum mũdatorum añ. ℥. ʃ. liq̇ritie rase passularum enucleatarum añ. ʒ. vʃ. flo. vio. bora. ⁊ bugl. añ. ʒ. ʃ. aceti albi. ℥. ß. mellis dispumati. ℥. ʃ. ß. mellis rob. ℥. iij. zuccari albi solidi. ℥. ix. fiat sirupꝰ. aliꝰ vtilis ꝓ delicatis ℞. decoctionis radicis frassini ꝓagi gramis añ. ℥. ʃ. ß. aq̃ endiuie. ℥. iij. aq̃ nenufaris capillorũ ve. añ. ℥. ij. aceti albi. ℥. ʃ. zuccari albi li. ʃ. fiat sirupus ⁊ post sirupos dent solutiua deinde reitera sirupos ⁊ fit iter euacuationẽ ⁊ euacuationẽ tm̃ tp̃s ꝙ cõfortet corpus. Et medicina euacuatiua respiciat plus colerã ꝙ̃ flegma aut melãcoliã ⁊ has respiciat plꝰ ⁊ minus ꝫm q̃titatem earum ⁊ lenitiua laudabilia sunt clisteria plus ꝙ̃ medicine p̃sertiz appositis tribulis marinis camomilla ⁊ sicla ⁊ cartamꝰ ⁊ viole ⁊ sebestẽ ⁊ ficus sicce ⁊ odor turbit aut .i. q̇bꝰ ponũt cassief. ⁊ oleũ sisaminũ et bauracb. Et si fe. ꝓ̃ elõgat a p̃ncipio vtere debiliori ⁊ si plus fortiori. Nec est maluz vti vomitu iterdũ cũ re leui si natura ꝓna sit p̃sertim si iuenerit ifirmꝰ subuersionẽ aut mordicationẽ aut amaritudinẽ p̃sertiz post cibũ q2 cũ cibo miscent materie ⁊ faciliꝰ exeunt ⁊ maxime q2 in stomacho ꝯtinet multũ flat3 viscosi. Et si vrina esset rubea grossa p̃misso clisteri lenitiuo ⁊ postposito etiaz ⁊ digesta materia fiat cuz farmacia ⁊ si expedit fortis sit debilis fortis in virtute: ⁊ debilis; ponde re quia potest fieri iteratio.

¶ Capi. xij. de cura sp̃ali. cholericarum notharuz primo de cholerica citrina putrida.

In cura huiꝰ vt ꝓ iuniorib9 singula minutiz digerant. Tẽperet p̃mo aer ad frigiduz ⁊ declinet ad siccuz sed si nõ habet natura fiat atificio cuz aq̃ et aceto ⁊ frondibus salicis vitis cãne ⁊ foliorum granatorum ⁊ citoniorum. Et in die ꝑoxismi ante aduentũ eiꝰ lentat vel natura vel arte venter etiã añ prãdiuz ⁊ i initio añ rigores coopiat paulo meliꝰ pãnis ⁊ adueniẽte rigore aut frigiditate si opꝰ ẽ coopiat plꝰ. dũ aũt calere incipit ⁊ rigor cessat amoueas gradatim pannos ⁊ sic dimittat abluendo si opz os cuz aq̃ ordei vel pura vel cuz aceto vel aqua pura decocta ⁊ post infrigidata si tepida nõ placet ⁊ in fine statꝰ ꝑmitte dormire ⁊ in declinatiõe ⁊ post ciba eũ ꝑ horã primo factis fricatiõibus lenibꝰ ad crura ⁊ coxas ⁊ brachia. ⁊ cibus eiꝰ sit in principio huiꝰ fe. i. in primo vel scdo vel tertio ꝑoxismo cũ ptisana ordei cum zuccaro vel pane loto cuz aceto ⁊ zuccaro cõspso vel cũ pane decocto post ꝑoxismũ vel de farre. vel si vigilias pateret aliq̇d de lactucis vel arãcijs aut prunis maturis vel de granatis ⁊ potet vel aquã decoctã cuz zuccaro vel cuz vino paucifero limphato multuz. In die ꝟo q̇etis p̃mo in mane fiat clistere lenitiuuz ⁊ post fricatiões nõ oino fortes sed delectabiles. Aut det lenitiuũ huiꝰ. ℞. medulle cassie

vel mãne.ʒ.j. distẽpera cum decoctione pru/ noꝝ tamarindoꝝ violaruꝫ florum boraginis floꝝ buglosse passularꝫ añ.⁊ eadem die post opatione medicie abulto ore det cib⁹ ⁊ si sibi satis videt deferre aut panatella si vult in brodio pue pulle decocte cũ alteratib⁹ vt cũ lactuca vel cucurbita vel cũ citrullo pauco ⁊ post qetet p horaz vel duas. de post faciat si potẽs sit aliquale exercitiũ deambulãdo pñ p cameras ⁊ si possibile sit camera opposita sit cũ ostio vel fenestris aptis septẽtrioni. et sic in scdo qñ eodẽ mõ cibet ⁊ altera die sus pecta eodeꝫ mõ vt in die altero paroxismi ha/ buit in oib⁹. ⁊ altera die qetis fiat hmõi cli/ stere. ℞. blitis malue mercurialis añ.m.j.se minis feniculi.ʒ.j.furfuris.m.j.⁊ in hac de/ coctiõe dissoluat medulla cassie ⁊ mellis vio lati.ʒ.j.bñdicte.ʒ.ß.olei violati.ʒ.iij.salis pa rũ ⁊ potest facere hoc de trib⁹ vl qttuor die bus altera in die tñ quietis. ⁊ post p leniti/ uo pma die qetis. ¶ Pro instrumẽto potio/ nis. ℞. medulle cassie.ʒ.j.ß.mellis ros.ʒ.ij. distẽpent in decoctiõe tamarindoꝝ prunoꝝ passullarũ liqritie ⁊ anisi ⁊ cartami si vero prius vel post videret vrina rubea grossa flo bothomet post aũt det digestiuũ. ℞. sirupi acetosi.ʒ.j.gerenіabin.ʒ.ß.aq endiuie aq lu puloꝝ añ.ʒ.j.ß.vel sile ⁊ post qttuor vl qnq sirupos. det hoc minoratiuũ vel sile. ℞. pul/ pe cassie.ʒ.j.reub.ʒ.j.spice. ℈.ß. distepera cũ decoctione anisi passularꝫ capilloꝝ ve. liqui ritie cartami post clistere lenitiuũ die seque ti in quo addat floꝝ camomille.m.j.post au teꝫ si opꝫ iteret sirupus huic silis. ℞. sirupi acetosi de radicib⁹ duabus vel qnq aq endi uie lupuloꝝ ⁊ absinthij añ.ʒ.j.⁊ si vides in vrina digestionẽ incipe vel vides paroxismos fortificari vt incipiat stat⁹ fe. minue potius cibũ. Et cõpleta digestiõe des medicinã era dicatiuã huic silem. ℞. cassie.ʒ.j.reub. elect. ʒ.j.spice. ℈.j.agarici infusi in gerenіabin.ʒ. j. distẽpa cum decoctiõe cõi i aqua absinthij vl loco agarici ponat diafinicõis.ʒ.j.aut suc ci ro. aut diaprunis solutiui. Et si plõget fe. dẽtur p digestiuo sirupi de inari ⁊ gereiabin vel acetosi cõpositi de duab⁹.ʒ.ß.aq endiuie aque lupuloꝝ ⁊ eupatorij. ¶ In tertiana ve ro de colera vitellina regimẽ dꝫ eẽ grossius qꝫ in facta a citrina. sicut in citrina dꝫ eẽ gros sius qꝫ in pura tñ dꝫ esse priuatũ stipticita/

te ⁊ ppter hoc dꝫ esse ex cibis attenuãtibus plus qꝫ in illa ita qꝫ in augmento cõcedatur decoqui cũ cibarijs suis radices feniculi et petrosil. ⁊ capares ẽt cõcedunt ⁊ debet esse minoris frigiditatis qꝫ in citrina ita qꝫ ois cibus grossus vel ingrossans vitandus est. ⁊ in pricipio feb. dꝫ regi quasi sicut in citrina nisi qꝫ cibi debẽt esse minus frigidi ⁊ minus humidi ⁊ debent minoratiue medicine eius magis respicere flegma qꝫ in citrina. Unde potes dare tale minoratiuũ. ℞. cass e vel mã ne.ʒ.j.vel etiã ambarũ simul ⁊ diafiniconis ʒ.j.ß. dyaprunis solutiui.ʒ.ß.⁊ si ambaruꝫ si mul accipiat ʒ.j.vel si vnius tñ.j. cassie sit ʒ.ij.⁊ addat de dyafinicõ. ⁊ dyaprunis añ. ʒ.ß.⁊ post det pro digestiuo. ℞. acetosi com/ positi.ʒ.j.gerenіabin.ʒ.ß. aque endiuie aq feniculi añ.ʒ.j.ß.⁊ potest exhiberi añ paro xismos eo mõ quo in alia sed aliquantulum copiosius ⁊ cũ hoc ponẽdo in decoctiõe pul li de radicib⁹ petro. ⁊ feniculi. nec ita de fri/ gidis ponat. Et fricationes etiã fortiores ⁊ diutius durantes. ⁊ etiaꝫ añ paroxismum m per horã vel duas si fiãt sũt optime. Et post quattuor vel sex sirupos de illis det tale mi noratiuũ. ℞. cassie.ʒ.j. aut mãne ⁊ reub.ʒ.j. agarici infusi.ʒ.j.ß.in oximelle ⁊ expressi cuꝫ decoc. passularꝫ anisi feniculi facta in aq en/ diuie ⁊ absinthij vel eup. Et post redeundũ ad sirupos hmõi. ℞. sirupi acetosi cõpositi. ʒ.j.sirupi de bizantijs.ʒ.ß.aq endiuie ⁊ ab/ sinthij añ.ʒ.j.ß.⁊ dẽtur hoc mõ tres sirupi. post det de oximelle cõposito ⁊ de inari ⁊ ace toso si oportet ana.ʒ.ß. cũ decoctione cõi in aqua endiuie ⁊ eupatorij. Et in medicinis ⁊ sirupis sit aliqd de cõfortãtibus membra principalia sicut mastix ⁊ spica ⁊ cuꝫ hec sint respiciẽtia flegma cũ colera sed plus coleraꝫ. Et post purgationẽ cõueniunt capares spa ragi ⁊ passule ⁊ amigdale ⁊ quãdo inclinat natura ad vomitũ fiat decoctio cum caricis aceto ⁊ melle ⁊ parũ post iuuetur vomitus ⁊ hoc minoratiuum bonũ. Recipe mellis ro. colati.ʒ.ij.⁊ distempera in decoctione passu larum violarum polipodij anisi cartami ⁊ po natur de cassia.ʒ.j.reub.ʒ.j.. turbith. ℈.j.spi ce gingiberis añ. ℈.ß.⁊ semp vngat in qua libet tertiana notha cũ oleo nardino ãte prã diũ ⁊ ante cenã ⁊ etiã ante principiuꝫ paroxis/ mi presertim stomachus. Et post sirupos ite

ratos si nō vult potiones liquidas da in mo-
dum dactili tale medicamē. ℞. electuarij in
di. ʒ. iiij. succi ro. ʒ. j. Et qm̄ sirupi post istos
dictos essent tediosi detur de diarodon ab-
batis cū aqua lupulor ⁊ apij vel absinthij
Et vltime pillule aggregatiue conueniunt.
¶ Cura vero tertiane nō pure que facta est
ex colera naturali vel colera citrina non per
mixta sed potius iuxta eam positavt non de
ducta sit ad vnā formā est similis cure facte
ex colera citrina vnius forme. Et ista vt plu-
rimū fit ex colera naturali ⁊ flegmate aquo-
so vel ex colera citrina deductis ad putredi-
nem ex solo motu colere. Et ista est cū ori pi-
latione frigoris non intensi ⁊ apparet ꝙ sit
aqua frigida cadens super corpus tn̄ perdu
rat fere per horā ⁊ caliditas est cū dolore ca-
pitis vel frontis: os amaricatum non tamē
asperū ⁊ cū multa siti. Vrina citrina in cui⁹
fundo residet de flegmate diuulso cū pulsu
veloci ⁊ frequēti ⁊ cū incensione stomachi ⁊
in ypocūdrijs ⁊ durat paroxismus vltra horas
xv. vel plus vel minus ⁊ cum sudore recedit.
Et suū minoratiuū cōueniens est. ℞. ℥. j. cas-
sie electuarij de succo ro. ʒ. ij. cum decoctione
prunor tamarindor passularū iuiubarum
⁊ digestiuū sirupus acetosus. ℥. j. ß. cū aqua
endiuie ⁊ feniculi minoratiuū aliud cassie.
℥. j. reubar. ʒ. ij. ß. ¶ Tertiane vero p admix-
tionē melancholie cura est magis humectā-
do ꝙ in tertiana pura ⁊ minus infrigidādo
⁊ venit fe. cū tensione frigore cōcussiuo ⁊ siti
vrina tendēs ad rubedinē clarā. lenitiuū. ℞.
cassie. ℥. j. ß. distempa cū decoctione prunor
violarū tamarindor ordei minoratiuū aliō
recipe cassie. ℥. j. succi ro. ʒ. j. diasene. ʒ. ij. distē
pera cū decoctione passularū violar polipo
dij sene anisi. Aliud minoratiuū recipe ele-
ctuarij de succo ros. ʒ. iij. diasene. ʒ. iij. cū de
coctione polipodij sene epithimi scolopen-
drie fumiterre passular violar prunorum.
¶ De tertiana de colera adusta nondū con
uersa in melācholiā: nec cū melācholia pmi
xta regimē per dietā ⁊ potionem dꝫ verti si
mul ad frigidi⁹ ⁊ hūidius ⁊ humor digerat
cū sirupo de fumoterre ⁊ aqua violar ⁊ aq̄
buglosse: ⁊ euacuatio fiat cū māna: diapru
nis ⁊ electuario amech. cū decoctiōe florum
boraginis buglosse violar ⁊ folior sene ⁊ flo
rū fumiterre ꝙ si fe. fuerit ex colera prasina vl'

eruginosa pauci euadūt ⁊ ab eruginosa nul
lus q: paroxismi sunt lōgi ⁊ accidētia pessima
Tn̄ si aliqd fieri pōt ꝙ citius fieri pōt mate
ria eradicet ⁊ regimē fiat sicut de pestilētia
li fe. ⁊ recordare ꝙ in q̄libet specie tertiane
cū apparuerint signa digestiōis ponere i di
gestiuo ⁊ solutiuo parū de absinthio qualꝫ
ad multa. Et sirup⁹ iste est expertus ꝯ tertia
nā purā. recipe succi endiuie scariole rostri
porcini añ. ℥. ß. zucari albi. ℥. vj. fiat sirup⁹ et
exhibeat oi die accessiōis. dicit mūdin⁹. reci
pe succi plātaginis ⁊ aq̄ ros. añ. ℥. ij. qb⁹ par
vini vl' aceti pmisceat ⁊ sumat i potu añ ac-
cessionē p ho. xv. tertianā notā curat large.

¶ Capitulum. xiij. de cura feb. cole-
rice continue.

Cura tertiane tam vere ꝙ propor
tionalis est similis tertiane ppor-
tionali illi nec differūt in intentio
nibus sed in mō approximationis
rerū illas intētiones implentiū qm̄ cōtinua
rum ⁊ suar interpolatarū eadē est cura. In
cura tn̄ cōtinue medicus magis sollicitus eē
dꝫ. Et ratio q: illa materia est deterior et cō
tinuo affligit. interpolata vero nō sic. Instru-
mentū em̄ diete est ꝙ regimen dꝫ declinare
ad maiorē frigiditatē ⁊ hūiditatē: ⁊ curio-
sius phibenda ira: furor: sollicitudo ⁊ alia ⁊
quies plixior ⁊ vigiliar instantia timēda ⁊
fugienda ⁊ cibi minoris q̄titatis pro vice ⁊
nutrimentū leuioris digōnis. Differentia
vero quo ad instrumentū potionis est pmo
in digestione q: magis opꝫ digerere ⁊ cū for
tiori digestione q: materia hec magis rebel
lis est nature ⁊ cū hoc est magis mixta san-
guini. q̄re opꝫ magis sequestrare ⁊ cū hoc
materia cōtinue est magis dissemiata ⁊ spar
sa p totū. Et oi mane ⁊ pluries i die da suc
cū granator cū interioribus suis cū hoc p
horas post da hunc sirupū acetosū cū aqua
seminū cōium coctis seminibus aqua endi-
uie ⁊ sirup⁹ de pomis descriptus a mesue in
antidotario ⁊ nenufarinus descriptus a ni-
colao ⁊ hoc medicamē dꝫ dari hora remo-
tiori ab incensione maiori ⁊ clisteria incōti-
nua leuiora eē dñt ꝙ in interpollata ⁊ soluti
ua fortia minus dent in hac ꝙ in interposi-
ta ⁊ hoc regulariter si materia nō sit furio-
sa vt puta cū diamāna ⁊ sirupo violato vel
cū electuario de succo ros. ⁊ sirupo prunorū

Con Terciana pura Remedium

quem descripsit Mes. in ātidotario vel cū dyaprunis ⁊ aqua fructuū soluentiuz reub. tñ plus associatur nō pure qz euacuat etiaz flegma. Differt etiā in euacuatione per vomitū qz interpollate est ɔueniētior. Differt etiā alterando qz maior requirit̄ infrigidatio in cōtinua vtputa cū fructibus frigidis et aqua pura ⁊ aquis frigidis ⁊ quāuis hoc fit in cura tertiane cōtinue longe plus est in cura causonis ⁊ sic via est ad curandū non purā: nā semper eget subtiliori regimine ꝙ sua interpollata. Et eget digestiuo frigidiori qz tertiana cōtinua vt plurimū ɔuenit a colera. Sirup⁹ valde vtilis. ℞. radicū qnqꝫ añ. ℥. ij. capillorū ve. politrici dyantos scolopendrie papaueris albi lactuce endiuie citrach epatice seminis portulace sandalorū omniū añ. ℥. s. lupulorū fumiterre boraginis añ. m. ß. ordei mūdi seminū cōmuniū frigidorū añ. ℥. ij. rosa. ru. violarū florū nenufaris añ. ℥. iij. fiat hoꝝ decoctio q̄ sirupiz ex cum zuccaro albo ⁊ acetose ex cū aceto ōbili. ⁊ eget clisteri min⁹ acuto ⁊ sil'r euacuatiuis ⁊ maiori ɔuocatione vrine tamē cū minus calidis.

¶ Capl'm. xiiij. de causone ⁊ ei⁹ causis.

Causon est fe. incensiua: siue arsiua siue adustiua cōtinua de materia intra venas ⁊ sunt huius materie vel in toto corpore: vel in venis epatis pulmonis ⁊ stomachi ⁊ propinquis cordi ⁊ duplex est huiusmodi causon. Prima dicitur causon vera. alia nō vera licet causon vocet̄. Vera causon est vel de colera intra venas epatis stomachi, ⁊ pulmonis prope cor vel in toto corpore: vl' de flegmate salso in illis locis. Et hec nō vera est vl' de sola colera putrefacta vel de colera cuz flegmate ⁊ est flegma subtile in multa tñ ꝙtitate lꝫ nō tanta ꝙ colera mixta cum ea ⁊ si fit minoris quantitatis nō fit maioris virtutis. Vel ista non vera est de sanguine peccāte in solo ꝙto et vocatur sinocha. Sed differētia est inter veram ⁊ nō veraz. qz vera est cū maiori caumate et cū seuioribus accidentib⁹ ⁊ cū hoc cum duratione minori siue ad malū: siue ad bonū. Signa aūt causonidis large dicte sunt sitis continua q̄ nullo modo cessat. Aliud calor accensus q̄ cū tangit̄ sensibilē habet ardorē ⁊ est diutina fortitudo ⁊ continuatio fe. cū vehementia accidentiū. Et in eo fit lingua aspera ⁊ nigra continue ꝓpter fortem exiccationē. ꝓpter exiccationē totius corporis ⁊ est stomachi punctio ꝓpter accensionē vaporum qui ad eū fluūt. Et egestiones sicce nō ꝓpter digestionē sed ꝓpter exiccationem ⁊ sunt citrine quia tincte a colera ⁊ qñqꝫ est retētio egestionū colera habēte raptū sursum. Et qñqꝫ est ventris fluxus. scꝫ quādo colera petit deorsum ⁊ vehemens fit propter vehemens incendiū circa os stomachi et instantia vigiliarū ⁊ est ꝓpter siccitatem inductam a fe. licet aliquando fit profunditas somni presertim in infantibus pueris quia interdum propter etatem illā multiplicant multas humiditates que in extensissimo calore feb. petunt cerebrū ⁊ implent ipꝫ et incurrūt frenesiꝫ ꝓpter colerā repentē ad caput ⁊ facientē in eo malā cōplexionē calidam ⁊ siccam ⁊ sentitur ossium fractura siue labor prouenientes a mordicatione humorū paucoꝝ qui tendūt ad musculos ⁊ ligamenta que sunt intrinsecus ꝓpe ossa. Sꝫ in quartana est maior fractio qꝛ vapores ab ea eleuati sunt plures ⁊ grossiores: ⁊ petūt in maiore ꝙtitate musculos exteriores ex quo percipit̄ maior fractio ⁊ in causone veniūt alienatio ⁊ āgustia ⁊ ꝓpinqtas ad ꝑditionē ⁊ sincopis ⁊ pulsus cordis ⁊ sunt cū vehemēti dolore capitis ⁊ frōtis ⁊ tipoꝝ intm̄ ꝙ oculi ⁊ tipora vident̄ clauis ptri ⁊ caliditas īterioꝝ est longe maior ꝙ exterioꝝ mēbroꝝ respectu aliaꝝ tertianaꝝ. Et differt causon a tertiana ɔtinua qz in ea qñqꝫ tepescit calor. in causone ꝯo nunꝙ qz vel est tota augmētū: vl' status vel decliatio. ⁊ ēt nō est in causone sudor nisi apud crisim. ī tertiana ꝯo sic ⁊ in causōe pulsus est maior: velocior ⁊ frequentior.

¶ Pronosticū. hic morb⁹ cito terminat̄ qz si in ꝑncipio apparēt signa bona terminat̄ in q̄rto ⁊ si mala morit̄ in q̄rto vel i septimo qz natura nō patit̄ multū tantā molestiam.

¶ Cap. xv. de cura causonis per potionem.

Cum hui⁹ fe. cura difficilis valde sit tū cognitiōe: tū curatiōe est magnopere attēdēda vt ab initio ei⁹ ad finē sua noscātur accidentia ⁊ multa cū industria ingeniū in ea laboret nec morā tolerat ⁊ est tandē ei⁹ cura silis cure teriane. s. qz ꝯa causon cū nō sit tertiana ⁊ ei assimilet̄ in cura op⁹ est attēdere in quo cura differt lꝫ ter

D

De Causone feb: 7

tiana nō pura ꝯtinua fit cauſon cōiter dicta
vn̄ invtroq; cauſone dieta ad frigidius decli
net ⁊ būidius. Sed cū cordialib⁹ ad hoc decē
tib⁹ maioꝛ fit induſtria ⁊ magis. Aer itaq; fri
gidus ⁊ humidus ꝑetur: nec fit cum magno
lumine camera aut radijs ſolis vel cuꝫ mur/
mure aut viſitatiōe aut ira vel odio aut di/
ſplicentia nec etiā cuꝫ multa letitia ne diuer
tatur natura aut eger a pugna cuꝫ moꝛbo ⁊
fricatiōes nō ſint aſpere nec balneū nec aliō
ante declinationē ⁊ vigilie oī mō vitent̄ nec
aſpectus ad vanas figuras nec acuta aut ſal
ſa quoquo mō dētur etiā in potu ⁊ medicia
carnes ⁊ ſoꝛbilia ⁊ vinuꝫ ⁊ oēs diete groſſe
incōuenientes ſunt imo ſubtilis fit dieta vl' ꝓ
pe nec q̄ſi cibus det̄ niſi neceſſitate coacti ſꝫ
ſtudeat̄ ſemꝑ vt aer frigidioꝛ fiat cuꝫ aq̄s ⁊
frōdibus ⁊ flōibus exiſtēte materia in ſpūa/
libus. Nā vtilioꝛ infrigidatio ē aeris ī iſtis
ꝙ̄ frigidoꝝ potatio. Sꝫ ſi materia ſit in oꝛe
ſtōachi tūc potiōes frigide cōferunt magis
ſed in nō v̄o cauſone nō tāta req̄rit ⁊ q̇eſcāt
cum magna ſpe liberādi ⁊ doꝛmiant ꝓpoſſe
niſi aduenire ꝓfunditas vt in quibuſdam
fit cauſoibus in q̇b⁹ vitet̄ ſomn⁹ ⁊ balneum
ſi intrāt fit cuꝫ pauca moꝛa. Nec totū egro/
tātē cooperiat aq̄. Sed magis ꝯuenit in fe.
de flāte ſalſo. ⁊ cōfert ad alterāduꝫ ⁊ cū hoc
ad reſoluēduꝫ. Sed ꝓ reſoluendo ſit remiſſe
frigiduꝫ vel tepiduꝫ de cibo vero ſi in quar/
to eēt criſis nihil danduꝫ niſi vel debilis eſ
ſet. aut cuꝫ raritate poꝛoꝝ aut macilent⁹ val
de aut cōplexio colerica aut ꝯſuetudo mul/
tum comedēdi. Itaq; in hoc magna ſit diſcre
tio cuꝫ moꝛb⁹ peſſimus ſit ⁊ natura magis
occupata eſt circa moꝛbū ⁊ cāꝫ moꝛbi ⁊ cib⁹
eoꝝ ſit ptiſana colata ⁊ mica panis lota ma
la ḡnata nō dulcia cōueniunt. ſed muza vel
acetoſa q̄re nec in pꝛima nec ſcd̄a nec tertia
die cōuenīret niſi vel ſuccus granatoꝝ vel ſi
rupus roſ. vel violat⁹. in q̄rto v̄o nihil det̄:
ſed expectet̄ criſis. ſꝫ ſi in ſeptimo terminare
tur vſq; ad quintū nīl dādū ⁊ cib⁹ det̄ in ho
ra frigida diei. ſ. mane in auroꝛa aut ſero. In
cauſone aūt v̄a digeſta materia potiſſimuꝫ
et ſtātibus cōditionibus req̄ſitis darē aquā
frigidā ⁊ ſi paucū de oꝛdeo vnica bullitione
eſſet bullitū laudarē magis vt aliqualē ma/
gis eius virtutē haberet: ſed darē in tāta q̄̄/
titate q̄̄ta poſſet eger accipere cū aliquāto

zuccaro cū cauſonis cura ſit q̄ſi coacta. De
cura aūt cauſonis ꝑ potionē medicine mihi
aqua hoc mō cōcedenda videt̄ extinguendo
caliditatē. ſ. ꝙ det̄ in magna q̄̄titate mixta
cū idromelle canne facto cū zuccaro ⁊ aq̄ in
multa q̄̄titate aque ⁊ ſit ſirup⁹. ℥. iiij. cum
vna vel duab⁹ metadellis aq̄ q2 ſex vel tres
libꝛe aq̄ ſi pōt bibere. ſed tres eſt doſis cōue
niens ſi nō pōt plus. poſt v̄o tꝑe ſuo ad eua
cuationē cauſe. ſ. mat̄ie colerice ſi ſit v̄a aut
flegmatice ſalſe ſi ſit nota. Sirup⁹ cōueniēs
ptiſi ⁊ in fe. peſtilētiali. et valet. ℞. ſucci gra
natoꝝ acetoſoꝝ ſucci agreſte ⁊ berberoꝝ et
piroꝛum acetoſoꝝ ⁊ ſucci acetoſitatis citri.
an̄. lib. ß. zuccari albi ſolidi lib. iiij. fiat ſiru
pus aromatizet̄ cū ſandalis citrinis ⁊ ro. cū
modico cāfoꝛe. Alius ſirupus. ℞. ſucci aceto
ſitatis citri vel citranguli vel limonū lib. iij.
bulliāt in eo berberoꝝ. ℥. ij. colet̄ ⁊ ſirupizet̄.
Sirupus bon⁹ in fe. arſiua. ℞. ſirupi aceto/
ſi ſimplicis ſirupi de nenufare ſirupi de pa/
pauer̄ an̄. ℥. iiij. ß. miſceant̄ ⁊ doſis. ℥. ij. cuꝫ
aqua frigida vel cū aqua poꝛtulace. Et attē
de ꝙ aqua frigida in cauſone aut v̄a aut nō
vera ſecuri⁹ dari pōt ꝙ̄ in quacūq; alia feb.
etiā cōditionibus requiſitis nō exiſtentibus
aut paucis. Nā cū ſit feb. peſſima ⁊ potiſſi/
mum infrigidatione indigeat nīl magis in
frigidat ꝙ̄ frigida aqua in magna valde q̄̄/
titate: ſed laudo magis ſi aliquid de oꝛdeo
paruꝫ valde bullierit ⁊ poſt infrigidet̄. Et
in declinatione cōuenit ſirupus acetoſus cū
emulſione ſeminū frigidoꝝ ⁊ ſcis endiuie ⁊
poꝛtulace q2 infrigidāt ⁊ ꝓuocāt: de infrigi/
dantib⁹ ab extra pāni infuſi in aqua frigida
multotiēs in die ponendi ſuꝑ epar ⁊ ſtoma
chum ⁊ coꝛ. Et licet in alijs fe. nō cōueniat
regulariter niſi diminuta materia in cauſo/
ne tamē cōuenit q2 ſola requirit̄ q̄ſi infrigi/
datio ⁊ cura quaſi ē coacta. Et ſimiliter in/
frigidationes ab extra valde laudo in cauſo
ne potiſſimū ſuper membꝛo in quo plus eſt
minera feb. vt ſi ſit ſtomachus vel epar vel
coꝛ ſepe fiat: nā potius eligenda eſt pꝛolon/
gatio egritudinis ꝙ̄ moꝛs. Intētio vero ad
euacuationem pauca haberi pōt cū nō poſ
ſit materia digeri q2 non patitur moꝛam. et
cum hoc indiget plus alteratione quia alte
ratio huius materie eſt quaſi eius digeſtio
quia ingroſſatio euacuare in pꝛincipio cuꝫ

De Aqua frigida ✓

clisteri materias cōes necessario reptas ꝯue nienseſt. Et oī die vel q̄ſi q: exiccatio i iſtis eſt maioꝛ ſi ergo volum⁹ vel lenire vel mino/ rare in iſtis eſt recurrendū ad medicinas di ctas ſupꝛa in tertianis ꝯtinuis addendo in doſi ꝛ in ifrigidatiōe. Et cliſtere factū ex ſuc co cucurbite cucūeris ꝛ mellōis indi alterat valde.ſed ſi in iſto ponaẗ de caſſia ꝛ zuccaro violato meli⁹ q: alterat ꝛ euacuat. Et ſi ſi/ gna ſanguis appareāt: fiat in p̄ncipio flobo thomia ad euacuādū materias ꝯtingēter re ptas ꝫ hec flōmia a multis nō laudeẗ q: di cūt q̄ colera poſt effrenitat cū ſanguis ſit fre num colere. Tñ nos dicem⁹ q̄ natura dum a ſupfluo exonerata ē q̄ poſtponit frenum ꝛ regulat reſiduū tñ putarē meli⁹ poſt flōmiā fieri infrigidatiōez cū potu aq̄ in bona q̄ti tate cū zuccaro tñ ꝯfortata ꝛ regulata et ſi ſit aqua cū pauco oꝛdeo nō min⁹ laudarē in frigidata tñ.ſed lenitiuū ſiue minoꝛatiuū ſi detur in p̄ncipio fac cuꝫ tamarindis pꝛunis et iuiubis ꝛ caſſiafiſtula māna ꝛ ſilibus dā do in bona doſi vl' ꝯmiſcendo de ſucco ro.vel diamāna in augmēto vo non ꝯuenit ne tur betur natura ꝛ irritata diuertaẗ a digeſtiōe et debiliteẗ in criſi ſi ſit in ſtatu. Euacuatio vero eradicatiua nō fiat niſi cōpleta dige/ ſtiōe. Et p⁹ tp̄s criſis nā nā eo tūc ſi natura nō mouet moue tu ꝛ digeſtiuū bonū eſt ſiru pus acetoſus cū ſirupo violato ꝛ aq̄s frigi/ dis vt aqua endiuie ꝛ nenufaris ꝛ ſe.coīum In ſtatu vo nil oino deẗ nec cibus nec aliud ſed poſt ſtatū.ſ.in fine eius ſi natura nō mo uet moue tu ꝛ in decliatione dētur euacua/ tiua p vrinā q̄ ſint ex' frigidis vt ſirupus de radicib⁹ cum nenufarino ꝛ aq̄s fructuuꝫ ſi/ cut cucurbite citrulloꝝ ꝛ cucumeris. acciden tib⁹ vo ſuccurrendū vt ſi lingua ſit aſpera de muſcillagine pſilij cū iuleb violato teneaẗ in oꝛe ꝛ lambēdo paulatim trahaẗ ꝛ cū pe/ cia linea fricеẗ leniter ꝛ lotio oꝛis cū aqua oꝛdei aut aqua cū zuccaro aut cū paucovino paucifero ꝛ maſticet poꝛtulacā vel de cucu/ mere ꝛ q̄ñ foꝛtes ſunt vigilie da de ſirupo de papauere ꝛ in fluxu ſanguis nartum nō eſt ſtandū q̄ñ colera mixta cū eo facit exuberā tiā. Unde ſuccurrēduꝫ cuꝫ reſtringētibus re currēdo ad loca vbi hoc tractaẗ. Et interdū ſit anhelitus ſtrict⁹.vñ fiat talis vnctio. R. olei violati olei amigdalaꝝ dulcium muſcil laginis pſilij ꝛ fiat inūctio ad pectus et ca/ put eoꝝ debet a ſiccitate cuſtodiri ab aſcen ſu vapoꝝ acutoꝝ inungēdo cum oleo ro. et aceto ꝛ ſandalis ꝛ cāfoꝛa ꝛ aq̄ ro. etiā in mo dum embꝛoce ꝛ ſi fiat ſolutio ventris vehe/ mēs detur oꝛdeū fractū ꝛ ablutum valde et coctū cuꝫ aq̄ additis trociſcis de ſpodio ꝛ ſic de hoc ſumat ad doꝛmiendū ab extra fiat ta lis lotio. R. ſalicis folioꝝ vitis lactuce viola ruꝫ ro. coꝛticū papaueris decoquaẗ ꝛ fiat lo tio tibiaꝝ coxaꝝ bꝛachioꝝ ꝛ manuū. leniti/ uum. R. tamaridos pꝛuna violas ſemē endi uie decoq̄ facias ꝛ fricari h̄ñ tamarindos in decoc. ꝛ diſtēpera caſſie. ℥.ſ. ß. Itē epithima ad coꝛ epar ꝛ ſtōachum. R. aq̄ ſolatri ſemp uie ēdiuie ro.añ.℥.iiij.aceti.℥.ij.ſandaloꝛuꝫ oim añ ʒ.iiij.roſaꝝ rubeaꝝ violaꝝ ſpodij ſe mis poꝛtulace añ.ʒ.ſ.cāfo. ℈.ß. ſōniferū ab ex. R. pupuleō.℥.ſ.olei de mādrag.ꝛ papa/ uere an.ʒ.ß.aceti.ʒ.ij.cāfo.opij croci añ.℈.ſ. diſſoluaẗ opiū i aceto i quo alia oia miſceaẗ ꝛ inūgaẗ cū h̄ tēpoꝛa ꝛ frōs tota vt doꝛmiat.

¶Capitulum.xv.de eſſentia flegmatice fe.et ſpeciebus eius ꝛ cauſis.

Flegmatica fe.ē caloꝛ extrāeus ac/ cenſus in humoꝛib⁹ fl'aticis coꝛdis pcedens ab eo mediātibus ſpū et ſanguine p venas ꝛ arterias in totū coꝛpus Et diuidiẗ.nā quedā facta ē a fl'ate natura/ li.ꝛ quedā a nō naturali. Et facta a nō natu rali.q̄dā a vitreo q̄dā ab acetoſo q̄dā a ſalſo q̄dā a dulci ꝛ oēs diuidunẗ bifariā q: q̄dam cōtinue ꝛ q̄dā iterpolate. nā fe. de naturali fl'ate vel flegma putreſit itra vel extra venas et ſic de ſpēbus innaturalis q: quedā de vi/ treo putreſit intra et quedā extra venas et ſil'r de alijs ſpēbus. Et flegma ſalſuꝫ dū pu treſit in venis ꝓpinq̄s coꝛdi ē cauſon nota. Et dum in lōginq̄s a coꝛde eſt flegmatica nota. Et facta a fl'ate naturali dicitur pura. a non naturali vero non pura ſiue nota. Et flegmatice piculoſiores ſunt ꝓpter groſſitiē humoꝛis flegmatici q̄ colerice.ꝛ ꝓpter opi lationem maioꝛē q̄ non facile ſic reſoluitur. Tertiana vero vt plurimum moleſtioꝛ eſt in acuitate ꝛ furioſitate ſuoꝝ accidētiū ꝛ di/ uidiẗ accidētaliter huiuſmodi fe.in diurnā ꝛ nocturnā. Diurna eſt q̄ iuadit de die. ꝛ noc/ turna que i nocte. Et tota fe. diuidiẗ in q̄t/ tuoꝛ tēpoꝛa.ſ.in pꝛincipiū: augmentū: ſtatū

et declinationē ꝛ filr poxismus in pticularia tēpora. Et pncipiuꝫ vl'e est. xviij. dierꝫ vt plurimum. ꝛ augmentū. xx. et filr statꝰ ē. xx. declinatione vo breuioꝛ oibꝰ. Isti tn̄ nō sunt firmi vel certi termini. Sꝫ vt plimū dicit flatica durare. lxiiij. diebꝰ licet aliq̄ inueiat durare p. iiij. meses. Nec ista tpa possunt rōe mensurari sed expientia et auctoritate sapiētum.

Capitulum. xvij. de signis flegmatice fe. pure generalibus.

